IURIS ECCLESIASTICI
GRAECORUM
HISTORIA ET MONUMENTA

IUSSU

PII IX. PONT. MAX.

CURANTE

I. B. PITRA S. R. E. CARD.

TOM. II.

A VI AD IX SAECULUM.

ROMAE

TYPIS S. CONGREGATIONIS DE PROPAGANDA FIDE

EQ. PETRO MARIETTI SOCIO ADMINISTRO

MDCCCLXVIII

PRAEFATIO

1. Alterum ecclesiastici Graecorum inris volumen editurus, prooemia eo breviora praemittam, quod iam ea qnae ad universam totins operis rationem describendam pertinent, immo quae ipsam rerum partitionem per singulos tomos significant, dum ab exordio prioris voluminis praefatus sum, aequo lectori satis, nisi fallor, certe pro viribus meis abunde dixerim. Ut igitur semel et iterum feci, dum prius ab incunabulis rei christianae canonica Graecorum monumenta repeterem, deindo alterum emensus stadium, a Constantino Magno ad Iustinianum pergerem, idem prorsus in hac tertia itineris mei statione prosequar. Habebis igitur, ut spopondi, et graecorum conciliorum praesulumque decreta, et canonum collectiones, civilibus intermixtas legibus, et nonnullos interpretum commentarios: de quibus etiam nunc pauca dicere habeo, quum nullum disciplinae ecclesiasticae documentum in medio posuerim, quin statim cuiuscumque faciem et indolem, historiam et fata, praefixa suo in loco diffusa testimoniorum et manuscriptorum editorumque librorum notitia, describerem.

2. Age vero, quid hoc tomo contineatur priusqnam uberius edisseram, primum pandere animus est, quid in eo desideretur. Equidem novi aliud solere vel modestissimos scriptores. Quis enim, dum in primo operis vestibulo aut lectores vocat, aut allicit emptores, libelli sui vitia non callide dissimulat, non dextere vertit in honestos laudis decorisque titulos? Quae igitur caeteri prudenti verecundia occulunt, an ego fronte prima detegam? Ineptum censerem tempus et chartam terere, ut quae in novissimis animadversionibus, ad calcem reiectis, candide exposui emendanda, aut secundis expensa curis redhibui, ea rursus enarrem 1). Pigeret sane quaedam refricare minus tersa et polita, alia subobscura declarare, nonnulla ieiuna et mutila, sive ob librorum, sive ob otii inopiam, lamentari, solitas demum querelas in miseros typothetas cumulare. Ut quid etiam inopinatos Urbis tumultus, aut armorum strepitus in ambitu callistianae aedis meae circumfrementes, etsi vel annalibus ecclesiasticis notatu dignissimos, memoraverim? Verear, ne dum ego morosius aut publica aut privata doleo, aliquis ntrumque malcsuadae tribuat superbiae. Verbo dicam, decem anni sunt, ex quibus, otio valedicens et amoenioribus musis, etiam pen-

1) *Enarrem*. Solent quidem in doctis huius aevi libellis, classico etiam prooemio reservari sylvae varietatum et emendationum; id quod aliquando videtur vino hederam suspendere. Quibus vero viribus prima si quis vult vela mandare, statim adeat *novissimas animadversiones* a p. 693 ad seqq.

dentibus aliis operibus, quae ad fastigium duci non iucundum modo, sed necessarium erat, totus sum in hoc persolvendo byzantini iuris penso: quantum potui, pro viribus feci. Maiora tamen alia sunt, quae frustra a me quaesieris, et quae paucis expediam.

Art. I.

De Romanorum Pontificum ad Orientales epistolis.

3. Haud negaverim, immo plus caeteris queror, id Graecis fuisse improbum Latii odium, eamque funestam in Romanos pontifices invidiam, ut, quum nullus fere in sede apostolica aliquando steterit, quin multum in componendis totius Orientis moribus, in expoliendis legibus, in repurganda disciplina, qua litteris, qua legatis, incumberet indefessus, romanum tamen nihil omnino inter suos canones Graeci retinuerint. Frustra illis exemplum dedit Dionysius Exiguus, a quo graeca simul et latina conciliorum decreta communem in alveum deducta sunt. Frustra idem aestuavit, ut iteratis laboribus, quaecumque a Graecis ad Ausonios transtulerat, eadem et latino et graeco charactere, binis scripturis hinc inde positis, commodiorem in usum peregrinae Graeciae, ambidexter traduceret 1)? Utinam et tam grande opus, et tot epistolas, ex Urbe ad novam Romam, ad universum Orientem missas, ab improbitate hominum et temporum Deus vindicaverit! Neque haec sibi Graeci minus innotuisse dicant. Quibus haud ignotam fuisse Dionysii nostri collectionem, vel hoc tenue scholium evincit, quod centies vidi apud ipsos notari, ad canonem apostolorum quinquagesimum: Ἕως ὧδε κρατεῖ ἡ τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησία. *Huc usque tenet Romanorum ecclesia* 2), id est, nec plura Dionysius vertit, ut omnes norunt. Africanos praeterea canones Graecia habuit, et unde, amabo, nisi ab Exiguo nostro? Quin, multa suspicio est, syllogen carthaginensium canonum, quae vel ab aevo trullani concilii, tota in ius graecum migraverat, haud aspernandam esse partem διγλώσσου collectionis a Dionysio, ipsoque fortasse interprete graeco, institutae. Verum enim vero si farrago illa Afrorum delicatos non deterruit byzantinos prudentes, cur sanctiora Iulii, Damasi, Innocentii, Gelasii, Hormisdae decreta intolerabili fastidio neglexerunt? Cur sexcentas regulas, pro ipsis factas potissimum, adhuc apud nos superstites, respuerunt? Cur, dum aequum visum est ab immenso penu profanorum iuris consultorum sive consulares, sive caesareas sententias in forum graecum invehi et classico clamari, ut nihil prorsus sive publici sive privati negotii a romano iure eximeretur, sacrae vero leges non nisi graecae fuerunt? Unam saltem

1) *Traduceret*. Quae iterum commendo diligentissimae lectorum memoriae, ut multis iam feci in tom. 1 prolegom. p. XLI, XLII. Cf. G. Philippus *Kirchenrecht*. tom. III, p. 39.—A. Thiel. *Epist. Rom. pontif.* fasc. 1, Brunsbergae 1867, p. 122, 986.

2) *Ecclesia*. Vid. t. 1, p. 422 ad calcem col. 2. Scholium non omisit Wolfius ex cod. oxon. accipere in *Anecd. graec.* t. IV, p. 114.

Ioannis papae II epistolam in ipso Codice video 1). Ne unam quidem Romanorum Pontificum vocem invenio sive in Ioannis Scholastici quinquaginta Titulis, sive in utroque Nomocanone, sive in quovis byzantinae ecclesiae codicillo.

Tuum igitur esto, omissa supplere, suppressa restituere, male intercisa revocare vel ab orco, aliquis dicet. « Etenim, ait quidam germanicus vir, si agitur de hoc ipso corpore iuris ecclesiae orientalis 2) construendo, principia photiana explodenda sunt, servanda autem est methodus Gratiani, cuius in Decreti tribus partibus, 517 documenta exacte digesta ad Orientem spectant. Nec solum antiqui canones ante lugendum saeculi IX schisma stabiliti, verum etiam constitutiones pontificiae et decreta SS. Congregationum, una cum libris enchologicis et actis synodorum provincialium, a sancta sede approbatis, oportet accenseantur fontibus iuris orientalis. » Haec ille. Sed quot libros pauca verba circumscribunt? Fac rituum canonumque illa bibliotheca vehatur: plaustra erunt, quae veteres dixere camelorum onus. Saltem moneo, ut inter altaria reponas centum libros *euchologicos;* addo, provinciales quas aiunt synodos, a sancta sede expendi quidem et recognosci, approbari non item; utrum vero ad Orientales usque recentia decreta pertingant, sub indice litem esse; obsoluisse demum multa, quae aut satis promulgata non fuerunt, aut aevi diuturnitate sepulta iacent. Iam vero donec exurgat summus aliquis Pontifex qui ex apostolicae cathedrae fastigio, aut in comitiorum totius Ecclesiae maiestate iuris orientalis fines amplificet, satius est non praetergredi statutos terminos. Neque aliud a me puto requiri, quam ea colligere, quae vim legis apud Graecos olim habuere, quam revocare in lucem quae certo et publico iure edita et promulgata sunt, minime vero marte proprio in medium afferre, quaecumque optaverim meliora, aut quae ampliora et saniora excogitaverim.

Noli vero ab inopia apostolicarum litterarum inter canonicas Graecorum syllogas inferre, exiguam fuisse apud illos Romanorum pontificum auctoritatem, obscuram inter patriarchas personam, spretamque et imbellem dexteram. Immo vero recole quae non semel in superiori tomo proposuimus, exempla a Petro et Clemente, vel ante pacis aevum, quibus potentioris ecclesiae plenissima iurisdictio declaratur (praef. p. XXVIII, XXIX). Animo tibi subeant, quos vidimus (p. XL, XLII) vel in Orientis luce splendere, Iulium, Liberium, Damasum, Siricium in quarto saeculo; in quinto autem Innocentium, Zosimum, Bonifacium, Coelestinum, Sixtum III, Leonem Magnum, Simplicium, Felicem III, Gelasium, et quid plura? Eosdem intuere in hoc tomo primas agere. Ea quippe Romanorum pontificum conditio est, ut, nedum ob dissita loca minores in Oriente fiant, primatus eorum splendidior illic quam in Occidente sit, ita Deo providente, ipsisque faventibus Ecclesiae hostibus;

1) *Video.* V. L. 8 cod. 1. 1. ed. Kriegel. p. 12.
2) *Orientalis.* H. Laemmer *De Leonis Allatii codicibus*, qui Romae, in biblioth. vallicell. asservantur. 1864. p. 9, 10

quippe qnum illic potissimum bella exarserunt, quae Roma compressit; intumuit patriarcharum fastus, qnem compescuit apostolica manus; erupit haeretica vesania, quam Petri fulmina deiecerunt. Ubi enim, nisi in Oriente, amplissimis totius Ecclesiae conventibus per legatos Romani pontifices praefuerunt?

Telam vero incoeptam, a sexto inde saeculo et in sequentia extendere non piget. Ac primum S. Symmachus adesto (a. 499-513), qui domi discordiam in Urbe furentem dum premit, foras expellit Acacium et suos, ne excepto qnidem Anastasio imperatore; tum « episcopos, presbyteros, diaconos, archimandritas et cunctum ordinem ac plebem, per Illyricum, Dardaniam, utramque Daciam, » monitos ut ab ecclesiae constantinopolitanae communione abstinerent, mala fortiter ferre iubet 1). Cui quum Hormisdas et diaconus astiterit strenuus, ac summus vere pontifex successerit (a. 514-523), mirum qnam fortiter et suaviter cum toto Oriente egerit, ut a Constantinopoli, ab Alexandria, ab Antiochia, ab Hierusalem monstra errorum morumqne pestes amoveret, ut Anastasii pervicaciam emolliret, ut Iustini bonam excitaret voluntatem, ut Iustinianum ad magna impelleret, ut solemnem fidei libellum dictaret, qnem synodo Epiri veteris, deiu Ioanni Nicopolitano, tum Dorotheo Thessalonicensi, tum etiam Timotheo, Ioanni, Epiphanio una cum clero et monachis Constantinopolitanis, tum demum Hierosolymitano patriarchae, presbyteris, diaconis et archimandritis Secundae Syriae, quin et monachis Scythis, immo universis episcopis in Oriente constitutis proposuit, ut accepta fidei romanae tessera, omnes « ad petram, supra quam est fundata Ecclesia, reverterentur 2). » Quae vero litteris non attingit, exequitur per nobilissimos legatos, Ennodium Papiensem, Germanum Capuanum, Fortunatum Catanensem; ipsosque Occidentales, Avitum Viennensem, Sallustium Tarraconensem, in precum laborumque partem, inque Orientalium suppetias vocat 3). Neque tantum fidei regulam edicit, sed Dionysio auctor est, ut amplum illud corpus edat canonum latinorum graecorumque, « ut auctoritas qua tenerentur ecclesiae orientales, agnosceretur 4). » Plus sola sanctitate sna fecerunt Ioannes I et Felix IV, quorum prior Romani pontificis maiestatem Orienti conspicuam tum primum committens, coeco ocu-

1) *Iubet.* Mansi VIII, 22. Thiel. 717 epist. XIII.

2) *Reverterentur.* Quam frigide vel docti rerum ecclesiasticarum scriptores dixerunt, quando non attuerunt omnino de hoc libello, verius loquar, de hoc vexillo ecclesiae romanae, quod manu gestarunt intrepida, non solum Hormisdas, sed Bonifacius II, Agapetus, Vigilius, alii. V. infra p. 193, 216, 219, 220. Aegerrime Byzantini semper tulerunt quidquam, Roma dictante, subscribere. Ut multa praeteream, insigni exemplo sit quod actum est in concil. VIII CP., quando Photius deiectus est. Libellum subscribendum vix Legati romani obtulerunt, quum « surrexerunt quidam et ad S. Ignatium atque ad Basilium Imperatorem accedentes, dixerunt non bene factum fuisse quod ecclesiam CPanam tanta subiectione romanae subdi ecclesiae permiserint. » Tum chirographa iam subscripta clam auferri, nonnullos ad vomitum redire, etiam expungi acta graeca vidisses, ut neque scena non lateret, nisi latina Anastasii versio ad nos pervenisset. Cf. Mansi XVI p. 318, 319.

3) *Vocat.* Mansi VIII, 283, 387, 388, 393, 398, 402, 405, 407, 408, 409, 412, 414, 415, 416, 418, 421, 422, 433, 1024, 434, 435, 437, 440, 442, 443, 447, 460, 474, 483, 496, 498, 500, 501, 509, 513, 517, 518, 520, 1029.

4) *Agnosceretur.* T. I. praef. l. l. Thiel. ep. 148, p. 987.

oculos restitnit 1), ad portam aneam Constantinopolis, qua in urbe « Domini nostri resurrectionis diem plena voce romanis precibus celebravit 2). » Tantae memoriae laus adhuc spirat in Ioanne II (a. 532), cui Instinianus commisit iudicium in Acoemetas monachos, cuiusqne litteras Codicis in fronte affixit. De Agapeto, Sylverio et Vigilio (a. 535, 536, 537, 553) in hoc ipso tomo satis dixisse videor 3). Qnid vero de utroqne Pelagio addiderim, quorum prior (a. 555-560) in publica fidei suae expositione, « amplecti se professus quatuor conciliorum statuta et canones apostolicos 4), » pene plebi ostensa Dionysii romana collectione, merito statuit « synodorum congregandarum auctoritatem apostolicae sedi privata commissam esse potestate, nec ullam synodum generalem ratam esse, quae eius non fuerit auctoritate congregata vel fulta 5). » Posterior vero Pelagius (a. 578-590), ut in Ioanne Ieiunatore universalis episcopi appellationem gravius notaret, omnia synodi cuiusdam byzantinae acta expunxit 6). Iure idem suo in totam Ecclesiam utens, Hadrianum, episcopum Thebannm, ditionemque eius a Ioannis episcopi Larissensis iurisdictione exemit 7). Felix IV et Pelagius II, quorum nnus erat Gregorii Magni atavus, alter eumdem ut apocrisarinm misit Constantinopolim, nos manuducunt ad maximum illum pontificem, cuins unius tabulae, caetera licet totius apostolici archivii monumenta pelagus absumpserit, satis essent ad plenissimam ecclesiae romanae auctoritatem asserendam. Mitto quae ad nomen oecumenici patriarchae pertinent 8), mitto quae fuso retuli calamo Antiochena et Anastasiana 9); vix enim vel concito cursu caetera licet attingere, quae sunt de Constantinopolitanis 10), de Alexandrinis 11), de Hierosolymitanis 12), de Imperatoribus 13), de Illyrico 14), de Corinthiis episcopis 15), de Prima Iustiniana 16), de Thessalonica 17), de Chalcedonensi eccle-

1) *Restituit*. S. Gregorii dialog. lib. III, c. 2. ed. BB. t. II, p. 284.

2) *Celebravit*. Marcell. Com. *Chron*. Roncalii vet. lat. script. Chron. II 318.

3) *Videor*, Cf. infra p. 218 sqq.

4) *Apostolicos*. Mansi IX p. 717.

5) *Fulta*. Baius. *Miscell*. III. 3. Brevior licet historia Pelagii sit, inde scitur quanta fuerit Graecorum religio erga S. Patrum, quum petenti, ut videtur, S. Eutychio miserit « limaturam de catenis Apostoli et tunicam unam in interiori parte eius sepulcri per triduum sitam. » Cf. Theineri *Disquisit. crit*. p. 203. Scriptum ibi *Citticio* in *Eutychio*, ut opinor, emendandum. Similia Gregorius M. mittit Anastasio Antiocheno, Andreae illustri, Ioanni oxconsuli (Reg. I. 26, 30, 31). Sed in primis notari solet quod Constantinae augustae, caput S. Pauli pro nova quadam ecclesia CPana petenti, respondet, « corpora SS. Petri et Pauli tantis coruscare miracolis atque terroribus, ut neque ad orandum sine magno illuc timore possit accedi (Reg. IV. 30). » nec nisi catenarum S. Pauli pulverem promittit, « si tamen inquit, hanc tollere limando praevaluero. »

6) *Expunxit*. Gregor. Regest. V. 18 ed. BB. II. 741.

7) *Exemit*. Ib. III. 7. p. 630.

8) *Pertinent*. V. infra p. 222, 223.

9) *Anastasiana*. V. p. 210, 241.

10) *Constantinopolitanis*. Reg. IV. 32, VII. 4, 5, 7, 30, 31, XI. 12, 51, XIII. 40.

11) *Alexandrinis*. Ib. IV. 36, V. 43, VI. 60, VII. 31, 10, VIII. 29, IX. 78, X. 35, 39, XI. 30, XIII. 41, 42.

12) *Hierosolymitanis*. Ib. VII. 32, VIII. 6, XIII. 29.

13) *Imperatoribus*. Ib. III. 10, 65, 66, V. 30. 40, VI. 16, 65, VII. 6, XIII. 31, 58.

14) *Illyrico*. Ib. 1, 10, 20, 21, 38, 45, 58, 58 et passim in singulis Regest. libris.

15) *Episcopis*. Ib. I. 27, III. 39, V. 57, 59.

16) *Iustiniana*. Ib. III. 6, IV. 10, XI. 47.

17) *Thessalonica*. Ib. X. 42, XI. 74.

sia 1), de Ephesino episcopo 2), de Corcyraeo 3), de universis Helladiae episcopis 4), de Lycaonia 5), de Isauris 6), de Monte Sina 7), de universo propemodum orbe orientali. Adde quod gregorianis fortasse tabulis maius est, non solum quatuor libros *Dialogorum*, quibus romana sanctissimae vitae exempla proponuntur, sed *Regulam* illam pastoralem, seu κανόνα κατ' ἐξοχὴν, illustrissimo interprete Anastasio patriarcha Antiocheno 8), graecam in linguam transiisse. Pauciora inde sunt, ob turbulentissima, maxime in Oriente tempora, ecclesiae romanae acta et decreta de Orientalium disciplina, quae ad nos usque pervenerunt. Omnia utinam Graeci nobis tam sedulo servaverint, quam Honorii epistolas plus minus intactas ! Eorum tamen invidiam vicit Honorii apologia a proximo successore Ioanne IV, et Theodori I epistola ad Constantem imperatorem 9). Vicit sancti Martini fortitudo, cuius adhuc graecae XII epistolae et latinae plurimae cum integra synodo lateranensi supersunt. Neque etiam desunt ad Graecos Vitaliani papae epistolae IV, S. Agathonis synodicae binae, Leonis II una graece, Gregorii II tres praestantissimae, duabus aliis misere interceptis, quibus (a. 727-731) orditur egregium romanae fidei cum Iconoclastis certamen. E vestigio sequitur Gregorius III, cum synodis et commonitoriis (a. 731-741), quorum multa temporum iniquitas tulit. Eadem vestigia premunt S. Zacharias (a. 741-752), S. Stephanus III (a. 753-757), Paulus I (a. 757-767), Stephanus IV (a. 768-772), Hadrianus I (a. 772-795), cuius litteris, librisque geminatis, quievit tandem bellum pene saeculare. Mox vero, redintegrato praelio, in aciem rursus S. Paschalis I ingreditur (817-824), nec nisi a Nicolao 10) Magno (a. 858-867) longa ac dura certamina clauduntur.

7. Inopinatum hic aliquid, et mihi, fortasse et aliis prorsus inexpectatum contigit. Sollicitum me semper tenuerunt quae spectant ad foedissimam illam Iconomachorum colluviem. Excogitari vix potest, quae causae fuerint, cur dum ea ipsa tempestate, saraceni furoris turbine totus pene Oriens perflaretur, ipsa inter excidia populorum et strages civitatum, inter ecclesiarum ruinas et incendia, similis plane procella, ab ipsis christianis imperatoribus exorta, eodem modo saeviret, non solum sacris imaginibus exterminatis, sed ambustis etiam libris, bibliothecis, monasteriis, sed monachis et episcopis aut in exilium trusis, aut in mare proiectis, aut post immania tormenta et supplicia trucidatis. Coeca, si qua unquam fuit, vesania hominum est et inepta ac bar-

1) *Ecclesio*. Ib. VI. 13. 16.
2) *Episcopo*. Ib. VII. 11.
3) *Corcyraeo*. Ib. XIV. 13.
4) *Episcopis*. Ib. V. 58, VIII. 5.
5) *Lycaonia*. Ib. VI. 66.
6) *Isauris*. Ib. IV. 30, V. 38.
7) *Sina*. Ib. IV. 46, XI. 1, 2.
8) *Antiocheno*. Ib. XII. 24, Cf. infra p. 241, ubi cl. Jaffe emendari oportuit.
9) *Imperatorem*. Mai Biblioth. N. PP. t. VI, 511.

10) *Nicolao*. Etiam extat in cod. vatic. lat. 3789 peculiare quoddam S. Nicolai Bullarium de causa photiana, dignissimum quod novis curis edatur. Haud omisit Mansi id notare his verbis: «Collectionem epistolarum Nicolai I in causa Graecorum nactus olim fui in codice vatic. 3789, eumdemque credo esse, quem Pontifex ipse confici iussit in monumentum perpetuum; id enim indicat apicum vetustas, ab aetate Nicolai haud multum abludens.» Concil. t. XV col. 160.

bara dementia. Tu mihi interim considera quam provida Dei benignitas sit, quae tantam iniquitatem innumeris vicit beneficiis. Victoria enim veritatis fuit integerrima, qunm ad conterendum stnltissimum errorem, orthodoxi vindices universam graecanicarum haereseon compagem, ab remotissimis Gnosticorum et Manichaeorum fallaciis, quasi a fundamento conoutientes, usque deque ita subverterunt, ut pene rupta omnino fuerit catena tot mendaciorum subtili inter se vinculo coniunctorum. Quam quidem victoriam prae caeteris S. Nicephorus et calamo et nomine suo retulit, vir quem satis mirari nequeo, quoties ad grandiora eius monumenta, nondnm penitus lnci data, revocari animum oportet. Aliud me haud minorem in admirationem rapuit, videlicet ab ipsis confessorum et martyrum aerumnis, vulneribusque et patibulis, ab exulantium solitudine, ab interfectorum cruore et cinere erupisse, velut examine denso, hymnorum et canticorum confertissima agmina, quae, etiamnunc variis idiomatibus centnm populorum tradita, per decem et amplius annornm saecula, a summo Septentrione ad extremos Garamantos pervenerunt 1). Iam velim et tertium illud mirere, Iconomachornm imperatorum insaniam haud exiguam causam extitisse, unde et libertati suae restitueretur sedes apostolica, et summorum pontificum electiones ab omni caesarea tyrannide eximerentur, et Italiae ac Siciliae populi, suis derelicti viribus ac suffragiis, sponte in Petri tutelam ac dominium convolarent, denique etiam maior ac sanior pars orientalium monachorum et hegumenorum usque ad portas et intra Urbis maenia confugerent, novisque sese vincnlis necterent cum vetere Roma, quae omni ope profngos, omni solatio exules tueri et excipere non cessavit. Quin et calamum egregie strinxisse summos pontifices iam argumento erant graves litterae Gregorii II, lectae in altera oecumenica synodo nicaena, et quae Hadrianus I ad Francofordienses longo et patientissimo sermone direxit. Neque hoc satis mihi visum est. Aegre enim ferebam nihil superesse ex iis quae Theodorus Studita supplex ab oraculo apostolico expectabat, dum ad sanctum Paschalem clamaret inter plura: « Audi, apostolicum caput, a Deo praeposite pastor ovium Christi, ianitor regni coelorum, Petra fidei super quam aedificata est catholica Ecclesia. Petrus enim tu, qui Petri sedem exornas et gubernas 2). » Audire et ego gestiebam ea quae exnles longius salutabant, sola spe quaedam auscultandi verba adeo erecti, ut in hanc erumperent alteram epistolam: « Respexit nos Oriens ex alto, Christus Deus noster, dum tuam in Occidente beatitudinem, tanquam facem quamdam divinitus lucentem, ad Ecclesiae quae sub coelo est illuminationem, in apostolica prima sede constituit. Etenim spiritnale lnmen percepimns, qui in tenebris et in umbra mortis improbae haereseos tenebamur, et tristitiae nebulam deposuimus, atque in spem optimam emersimus, cum didicimus ex fratribus nostris et conservis, qualia et quanta egerit et dixerit sancta celsitndo vestra. Vos, illimis revera

1) *Pervenerunt.* Cf. *Hymnographie de l'Eglise grecq.* p. 51.—2) *Gubernas.* Epist.lib. II. 12.

ac sincerus ab initio fons orthodoxae veritatis 1). Vos, adversus omnem haereticam procellam tranquillus sepositusque Ecclesiae universae portus. Vos, a Deo electa civitas refugii salutis 2). » Neque verba tantum habuit, sed scripta tenuit exulum chorus, legationem vidit Constantinopolis, litteras Leo imperator excepit, quum in haec verba Theodorus exultaret: «Gaudeat beatissimns et apostolicus et nomine suo dignus Paschalis, quoniam Petri opus adimplevit. Exultet omnis orthodoxorum chorus, quia ob oculos vidit episcopatnm Christi, secundum sanctos olim patres nostros 3). » Romanam denique sententiam adversus impios persecutores ovans et laetus osculari videtur, dum ait: « Sane non effugerunt, quin a supremo Ecclesiae throno argnerentur, sicut factum est, et ipsi scitis 4). » Noveram denique ex eiusdem sancti viri litteris, quas cl. Mains typis quidem, non luci tamen dedit vivus, ex Urbe reducem (a. 818) Methodium, postea patriarcham, hanc sententiam, haec oracula, has litteras sancti Paschalis retulisse: « Sic enim nos exigui, inquiebant exules, optabamus, auctoritate scilicet eius qui orbi vestro (occidentali) dominatnr, nancisci auxilium, per primae sedis intercessionem et a Deo datam potestatem, sed nondum audebamus id petere, propter rei sublimitatem; nunc quia Dei digito inspiratum fuit in illius sacrum oor, hoc petit oratio nostra ... Nam sicut unns Dominus, una fides, unus Deus, sic nimirum et nna Ecclesia, ut vester apex praesideat 5). » En eum tandem voti compotem, dum haec Methodio et Ioanni canit: « Qnam laudabilis navigatio vestra! Quam felix agon heu! certantium, qui clariorem successum reddidit. Si quidem duorum hominum salns omnium incolumitatis causa fuit. Hand vobis debetur laudativa ex oleastro, sed illa cum paeane divinitus contexta de rosis corona 6). » Verum enim vero ubi laureata Paschalis sententia? nbi decreta palmaria? ubi victrices litterae? Post excnssos nndequaque forulos, pluteos, angulos museorum, spe omni prorsus amissa, tomum hunc absolveram, ac signo iam dato, vela alio verteram, quum in Urbis meditnllio, in ipso Collegio Romano, incidi in pulvereum codicem, exesum pene a tineis, densa stribligine horridnm, in qno inter multa notatu dignissima 7), insperata mihi epigraphe illnxit: « Πασχαλίου πάπα Ῥώμης ἐκ τῶν πρὸς Λέοντα βασιλέα. *Paschalis Papae Romani ex litteris ad Leonem imperatorem.* » Fateor mihi non esse otium multa cum indagine perquirendi, an nemo ante me haec viderit, an nemo rescripserit, in mediumve attulerit. Rei opportunitate allectus, nihil moror, qnin hno religiose omnia inseram, ab optimis archivii curatoribus veniam sperans certissimam. Mutila quidem pleraque iacent ab initio, in fine, alias. Dimidia verba sunt, ac si ipse Methodius, quem Iconomachi, contritis maxillis, semimortuum reliquerant, nt ora fasciis ligare et redimere eum opor-

1) *Veritatis*. En paulo post Honorium, etiam apud Graecos, illibata fides Romanae sedis!
2) *Salutis*. Lib. II. 13.
3) *Nostros*. Lib. II. 63.
4) *Scitis*. Lib. II. 66.
5) *Praesideat*. Ex novis epist. 192.
6) *Corona*. Ex iisdem ep. 193.
7) *Dignissima*. Vid. p. XVII, not. 2.

tuerit 1), martyris more balbutientis, apostolica oracula vix integra redhibuisset. At plura nova sunt; plura autem nonnisi reperies in Damasceni de eodem argumento orationibus, quas fortasse Romam exules secum attulerant.

Πασχαλίου πάπα Ῥώμης ἐκ τῶν πρὸς Λέοντα βασιλέα.

Paschalis Papae Romani, ex litteris ad Leonem imperatorem.

Θεὸν [2] οὐδεὶς, φησὶν, ἑώρακε πώποτε [3], καὶ προσκυνεῖν εἰκόνας οὐ προαιρούμεθα, καὶ [4] κατὰ τοῦτο μὲν τὸ ῥητὸν, οὐδὲ ἡμεῖς ἐκτυποῦμεν τὰ σεπτότατα εἰκονίσματα· τοῦ γὰρ ἀοράτου καὶ ἀσωμάτου Θεοῦ τίς ἂν γένηται εἰκών; ὅταν δὲ τὸν αὐτὸν ἠγαπημένον μαθητὴν ἀκούσωμεν λέγοντα, ὅτι ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς, ὃ ἑωράκαμεν, καὶ αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν περὶ τοῦ Λόγου τῆς ζωῆς [5], καὶ τὸν Θωμᾶν [μετὰ] τὸ ψηλαφῆσαι κράζοντα· Ὁ Κύριός μου καὶ Θεός μου [6], καὶ τὴν τοῦ Χριστοῦ πρὸς πάντας προτροπὴν, ὅτι ψηλαφήσατέ με, καὶ ἴδετε, ὅτι πνεῦμα σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει, καθὼς ἐμὲ θεωρεῖτε ἔχοντα [7]· τότε τῆς ὁμοθέου καὶ ἀμερίστου σαρκὸς αὐτοῦ τῆς κρατηθείσης ὑπὸ Θωμᾶ καὶ ψηλαφηθείσης καὶ πρὸς πίστωσιν φαγούσης, εἰκόνα γράφοντες [8], εὐσεβῶς προσκυνοῦμεν. Ἐπεὶ πῶς ἡ φυλακὴ τοῦ ἀσυγχύτου ἡμῖν τῆς διπλῆς οὐσίας ἐν τῷ Χριστῷ λεχθήσεται [9], εἰ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον γράψαι αὐτὸν, καθὸ πέπονθεν, οὐ βουλόμεθα; ἡμεῖς γὰρ διὰ τοῦτο προσκυνοῦμεν τὴν ἁγίαν Χριστοῦ εἰκόνα, διότι ἀμέριστος εἷς ὑπάρχων υἱὸς καὶ μονοϋπόστατος, εἰκονιζομένης τῆς σαρκὸς, δηλονότι τῆς ἀπεριλήπτου καὶ ἀκαταγράπτου θεότητος ὑπάρχων ἀδιάστατος, ἁγιάζει καὶ γραφόμενος καὶ προσκυνούμενος. Ὡς γὰρ τὸ ὄνομα Ἰησοῦ ἐν τῷ [σω]θῆναι ἀνθρώπους κέκληται [10], καὶ τοῦτο μόνον λεγόμενον τὸ θε[ῖον εἰ]σφέρει, κατὰ τὸ ἀμέριστον τῆς μιᾶς ὑποστάσεως,

«Deum nemo, inquit, vidit unquam,» et adorandas imagines minime proponimus iuxta illud quidem verbum, neque sacratissimas nos effigies exprimimus. Invisibilis quippe et incorporei Dei quae iam fuerit imago? Quando vero ipsummet dilectum discipulum audivimus aientem: «Quod erat ab initio, quod vidimus et manus nostrae palpaverunt de Verbo vitae;» et quando Thomam illum, postquam contrectavit, audivimus clamantem: «Dominus meus et Deus meus,» quin quum ipse Christus ita omnes adhortetur: «Palpate me, et videte quoniam spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habentem,» idcirco carnis Deo unitae et individuae, eiusdemque a Thoma palpatae, et, ne non credatur, edentis, imaginem efficientes, pie adoramus eam. Quo enim modo firma erit persuasio, sicut in nobis, ita in Christo duas diei substantias minime confusas, si iuxta humanam naturam qua passus est, pingi eum nolumus? Propterea namque veneramur sanctam Christi imaginem, quod, quum sine divisione sit unus Filius in una persona subsistens, quum inseparabilis sit ab exhibita per imaginem carne, utique et ab incomprehensa et inenarrabili deitate, idem sanctitatem et pictus et adoratus largitur. Quemadmodum enim nomen Iesu, in eo quod hominum servator est, enunciatur, idemque simul ac dicitur, divinum aliquid inducit, et sanctificat, ob unius personae integritatem, ita sta-

1) *Oportuerit.* Cf. infra p. 351.

2) Θεόν. Ex cod. Coll. Rom. IV. 2. 1, saec. XIII. infra describetur.—3) πώποτε. Ioan. I, 18. Suspicio primum venit quamdam Iconomachorum obiectionem ab exordio poni. Quae quidem verba ex iis esse quae pravum in sensum detorquebant, tum etiam acta II conc. nic. evincunt. Cf. Mansi t. XIII, col. 280. Eadem tamen non semel orthodoxi usurpant, ut suam caute circumscribant sententiam, ac diserte excludant Iconomachorum hanc calumniam, depingi Christum, qua Deus, non qua homo est. Unde apud ipsum Studitam legitur: «*Deum nemo vidit unquam*, at quidem *Unigenitus Filius*, cum Deus esset ut cerneretur, hoc ipsum *enarravit* (1 Tim. III, 16). Sed procul dubio, nudum humanitate Deum nemo videt. Quoniam vero Unigenitus non ita nudus post incarnationem, idcirco et aspectabilis est.» Epistol. II. 26. Cf. Damasc. Opp. ed. Migne t. I, col. 1287 A, 1290 C, 1323 A.—4) καὶ libenter expungerem.—5) ζωῆς. 1 Io. I. 1.—6) μου. Io. XX, 28.—7) ἔχοντα. Luc. XXIV, 39.—8) εἰκονογραφοῦντες cod.—9) λειφθήσεται fort. immo φυλαχθήσεται, quomodo sarta tecta erit doctrina.—10) κέκληται. Matth. I. 21. In codicis semilacera pagina aegre legitur: ἐν τῷ . . . θῆναι ἄνθρωπος, ex quo aliquis malit: ἐν τῷ ποιηθῆναι ἄνθρωπος, quando homo factus est.

καὶ ἁγιάζει. οὕτως, εἰκονιζομένης τῆς ἀμερίστου σαρκὸς αὐτοῦ, ἁγιάζει ὡς εἰκὼν Θεοῦ σαρκός· εἰ γὰρ οὐδεὶς δύναται εἰπεῖν Κύριον Ἰησοῦν, εἰ μὴ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ 1), τὸ δὲ γράψαι πλέον [ἐστὶ] καὶ χρονοτριβέστερον ὑπὲρ τὸ εἰπεῖν, οὐδεὶς δύναται γράψαι Κύριον Ἰησοῦν, εἰ μὴ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ· ἐπεὶ καὶ τὸν Βεσελεὴλ εὑρήσεις Πνεύματος ἐμπεπλησμένον διὰ τὸ μόνον τῶν ἐν τῷ ὄρει τυπωθέντων εἰκονίζειν οὐράνια σύμβολα 2).

Τίς τοίνυν τοῦ βαπτίσματος ἔτι χρεία, εἰ ὁ Πατὴρ καὶ τὸ Πνεῦμα καὶ δίχα συμβόλων ἐλεύσονται; ὁ γὰρ Υἱὸς ἤδη αὐτοῖς προέδραμε 3), συμβόλων ἄτερ, ὡς λέγουσι. Τί δὲ σταυροῦ 4) τύπωσις πρὸς ὠφέλειαν, εἰ ἡ πίστις εἰκόνας οὐ παραδέχεται; ἔστω οὖν σοι βάπτισμα ἐκ μόνου τοῦ ἀπράκτου θελήματος, ἡ ἐπίκλησις καὶ μὴ δεηθεῖσα 5) καταδύσεως! ἔστω σοι καὶ σταυρὸς ἐκ μόνου τοῦ λέγειν· Ὁ Κύριος τῆς δόξης ἐσταύρωται 6), καὶ μὴ ὁ τύπος!

Τί δὲ ἄρα σοι βούλεται τά τε τοῦ Ἰεζεκιὴλ καὶ τῶν κατ' αὐτὸν ὁράματα; Οὐδεὶς γὰρ δόξαν, ἀλλ' ὡς ὁμοίωμα δόξης Κυρίου εἴδησεν 7), καθὰ θάτερος τῶν πολλῶν ἀκριβέστατα ὑπεσήμηνε. Εἰ γὰρ καὶ πλήρης πᾶσα ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ, κατὰ τὸν Ἠσαΐαν 8), διὰ τὴν ἐν σαρκὶ τοῦ Λόγου θεοφάνειαν, ἀλλ' ὁμοίωμα δόξης εἶναι νοήσεις, ἃ ἑώρακε· καὶ εἰ τύποις βλέπειν οἱ προφῆται τὴν ἀλήθειαν, καὶ πρὸ τῆς ἀφάτου συγκαταβάσεως ἐνόμισαν 9), ἅμα [τῷ] χρῆσαι [ὅ, τι] ὑπερεφάνη τῇ θείᾳ ἁρμοδιότητι, πῶς σὺ αὐτὸν τὸν σαρκωθέντα, τὸν ἕνα τῆς τριάδος, τὸν Υἱὸν καὶ Θεόν, μετὰ τὴν μεθ' ἡμῶν ἀναστροφὴν αὐτοῦ, τυποῦν, ὡς εἴδομεν καὶ παρελάβομεν καὶ πιστεύομεν, οὐ καταδέχῃ;

Πῶς δὲ καὶ εἶναι τὸν κόσμον, καὶ ζῆν ἡμᾶς ὑπολαμβάνεις; ἆρα οὐ τοῦ ἄνω κόσμου συμπληρωτικὸν ἅμα καὶ τυπικόν; καὶ εἰ τοῦ προφητικοῦ οὐκ ἐπιλέλησαι, πῶς ζῇς; ἐν εἰκόνι, ἢ ἐν ἀληθείᾳ; καὶ εἰ μὲν ἐν εἰκόνι, πῶς ἐν εἰκόνι ζῶν τέ συ καὶ διαπορευόμενος 10), αὐτὸς εἰκὼν ὢν καὶ οὕτως ζῶν, οὐ καταδέχῃ εἰκόσι χειραγωγεῖσθαι πρὸς τὴν ἀλήθειαν; ἢ ἐπελάθου 11) καὶ τοῦ·

tim ut individua caro eius repraesentatur, sanctificat ut imago carnis Dei. Si enim nemo potest dicere Dominum Iesum, nisi in Spiritu sancto, pingere autem quum amplius aliquid sit ac operosius quam dicere, nemo potest pingere Dominum Iesum, nisi in Spiritu sancto, quippe quum illum Beseleel invenias Spiritu repletum, nec nisi ut quae in monte sub typis ostensa sunt, coelestia symbola exprimeret.

Praeterea ut quid baptismatis opus erit, si tam Pater quam Spiritus etiam sine ullis signis accedunt? Iam enim Filius illis occurrit absque simulacris, uti dicunt. Cui bonum, crucem effingere, si fides nullam imaginem permittit? Baptisma igitur tibi sit sine ullo opere, ex sola voluntate, nec nisi invocatio, quae mersitatione non indigeat. Crux tibi sit una illa vox: «Dominus gloriae cruci affixus est,» non autem signum....

Quid tibi esse videntur etiam Ezechielis visiones et caeterorum prophetarum? Nemo certe gloriam Domini vidit, sed quasi similitudinem gloriae, ut alius interpres caeteris diligentior significavit. Si enim omnis terra plena est gloria eius, iuxta Isaiam, ob manifestatum divinitus in carne Verbum, ea vero gloriae similitudinem noveris esse quae propheta vidit, et si in figuris se intueri veritatem, etiam ante ineffabilem in carne demissionem, prophetae aestimaverunt, statim ut primum vaticinati sunt quod superius illuxit ex divino oeconomia, quomodo tu non concedis imaginem illius qui caro factus est, unius ex Trinitate, Filii simul ac Dei, sic post eius inter nos conversationem efformari, sicut vidimus et accepimus et credimus?

Quomodo et adesse mundum et vivere nos tu intellexeris? Annon igitur superioris orbis non erit plenitudo et repraesentatio? Et si propheticae vocis oblitus sis, quomodo tu vivis? In imagine, an in veritate? Et si quidem in imagine, quomodo vivens in imagine ac deambulans, ipse quum imago sis et ita subsistas, non admittis te ad veritatem duci per imagines? An te latet illud: «Video » nunc quidem per speculum in aenigmate; tunc au-

1) ἁγιῳ. 1 Cor. XII, 3.—2) συμβολα Exod. XXXI. —3) προεδραμει. Cod. satis aperte.—4) σταυρου τυπωσις; ib. Ea fuit Iconomachorum ἀνακολουθία, ut cum imagines tollerent, sanctae tamen cruci parcere, immo B. Virginis icones servare, saltem ab initio vellent.—5) f. δεήσεως. nisi ambigua scriptura obstaret.—6) ἐσταυρωται. Cf. 1 Cor. II, 8.—7) εἴδησεν. Ezech. II, 3. Hic divinando vertimus.—8) Ἠσαΐαν Is. VI, 3.—9) οὐκ (vel οὖν) ἐνομισαν ἅμα (vel ἄρα aegre cod. mutilus refect.—10) ζῶντί σοι καὶ διαπορευομένῳ αὐτός cod.—11) ἐπελάθου και το βλεπομενον cod. 1 Cor. XIII, 12.

Βλέπω μὲν ἄρτι δι' ἐσόπτρου ἐν αἰνίγματι, τότε δὲ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον· ἄρτι γινώσκω ἐκ μέρους, τότε δὲ, ὅπερ ἔστι μετὰ τὴν ἐξανάστασιν, ἐπιγνώσομαι καθὼς ἐπεγνώσθην 1); καὶ διὰ πίστεως γὰρ, φησὶ, περιπατοῦμεν 2), οὐ διὰ εἴδους. Καὶ ταῦτα μὲν, εἰ ἐν εἰκόνι ζῇς· εἰ δὲ ἐν ἀληθείᾳ, ἄρα πλήρως ἀποθανών, καὶ οὐκ ἐλπίζεις ἀνάστασιν. Καὶ εἰ ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ μόνῃ, κατὰ τὸν ἀπόστολον, ἠλπικότες ἐσμὲν, ἐλεεινότεροι πάντων ἀνθρώπων ἐσμὲν 3). Οὐρανὸν δὲ καινὸν καὶ γῆν καινὴν 4) οὐ πιστεύεις, κατὰ τὸ λόγιον; ἢ οὐκ ἀνιστάμεθα καὶ ἡμεῖς καινοὶ καὶ ἄφθαρτοι 5); ὁρᾷς εἰς οἵας ἀτοπίας ἐμπίπτει τὸ ἀνεικόνιστον; ὁρᾷς ποῦ καταφέρει τὸ ἀνεκτύπωτον;

Οὐκοῦν ὅταν καλῶς ἐσμεν ἐν ἀρεταῖς βρίθοντες, τότε λεγόμεθα κατ' εἰκόνα τοῦ ποιήσαντος εἶναι; καὶ ὁ λόγος δὲ πάλιν, ἐκλαλῶν τοῦ νοῦ τὰ κινήματα, οὐχὶ εἰκὼν τούτου, ὥσπερ καὶ ὑποδείκτης γνωρίζεται; νοῦς δὲ οὐχὶ τῆς ψυχῆς τὸ κάλλιστον μέρος, ὡς ὀφθαλμὸς ἐν σώματι; ἄρνησαι οὖν δι' ἑνὸς τὰ ὅλα, διότι εἰς τὸν λόγον, ὅς ἐστιν εἰκών, ἐμπορεύονται, καὶ εὕροις μηδὲν τοὺς ἀνθρώπους τῶν κτηνῶν διαφέροντας.

Πιστεύεις σὺ εἰς τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ; φησὶν ὁ Κύριος πρὸς τὸν τυφλὸν 6), καὶ ἀπεκρίθη λέγων· Καὶ τίς ἐστι, Κύριε, ἵνα πιστεύσω εἰς αὐτόν; Καὶ αὐτὸς εἶπε· Καὶ ἑώρακας αὐτὸν, καὶ ὁ λαλῶν μετὰ σοῦ ἐκεινός ἐστι. Καὶ εἶπεν ὁ ποτε τυφλός· Πιστεύω, Κύριε, καὶ προσεκύνησεν αὐτῷ. Εἰ οὖν Πνεῦμα ὁ Θεὸς, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν 7), ὃ ὑμεῖς οὐκ ὀρθῶς ἐκλαμβάνετε, πῶς ὁ ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ ζητῶν τὴν προσκύνησιν, ὡς υἱὸς Θεοῦ καὶ Θεὸς, τὴν αἰσθητὴν προσκύνησιν τῶν πιστευόντων κατεδέξατο; ἀδύνατον γὰρ πιστεῦσαι καὶ μὴ προσκυνεῖν 8), ὡς ἀποδέδεικται. Εἰ δὲ εἴπας ὅτι ὡς σεσαρκωμένῳ Θεῷ προσεκύνησαν αἰσθητῶς, ἄκουσον 9) ὅτι καὶ ἡμεῖς, τοῦ σεσαρκωμένου Θεοῦ ποιοῦντες καὶ προσκυνοῦντες εἰκόνα, Θεῷ προσκυνοῦμεν. Ἀλλὰ βλάπτῃ τῇ τῶν εἰδώλων ἀντιπαραθέσει πρὸς τὰς εἰκόνας; βλαβήσῃ 10) ἄρα καὶ ὁμωνυμίᾳ τοῦ ἔθνους 11), καὶ λοιπὸν τί σοι δοκεῖ; ἔθνος Ἰουδαῖοι, ἔθνος καὶ οἱ ἕλληνες· ἄλλοι μὲν, Θεῷ· οἱ δὲ δαίμοσι [προσκυνοῦσιν].

» tem facie ad faciem; nunc cognosco ex parte, tunc » autem, id est, post resurrectionem, cognoscam uti » cognitus sum. Et per fidem, ait, ambulamus, et » non per speciem. Et ita quidem, si in imagine vivis. Si autem in veritate, ergo totus mortuus, ne spem quidem habes resurrectionis. Et si in hac vita » solam, ait Apostolus, spem habuimus, sumus omni» bus hominibus miserabiliores. » Coelum ergo novum terramque novam nonne credideris, ut scriptum est, nonne resurgemus et nos novi et incorrupti? Vides quantas in absurditates praeceps ruat negatio imaginum? Vides quo abripiat typorum abolitio?

Nonne quando egregie sumus virtutibus cumulati, tunc dicimur iuxta imaginem Creatoris esse? ac rursus sermo quoque, dum enuntiat animi motiones, nonne eius habetur imago, qua manifestatur? Animae vero nonne mentis pars praestantissima est, ut oculus in corpore? Ad unam igitur universa ideo nega, quod in sermonem, qui imago est, commigrant, ut invenias homines inter et iumenta nullam esse discrimen.

« Credis tu in Filium Dei, » ait Dominus ad coecum, qui respondit dicens: » Et quis ille est, Domine, » ut in eum credam? Et ipse ait: Et vidisti eum, et » qui loquitur tecum, ipse est. Ait autem qui modo » coecus erat: Credo, Domine, et adoravit eum. » Si igitur Spiritus Deus est, et adorantes eum in spiritu et veritate oportet adorare, id quod vos non recte accipitis, quomodo is qui adorationem quaerit in spiritu et veritate, ut Filius Dei Deusque, manifestam huiusmodi credentium adorationem gratam habuit? Fieri non potest ut quis credat, non vero adoret, ut ostensum est.

Quod si dixeris Deo incarnato datam fuisse visibilem adorationem, noveris quod nos quoque incarnati Dei imaginem facientes et adorantes, Deo cultum offerimus.

Verum offenderis quadam idolorum comparatione cum imaginibus? Offenderis ergo et simili vocabulo ethnicae gentis. Quid tibi videtur? Gens Iudaei sunt, gens quoque Graeci. Hi vero Deum, hi autem daemonia colebant.

1) ἐπεγνώσθην. II Cor. V, 7.—2) περιπατουμένου cod.—3) ἐσμέν. I Cor. XV, 19.—4) καινήν. II. Petr. III, 13.—5) ἄφθαρτοι. I Cor. XV, 52.—6) τυφλόν. Io. IX, 35 sqq.—7) προσκυνεῖν. Io. IV. 24.—8) καὶ προσκυνοῦντα cod. manifeste corruptus.—9) ἄκουσον ib.—10) βλαβῆναι cod.—11) ἔθνους. Tam sententia quam scriptura huius loci ambigua est. Frustra in cod. margine excitantur haec Basilii verba, quae potius sequentia respiciant: Ἐκ τῶν κατὰ Εὐνομίου· Ἡ σωματικὴ τοῦ νόμου παρατήρησις ἐν τῇ

Ἀλλ᾽ εἴρηται, φασίν, οὐ ποιήσεις πᾶν ὁμοίωμα, ὅσα ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω καὶ ὅσα ἐν τῇ γῇ κάτω [1], καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἐξὸν ποιεῖν εἰκόνας. Καὶ πρὸς μὲν τοῦτο πρῶτον ἐκεῖνο ἐροῦμεν, ὅτι ὅσα ὁ νόμος λέγει, τοῖς ἐν τῷ νόμῳ λαλεῖ [2], ἐπεὶ οὕτω γε καὶ περιτομῇ, καὶ σαββάτῳ καὶ ἀποχῇ βρωμάτων ὑποκεισόμεθα, καὶ ἁπλῶς εἰς πάντα τῷ ζυγῷ τῆς δουλείας τοῦ νόμου ἑαυτοὺς ὑποθήσομεν, ὡς ὀφείλοντες ὅλον τὸν νόμον πληρῶσαι, ἵνα μὴ τῇ τῆς μιᾶς ἐντολῆς παραβάσει γινώμεθα πάντων ἔνοχοι [3] καὶ τῆς κατάρας τῆς λεγούσης· Ἐπικατάρατος πᾶς ὃς οὐκ ἐμμένει ἐν πᾶσι τοῖς γεγραμμένοις ἐν τῷ βιβλίῳ τοῦ νόμου τοῦ ποιῆσαι αὐτά [4]. Ἔπειτα δὲ κἀκεῖνο εἴποιμι ἂν πρὸς ὑμᾶς τοὺς ἀρτιφανεῖς Ἰουδαίους· πῶς τὰ τῶν ἐν τῷ νόμῳ Ἰουδαίοις διηγορευμένα προτεινόμενοι καὶ ἐπερειδόμενοι, χριστιανοὺς ἑαυτοὺς ὀνομάζετε; οὐκοῦν ἔτι ὑπὸ νόμον ἐστέ, καὶ οὐχ ὑπὸ χάριν [5], καὶ μάτην ἑαυτοὺς χριστιανοὺς προσαγορεύετε, μὴ ἀκούοντες τοῦ ἀποστόλου λέγοντος· ὅτι πρὸ τοῦ ἐλθεῖν τὴν πίστιν, ὑπὸ νόμον ἐφρουρούμεθα, συγκεκλεισμένοι [6] εἰς τὴν μέλλουσαν πίστιν ἀποκαλυφθῆναι, ὥστε ὁ νόμος παιδαγωγὸς ἡμῶν γέγονεν εἰς Χριστόν, ἵνα ἐκ πίστεως δικαιωθῶμεν· ἐλθούσης δὲ τῆς πίστεως, οὐκέτι ὑπὸ παιδαγωγόν ἐσμεν [7]· καὶ ὅτι, ὅσοι ἐν νόμῳ δικαιοῦσθε, τῆς χάριτος ἐξεπέσατε [8], καὶ πλήρωμα νόμου καὶ προφητῶν ὁ Χριστός [9], ὃς καὶ κατέπαυσε τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν, ἐν δόγμασι [10] καταργήσας. Πλὴν οὖν ἐν πολλοῖς καὶ διαφόροις τόποις ὁ Κύριος φαίνεται, τὴν κατάπαυσιν τοῦ νόμου ἡμᾶς ἐκδιδάσκων, ὡς ὅταν λέγει· ὅτι ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται ἕως Ἰωάννου [11]· καὶ τοῦτό μού ἐστι τὸ αἷμα τῆς καινῆς διαθήκης [12], καινὴν δὲ εἰπὼν ἀπεβάλετο τὴν παλαιάν, καθὼς καὶ διὰ Ἱερεμίου προέλεγε· Ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται [13], λέγει Κύριος, καὶ συντελέσω ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰσραήλ, καὶ ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰούδα διαθήκην καινήν, οὐκέτι τὴν διαθήκην ἣν διεθέμην τοῖς πατράσιν αὐτῶν ἐν ἡμέρᾳ ἐπιλαβομένου μου τῆς χειρὸς αὐτῶν ἐξαγαγεῖν αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου· τί τοίνυν τῇ σκιᾷ περικαθέζεσθε, καὶ τὸ γράμμα παραναγινώσκετε, καὶ πρὸς τὴν ἀλήθειαν καὶ τὸ πνεῦμα ἀναβλέψαι οὐ βούλεσθε; εἰ γὰρ ἐγινώσκετε, ἃ ἀναγινώσκετε, ἐπέγνωτε ἂν τὰ γεγραμμένα οὕτως· Καὶ ἐλά-

At scriptum est, aiunt: «Non facies quamcumque rerum similitudinem, qualescumque sunt in coelo sursum, et quaecumque sunt in terra deorsum,» ac propterea nefas est facere imagines. Ad quod id quidem primum reponimus, quod quaecumque lex dicit, dicit iis qui in lege sunt: quo quippe argumento etiam circumcisioni et sabbato et abstinentiae ciborum submittemur, et absolute per omnia subdi iugo legalis servitutis oportebit, quasi debeamus totam adimplere legem, ne ob unius tantum mandati violationem, omnium rei fiamus, et huic obnoxii anathemati: «Maledictus omnis qui non permanet in omnibus quae scripta sunt in libro legis, ad operandum ea.» Praeterea illud quoque vobis dixerim, utpote novis Iudaeis: Quo iure quum ea quae in lege pro Iudaeis decreta sunt, extenditis et vindicatis, vosmet Christianos appellatis? Itaque adhuc sub lege estis, non autem sub gratia, et frustra vos Christianos nominatis, qui non auditis dicentem Apostolum: «Priusquam veniret fides, sub lege custodiebamur, conclusi in eam fidem quae revelanda erat. Itaque lex paedagogus noster fuit in Christo, ut ex fide iustificemur. At ubi venit fides, iam non sumus sub paedagogo.» Et: «Qui in lege iustificamini, a gratia excidistis.» Et «Plenitudo legis et prophetarum, Christus.» Qui et supersedere iussit «a lege mandatorum, ut per dogmata evacuaret eam.» Praeterea, quum in multis et diversis locis Christus aperte docet antiquatam esse legem, quemadmodum ubi dicit, legem et prophetas usque ad Ioannem esse, et illud: «Hoc est meus sanguis novi testamenti,» et novum quum dicit, expulit vetus, sicut per Ieremiam praedixit: «Ecce dies veniunt, dicit Dominus, et consummabo super domum Israel et super domum Iuda testamentum novum, non secundum testamentum quod feci patribus eorum, in die qua apprehendi manum eorum, ut educerem illos de terra Aegypti;» quare igitur in umbra circumsedetis, et litteram perperam iudicatis, neque ad veritatem, spiritumque oculos vultis attollere? Si enim quae legitis, intelligeretis, agnosceretis ea sic scripta esse: «Et locutus est Dominus ad vos de medio ignis. Vocem verborum vos audivistis, et

ἐπιδρομῇ τοῦ Χριστοῦ καταργεῖται, τῶν τύπων λοιπὸν μεταληφθέντων ἐν ἀληθείᾳ· ἀργεῖ γὰρ λυχνίον τῇ τοῦ ἡλίου παρουσίᾳ, καὶ σχολάζει ὁ νόμος καὶ αἱ προφητεῖαι κατασιγάζονται, τῆς ἀληθείας ἀναφανείσης. *De Sp. Sto* cap. XXI.—1) κάτω. Exod. XX. Cf. Damasc. col. 1291 A, B, 1327 A, B.—2) λαλεῖ. Rom. III, 19.—3) ἔνοχοι. Iac. II, 10.—4) αὐτά. Deuteron. XXVII, 56.—5) χάριν. Roman. VI, 14.—6) συγκλειόμενοι cod.—7) ἐσμεν. Gal. III, 23, 25.—8) ἐξεπέσατε. Gal. V, 4.—9) Χριστός. Matth. V, 17.—10) ἐν δόγμα cod. Ephes. II, 15.—11) Ἰωάννου. Luc. XVI. 16.—12) διαθήκης. Marc. XIV. 24.—13) ἔρχονται. Ier. XXXI, 3. sqq. Hebr. VIII. 8-19.

λησε Κύριος πρὸς ὑμᾶς 1), ἐκ μέσου τοῦ πυρός, φωνὴν ῥημάτων, [ἧς] ὑμεῖς ἠκούσατε, καὶ ὁμοίωμα οὐκ εἴδετε, ἀλλ' ἢ φωνήν, καὶ φυλάξεσθε σφόδρα τὰς ψυχὰς ὑμῶν, ὅτι ὁμοίωμα οὐκ εἴδετε ἐν τῇ ἡμέρᾳ, ᾗ ἐλάλησε Κύριος πρὸς ὑμᾶς ἐν Χωρὴβ καὶ ἐκ μέσου τοῦ πυρός· μήποτε ἀνομήσητε, καὶ ποιήσητε ὑμῖν ἑαυτοῖς γλυπτὸν ὁμοίωμα 2) ἀρσενικὸν καὶ θηλυκόν, ὁμοίωμα παντὸς κτήνους τῶν ὄντων ἐπὶ τῆς γῆς, ὁμοίωμα παντὸς ὀρνέου πτερωτοῦ· καὶ μή ποτε ἀναβλέψας 3) εἰς τὸν οὐρανόν, καὶ ἰδὼν τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην καὶ τοὺς ἀστέρας, καὶ πάντα τὸν κόσμον τοῦ οὐρανοῦ, πλανηθῇς καὶ προσκυνήσῃς αὐτοῖς, καὶ λατρεύσῃς αὐτοῖς. Πανταχοῦ τοίνυν συνῆπται 4) τῇ προσκυνήσει ἡ λατρεία, διότι σκοπὸς τῷ δημιουργῷ, τὸν ἅπαξ οἰκειωθέντα ἑαυτῷ, κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν, λαὸν 5), μὴ προσκυνῆσαι τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα, καὶ γὰρ πάλιν λέγει· Οὐκ ἔσονται σοι θεοὶ ἕτεροι, πλὴν ἐμοῦ 6)· οὐ ποιήσεις σεαυτῷ γλυπτὸν ὁμοίωμα, οὐ προσκυνήσεις αὐτοῖς, οὐδὲ μὴ λατρεύσεις αὐτοῖς, ὅτι ἐγώ εἰμι Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν. Ἀδύνατον γὰρ εἰκονίζεσθαι 7) τὸν Θεόν, τὸν ἄποσόν τε καὶ ἀνειδῆ καὶ ἀπερίγραπτον· οὐ γὰρ αὐτόν, φησί, ἑωράκατε, ὅπερ καὶ Παῦλος ἐν μέσῳ τοῦ Ἀρείου πάγου ἑστὼς φησί· Γένος οὖν ὑπάρχοντες τοῦ Θεοῦ, οὐκ ὀφείλομεν χρυσίῳ καὶ ἀργυρίῳ ἢ λίθῳ, χαράγματι τέχνης καὶ ἐνθυμήσεως ἀνθρώπου, τὸ θεῖον νομίζειν εἶναι ὅμοιον 8). Οὔκουν τῆς τῶν Ἰουδαίων πολυθέου νηπιότητος ἕνεκεν ἐκεῖνα εἴρηνται; ἡμεῖς δέ, θεολογικῶς εἰπεῖν 9), οἷς ἐδόθη, φυγοῦσι τὴν δαισιδαίμονα πλάνην, καθαροῖς γενέσθαι μετὰ Θεοῦ, ἐπεγνωκόσι τὴν ἀλήθειαν, καὶ Θεῷ μόνῳ λατρεύειν, καὶ τῆς θεογνωσίας καταπλουτῆσαι τὴν τελειότητα, καὶ εἰς ἄνδρα καταντῆσαι 10) τέλειον, παρελθοῦσι τὴν νηπιότητα 11), καὶ λαβόντες τὴν διακριτικὴν ἕξιν παρὰ Θεοῦ, καὶ εἰδότες τί τὸ εἰκονιζόμενον, καὶ τί τὸ εἰκόνι μὴ περιγραφόμενον, καὶ νοοῦμεν ἀπὸ τοῦ· Οὐ γὰρ εἶδος αὐτοῦ ἑωράκατε, κατὰ συνεκδοχὴν 12) τό· Ὅταν δὲ ἴδητε· δῆλον γὰρ ὅτι διὰ

» similitudinem non vidistis aliam quam vocem, et » custodite animas vestras, ideo quod similitudinem » non vidistis in illa die qua locutus est Dominus » ad vos in Horeb de medio ignis: ne forte secus » agatis, et faciatis vobis sculptilem similitudinem » maris aut foeminae, similitudinem cuiusvis iumenti » ti super terram, similitudinem cuiuslibet avis alati, » ne forte elevatis oculis ad coelum, videas solem et » lunam et astra, et omnem ornatum coeli, et errore » deceptus, adores ea et illis servias. » Ubicumque coniungitur cultus adorationi, scopus enim erat conditori, ut populus, quem sibi, iuxta promissionem, semel vindicaverat, iam non serviret creaturae prae creatore. Etenim iterum dicit: « Non » erunt tibi Dii alii praeter me. Non facies tibi » sculptile simulacrum, neque ea adorabis, neque » illis servies, quia ego Dominus Deus vester. » Fieri quippe nequit, ut imagine Deus exprimatur, quantitatis utpote et speciei expers et incircumscriptus: « Neque enim eum vidistis, uti Paulus » in medio stans Areopago ait: Genus ergo quum » simus Dei, non debemus aestimare auro et ar» gento aut lapidi, sculpturae artis et cogitationis » hominis, Divinum esse simile. » Nonne intuitu Iudaicae infantiae, ad multos deos proclivis, talia dicta sunt? Nos autem, ut Theologi more loquar, quibus datum est, daemonum superstitione profligata, puros fieri cum iis qui Dei veritatem agnoscunt, Deique soli servire, divinaeque scientiae ditari plenitudine, et in virum perfectum occurrere, praetergressa iam infantia; qui discernendi facultatem a Deo recepimus; qui novimus quid imagine effingi possit, et quid non sit icone circumscriptum; nos igitur etiam ex hoc verbo: « Non enim speciem eius vidistis, » inferimus hoc necessario consequi: « Quando autem videritis, » videlicet incarnationis ope; quandoquidem vidimus, quod propter nos et secundum nos, qui incorporeus erat, corpus

1) ὑμᾶς. Deuter. IV, 12, 15-17, 19. Inde incipiunt satis ampla loca quae similia sunt in tribus Damasceni orationibus apologeticis de sacris imaginibus. Cf. ed. Lequien. t. 1, p. 309, 310, 333, 334, 348, 350, edit. Patrol. t. XCIV Migu. t. 1, p. 1235 D, 1236 A, 1292 B, C, 1325 D, 1329 D.— 2) ὁμοίωμα. Addendum aliquid et emendandum videtur, ut vulgo editur: πᾶσαν εἰκόνα, ὁμοίωμα ἀρσενικοῦ καὶ θηλυκοῦ.— 3) ἀναβλέψεις cod. f. pro ἀναβλέψῃς.— 4) συνῆπται. Paulo aliter et luculentius apud Damascenum: Ὁρᾷ, ὡς εἷς ἐστιν ὁ σκοπός, ὥστε μὴ λατρεῦσαι τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα, μήτε προσαγαγεῖν τὴν τῆς λατρείας προσκύνησιν, ἀλλ' ἢ μόνῳ δημιουργῷ· διὸ πανταχῇ συνάπτει τῇ προσκυνήσει τὴν λατρείαν. P. 1292 B. 1328 A.— 5) λαόν. Rom. I. 25. — 6) ἐμοῦ. Deuter. V. 7, 9.— 7) Cf. Damasc. 1292 B, 1328 B.— 8) ὅμοιον. Act. XVII. 29.— 9) εἰπεῖν. Nazianz. or. 37. Eadem prorsus Damasc. p. 1328 B. — 10) καταντῆσαι. Ephes. IV. 13.— 11) νηπιότητα. Hue Damasc. inserit: οὐκέτι ὑπὸ παιδαγωγόν ἐσμεν, λαβόντες.— 12) κατὰ συνεκδοχὴν glossema videretur, nisi mox idem rediret.

σαρκώσεως, ἐπειδὴ 1) εἴδομεν δι' ἡμᾶς καθ' ἡμᾶς γενόμενον σῶμα τὸν ἀσώματον, ἄνθρωπον τὸν Λόγον καὶ Θεὸν, τὸν ἄτρεπτον, τὸν ἁπλοῦν καὶ ἀναφῆ κρατούμενον, καὶ διπλοῦν μονοϋπόστατον, ἐπὶ τῆς γῆς ὀφθέντα 2) καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναναστραφέντα, ἐπειδὴ εἴδομεν τὸν ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχοντα, ἐν μορφῇ δούλου γενόμενον 3), καὶ ταύτῃ συσταλέντα πρὸς πηλικότητά τε καὶ πρὸς ποσότητα καὶ χαρακτῆρα περιθέμενον σώματος· τούτου δὲ χάριν καὶ πίναξιν ἐγχαράττομεν, καὶ ἀνατίθεμεν πρὸς θεωρίαν τὸν ὁραθῆναι καταδεξάμενον, καὶ οἷον διαγνωστικωτέροις γράμμασι καθυπογράφοντες, ἅπασαν αὐτοῦ τῆς συγκαταβάσεως τὴν ὑπεραγαθότητα προσκυνοῦμεν.

Τί τοίνυν πέπονθεν ὁ εἰπὼν, ὅτι οὐ ποιήσεις πᾶν ὁμοίωμα, ὅτι ἔδρασε γλυπτὰ χερουβὶμ, καὶ τορευτὰ προστάξας χερσὶν ἀνθρώπων κατασκευάσαι; Ἦ δῆλον, ὅτι Θεοῦ μὲν ὡς ἀπεριγράπτου καὶ ἀνεικάστου ποιεῖν εἰκόνα οὐ δυνατὸν, μηδὲ τινος ἄλλου ὡς Θεοῦ, ἵνα μὴ λατρευομένη ἡ κτίσις προσκυνῆται, σαρκωθέντος δὲ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ἄξιον τάχα καὶ δουλικῆς [μορφῆς] 4) πρὸς δεσπότην ἐπιδεικτικώτατον· ἐκφαίνει γάρ πως, ὡς εἴρηται, κατὰ συνεκδοχὴν λόγου, τό· Φωνὴν ῥημάτων ἠκούσατε, ὁμοίωμα δὲ οὐκ εἴδετε, ἀλλ' ἢ φωνὴν, ὡς 5) ὅταν ἴδητε, τότε εἰκονίσατε τὸν ὁραθέντα, ἐν αὐτῷ καὶ δι' αὐτοῦ προσκυνοῦντες τὸν ἀόρατον· εἰκονιζομένης γὰρ τῆς σαρκὸς τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ προσκυνουμένης, προσκυνεῖτε τάχα θεότητα Χριστοῦ, ἡ μία σὺν Πατρὶ καὶ Πνεύματι· καὶ λοιπὸν προσκυνεῖται Θεὸς, καὶ οὐ κτίσις λατρεύεται, εἴπερ τό· Ὁ ἑωρακώς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα 6).

Τί οὖν τὰ ὑφαντὰ χερουβὶμ 7), καὶ φοίνικες, καὶ πρὸ τῶν ἄλλων συμβόλων, ἡ στάμνος, ἡ ῥάβδος, καὶ αἱ πλάκες; οὐ πάντα χειρότευκτα; οὐ πάντα χρώματα καὶ τύποις διὰ πάντων κατεσκεύαστο; Καὶ οὐκ ἐναντιοῦται ἑαυτῷ δεσπότης Θεὸς, ἡ ἄμαχος τῷ ὄντι εἰρήνη καὶ ἀλήθεια· φησὶ γὰρ ὁ ἀπόστολος περὶ τῶν κατὰ νόμον ἱερέων 8), ὅτι οἵ τινες ὑποδείγματι καὶ σκιᾷ λατρεύ-

factus est; quod homo est Deus et Verbum; quod immutabilis et simplex et intangibilis contrectatur; quod in duas substantias evasit qui unica persona subsistit, et in terra visus est, et cum hominibus conversatus est; quandoquidem vidimus eum qui in forma Dei erat, in formam servi fieri, ideoque obvoluum quantitati et numero, corporisque forma circumdatum; ea causa est cur eum et tabellis committamus et sursum attollamus, quippe qui ipse palam versari dignatus sit; dumque veluti magis distinctis titulis eum ornamus, universam eius ad nos demissionis ac praeter omnem modum effusam bonitatem adoramus.

Praeterea quid agebat ,is qui ait: « Non facies sculptilem similitudinem,» quum idem effecerit sculptilia cherubim, et tornatilia iusserit hominum manibus instrui? . . Patet quod, quum incircumscriptus et inaspectabilis Deus nulla queat imagine referri, neque quidquam aliud Deum exprimere valeat, ne cultu creatura adoretur; verum carne iam induto Dei Filio, statim aequum fit, manifestissimum in servili forma Dominum exhiberi. Perspicuum enim est, ut dictum est, vi consequentiae, ex illa dictione: « vocem verborum audivistis, similitudinem vero non vidistis, » recte inferri quod, quando videritis, tunc figura delineabitis eum qui visus est, in ipso et per ipsum adorantes invisibilem; ubi enim depingitur caro Filii Dei et adoratur, statim adoratis Christi divinitatem, quae sola est cum Patre et Spiritu, et tum demum Deus adoratur, sed minime cultus creaturae datur, iuxta illud: « Qui videt me, vidit et Patrem. »

Quid igitur erunt textilia Cherubim, et phoenicea, et praeter alia symbola, urna, virga et tabulae? Nonne manu omnia effecta? nonne omnia coloribus ornata, et figuris instructa per totum? Neque sibi contrarius est Dominus Deus, qui vere pax invicta et veritas est. Ait enim Apostolus de sacerdotibus secundum legem: « Qui exemplari et umbrae deserviunt coelestium, sicut iussus est Moyses, quum consummaret tabernaculum: « Vide, inquit, omnia facito secundum exem- » plar quod tibi in monte ostensum est. » Et post pauca: « Umbram enim . . . . »

1) ἐπειδή. cf. Damasc. 1240 A et 1328 D: ὅταν δὲ ἴδῃς διὰ σὲ γενόμενον ἄνθρωπον τὸν ἀσώματον, τότε ποιήσεις τῆς ἀνθρωπίνης μορφῆς τὸ ἐκτύπωμα, et post plura et ampliora: τότε ἐν πίναξι χάραττέ τε καὶ ἀνατίθει πρὸς θεωρίαν τὸν ὁραθῆναι καταδεξάμενον, χάραττε τούτου τὴν ἄφατον συγκατάβασιν κ. τ. ἑ. l. l.—2) ὀφθέντα. Baruch. III, 38.—3) γενόμενον. Philipp. II, 6, 7.—4) μορφῆς. Cum lineis iterum colluctamur; fort. legendum ἰδέας.—5) ὅτι in cod. intruditur.—6) πατέρα. Ioann. XIV, 9.—7) χερουβίμ Hebr. IX, 4. Cf. Damasc. p. 1244 C, D.— 8) ἱερέων. Hebr. VIII, 5, X, 1. Exod. XXV, 40. Cf. Damasc. p. 1244 D, 1308, 1309. Neque etiam om. S. Methodii *Ecthesis*, quae infra p. 337, nunc primum eruitur.

ουσιν τῶν ἐπουρανίων, καθὼς κεχρημάτισται Μωϋσῆς μέλλων ἐπιτελεῖν τὴν σκηνήν· Ὅρα γάρ, φησί, ποιήσῃς πάντα κατὰ τὸν τύπον τὸν δηλωθέντα σοι ἐν τῷ ὄρει. Καὶ μετά τινα· Σκιὰν γὰρ 1) ...

. . . . . Πολυθεΐαν 2) πᾶσαν ὕλην εἰς Χριστοῦ εἰκόνα χαρακτηρίζομεν θεοποιοῦντες· κἀντεῦθεν ἀνοίξομεν στόμα τοῖς εἰκονομάχοις κατηγορεῖν ἡμῶν, τὸν ἕνα Θεὸν ἐν τρισὶ ὑποστάσεσι προσκυνούντων, πολλοὺς Θεοὺς προσκυνεῖν τε καὶ σέβειν. Οὐκ ἀπειλοῦνται [δοξάσειε δ' ἄν τις] κἀκεῖνο λέγειν· οὔκουν, ἐπειδὴ ἡ προσκύνησις λατρείᾳ [συνάπτεται], συλλατρεύεσθαι συμβαίνει τὴν εἰκόνα Χριστοῦ τῇ ἁγίᾳ τριάδι; ἀλλ' ἴστω ὁ τοιοῦτος μὴ εἰδὼς διαφορὰν προσκυνήσεως. ἐπεὶ καὶ ἁγίους προσκυνοῦμεν. ἀλλ' οὐ λατρεύομεν αὐτοῖς. καὶ ἄρχουσι κατὰ νόμον Θεοῦ, ἀλλ' οὐδ' αὐτοῖς λατρεύομεν· ἔπειτα μανθανέτω αὖθις, ὅτι οὐ τῆς οὐσίας τῆς εἰκόνος ἐστὶ προσκύνησις· τοῦτο γὰρ ἄτοπον καὶ τῶν λατρευόντων τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα ἔργον· ἀλλὰ τοῦ ἐν τῇ εἰκόνι προσκυνουμένου Χριστοῦ, ἀκοινωνήτου μενούσης παντάπασι τῆς εἰκονικῆς ὕλης πρὸς τὸν προσκυνούμενον ἐν αὐτῇ Χριστὸν τῷ ὁμοιώματι· ὅπερ ἐστὶν ἴδιον τῆς ὑποστάσεως Χριστοῦ κεχώρισται τῆς ὕλης, κἂν ἐν αὐτῇ ὁρᾶται.

. . . . . Ac si multos inducamus Deos, dum quamcumque materiam imagini Christi conformatam quasi deificamus. Inde ultro aperiemus os Iconomachorum, ad nos accusandum, quod, cum unum Deum in tribus personis veneremur, multos Deos adoramus cultuque prosequimur. Nonne quis minatur (ita fortasse censuerat) illud quoque dicere: Nonne, quum adoratio cultui coniungitur, simul nobis accidit communi cultu confundere Christi imaginem cum sancta Trinitate? Verum iste neque videtur discrimen in cultu facere, quando et sanctos veneramur, nec tamen eis latriae honorem praestamus; at principes honoramus, iuxta Dei legem, quin latriam illis expendamus. Iam vero iterum idem sciat non imaginis substantiae adorationem dari (absurdum quippe, nec nisi eorum est qui creaturae in locum creatoris omnium serviunt), datur vero Christo, quem in imagine adoramus, manente omnino imaginis elemento prorsus disiuncto ab eo qui per eam adoratur Christus, ob expressam similitudinem; omnino separatur ab elemento id quod personae Christi proprium est, etiamsi eius in illo imago conspiciatur.

1) γαρ. Cum folio quod hic absolvitur, rumpitur manifesto series. Nullum vero dubium quin pergeret Apostolus, ut l. l. apud Damascenum: σκιὰν γὰρ ἔχων ὁ νόμος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, οὐκ αὐτὴν τὴν εἰκόνα τῶν πραγμάτων. Hebr. X. 1.

2) πολυθεΐαν. Unde isthaec, et quo se vertat oratio, quisve sermonem inde habeat, non liquet. Idem sane argumentum, sed alia tela consutum esse, ipso codicis tenore innuitur, quem paucis describi, locus fortasse requirit. Libellus haud spissus, duplici manu, in varia tabella, ac multiplici indole et ratione exaratus est, circa saec. XIII et XIV. Pars una bombycina, vetustior et integrior, lineis pene intacta fuit. Altera pars chartacea, diris corrosa vulneribus, indiligentiori manu scripta est, quae innumeris, sed non insolitis luxit compendiis; pars utraque alteri variis intervallis miscetur; recens enim notarius continuo nexu veterem supplevit, ubi is defecit; at nostra posterior solus servavit. Fasciculi vix ligantur, totusque codex in volsticas plagulas dehiscit, ac senio pene consumptus fatiscere videtur. Nullis numeris folia signantur, quae tamen utcumque numeravi. A fol. 1 ad 182 extat Damascenus *De fide orthodoxa*. Inde nova series incipit, litteris distincta, quas notare operae pretium est. Igitur A'. fol. 183, Dionysii Alexandrini epist. ad Paulum Samosatenum incipit: Καὶ πρότερόν που γράψαντος.—B'. f. 185, Cyrilli Alexandrini λόγος δογματικὸς inc. Γεγένηται μὲν ἀπορρήτως.—Γ'. fol. 188, eiusdem ad monachos et imperatorem Theodosium: Εἰ ἀπὸ τοῦ κινεῖσθαι. — f. 189, eiusdem aliquid in margine: Ἐκ τῶν πρὸς Εὐλόγιον· Οὐ πάντες ὅσα λέγουσι.—Δ'. f. 195. Epiphanius ex Panario.—E'. f. 196. Anastasii τοῦ πάπα *de Christi oeconomia*: Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Θεός.—Ϛ'. f. 203, Eulogii Alexandrini, ἐκ τῶν συνηγοριῶν αὐτοῦ· Ἤκουσά τινος αὐτοῦ γενναίου.—Z'. f. 207. Iterum Anastasii *Contra Sabellium*: οὐχ ὁρᾶται.—H'. f. 207. Theodoreti *de Incarnatione Dei*: πολλὰ μὲν οὖν.—Θ'. f. 218. S. Nicephori ex Antirrheticis: Προτείνουσιν ἡμῖν οἱ πεφενακισμένοι φάσκοντες ὅτι γέγραπται.—Ι'. f. 238 Πασχαλίου πάπα Ῥώμης, ut supra vid.—Cum numerus sequens IA' nullibi compareat, deest titulus ac nomen auctoris cuius tenue fragmentum superest in fol. 243. . . πολυθεΐαν πᾶσαν κ. τ. ἑ. —IB' f. 244. Ex Areopagita *De caelesti hierarchia*, et quaedam Basilii et Nysseni.—IΓ'. f. 244. Ex Chrysostomo *in Iob*, *in vestra sacerd.* *in Meletium* et quaedam ex actis S. Gregorii Armenor. et Cyrilli ex *Thesauro*, *In martyres*, etc.—IΔ'. f. 246. Epiphanii χρησμοὶ γραφικοί.—IE'. f. 257. Cyrilli Hierosolymitani ex catechesi XII.—IϚ' rursus deesse videtur.—IZ' f. 263. Iterum Chrysostomi adv. Iudaeos, tum etiam alia Nysseni usque ad finem imperfecti codicis, cuius multa folia, quantumvis lacera, auro contra veneunt. Singula autem morosius descripsimus, tum ut ex ipso loco ubi S. Paschalis verba leguntur, inferatur ea venire cum aliis in appendice alicuius libelli antirrhetici, qua coronide S. Nicephorus uti solebat; tum ut singulare ἀποσπασμάτιον fol. 243 incerti maneat auctoris. Ultimum notare iuvat, primo codicis folio subiici epigraphen: *Ex bibliotheca Mureti*, quo noscemur a tribus iam saeculis cod. in colleg. Rom. esse servatum.

Hactenus de Romanorum pontificum decretis 1), quae sane huio tomo non deesse omnino, nemo non optaverit. Sed et alia sunt, eo potiori iure desideranda, quod ego, data non semel dextera, caeteris ea me iungere pollicebar. Erant enim africani canones CXXXVIII, cum synodo cyprianica, in appendicem huius tomi reservati, quae, nulla demum interposita mora, statim ab initio sequentis tomi lectnrus es. Sunt etiam mnltae de monastica disciplina scripturae; suni epitimia ac varii poenitentinm libelli incertae aetatis, dubiisque veterum auctorum nominibns inscripti; adde etiam nonnullas imperatorum leges, inter quas famigeratum Constantini edictum, quae omnia in eodem tomo, suo quaeque loco assignabimus. Nnnc de singulis qnae hic ad manum sunt, paucis dicendum.

Art. II.

§. 1. *De Conciliorum et Praesulum Graecorum decretis.*

Centum et quadraginta quatuor canones conciliorum ab initio continentur, qnorum dno et centum trullani sunt, duo et viginti alterius nicaenae synodi, caeteri autem viginti constantinopolitanis synodis photianis ascribuntur. De qnorum auctoritate, in variis prooemiis et annotationibus nostris, post alios, qni hac de re graviter et fuse pronunciarunt, breviter dictum est. Hic vero satis mirari nequit Assemanus, cuins verba referam, undenam. « quum post Photium usque ad Michaelis Caerularii tempora, et post Caerularium usque ad praesentem diem, tot canonum collectiones, etiam a librariis graecis orthodoxis descriptae sunt, tot tantique interpretes graeci, a communione ecclesiae romanae non abhorrentes, collectiones canonum scholiis adornarint: cur tamen nulla ad nos canonum collectio, nullus eorum interpres, epitomator ant scholiasta devenerit, qui ant Photianos illos canones reiiciat, aut illis admissis, aliorum saltem canonum, quos octava legitima synodus, pro S. Ignatii restitutione celebrata, edidit, mentionem faciat 2). » Id quod idem paulo post in hunc modum intelligit: « Invaluit nimirum, ut opinor,

1) *Decretis*. Praoter editas litteras, quas fere solas retuli superius, haud parum sedem apostolicam commendaot etiam quae periere, aed qaorum momoria servatar. Piget plerasqoe omitti in copiosissimo indice, quem el. V. Iaffe *Regesta Pontificum romanorum* inscripait. Quales suot, quod spectat ad Orientales, Damasi epistolae ad Apollioarem, ad Petrum Alexandrioam, ad Paulinum Antiocheoum, ad Ascoliam legatum (Coustant, *Epist*. p. 591).—Siricii ad Thoodosium imperatorem, ad Flaviaoum Antiochenam, ad Anastasium (ibid. p. 699).—Iooocaotii ad Severianum Gabalitaonai (Maii *Spic. Rom*. t. III, p. 703, 704), na XI apistolas de causa Chrysostomi dubias, aotiquas tamen memoram (Maii *Bibl. N*. t. VI, p. II, p. 269 sqq.).—Bonifacii ad Rufum Thessalonicensem (Coustant p. 1043).—Coelestioi docretum de tranalationibus episcoporum (Ib. 1217).—Leouis M. piores epiat. inter XVII noodam ropertas et fragmenta nuper edita (Maii *Script. vett*. t. VII p. 246, 247, 251, 283, 286, 287, etc.) Hilari deerotam (Bolland. *April*. t. II p. 32) ot epistola in II conc. nic. locta (Ambrosii opp. t. I. p. 1095).—Simplicii ad Zeuopem, ad Acaciom, ad Callandiooem Antiochenom (Labb. IV, 1035, 1039; Gailand. *Bibl. PP*. XII, 121).—Folicis III ad Acacium, ad Flavianum, ad Zanonem (Mansi VIII, 88; Labb. IV, 1089; Evagr. H. E. III, 20).—Gelasii ad Anastasium, ad Daimatiae episcopos (Labb. IV, 1160, 1165, 1166). Et plura id gooas, si locus aut tompus esset omnia diligentias investigandi. Adisis iofra *Indicem rerum in Eccl. romana*.

2) *Faciat*. Bibl. I. O. t. I, p. 244, 249.

in toto Oriente insinuata per schismaticos Graecorum patriarchas opinio, tum quod septem tantum essent oecumenicae synodi, adeoque circa octavae exemplaria non esse librariis laborandum; tum etiam qnod loco octavae huius, quae Ignatium restitnit, altera synodus, qua Photius post S. Ignatii obitum sedem recepit, apud schismaticos octavae nomen dignitatemque assumpsit; tum demum quia acta canonesque legitimae octavae synodi ex omnibus fere Orientis bibliothecis aboleri schismatici curaverunt.»

Frustra autem graeca vel omnino in Oriente extincta forent, qunm testis integerrimus et coaequalis Anastasins, a summis Pontificibus (Nicolao I et Hadriano II) hac de causa missus Constantinopolim, « gesta huius synodi, quae apostolicae sedis *loci servatores* (τοποτηρηταὶ) in uno volumine secnm portaturi conscripserant, in altero codice transcripta Romam usque deferre » studuerit 1), quem latinum facere Romani iussere pontifices. Quamvis autem noluerim in consuetam seriem inserere sive graecos sive latinos octavae synodi canones, qui, nt recte notavit Assemanus, nullibi in canonicis codicibus nostris comparent, piaculo tamen ducerem, nullum iisdem facere locum inter haec iuris ecclesiastici Graecorum monumenta. Immo placet nobiliorem in hoc prooemio sedem his sanctionibus reservari; et quum aegre tulerim inter praesules canonum conditores abfuisse magnum illum Ignatium, tantum non martyrem, aequum omnino est, ut hic primus incedat, agmenque cum Romanis pontificibns ducat. Synodi igitur octavae hic legantur regulae XIV, quae extant graece, deinde in huius praefationis appendice, latinae XXVII, qnas Anastasius servavit.

Graece autem sive acta sive canones tantum in epitome extant, quae etiam excidisset, nisi eam nobis doctus qnidam scholiastes, quem Assemanus haud immerito putat esse Nicetam Paphlagonem, in unico servavisset codice, ex qno omnia exemplaria, hactenus memorata, videntur effluxisse. Quinque sunt, quorum quatuor adhibuit Raderus, quum principem ἔκδοσιν adornaret, collatis, nt ipse ait, codicibns augustano et bavarico (nunc monac. 436) cum tertio vaticano (certe num. 1183) et quarto Antonii Augustini (procul dubio ottobon. 27). Quintus est venetus, ex Bessarionis bibliotheca, sub num. 168, saec. XV; neque etiam caeteri vetustiores habendi sunt.

1) *Studuerit*. Mansi t. XVI, col. 9. Anastasius, nimium fortasse graecizans, VII annos inter Graecos mansit. Idemque refert, haud sine rudi et lepido acumine, quomodo *loci servatores* apostolici praedonum in insidias cum actorum codice et omni supellectile sua incidissent; quo modo Graecorum fraudes prope omnia synodorum acta corruperint, « nunc minuendo, nunc addendo, vel mutando, nunc in absentia sociorum, nunc in abscondito angulorum, nunc extra synodum, nunc post synodum. » Itaque protestatur, dicens: « Quidquid in latino actionum octavae synodi codice reperitur, ab omni est fuco falsitatis extraneum; quidquid vero amplius in graeco forsitan invenietur, totum est mendacii venenis infectum. . . . Ne ergo Graecorum suatim astutia, quin potius dolositas, etiam circa praesentem synodum ageret, » haec demum hactenus monuit. Moneo et ego aliud omnino esse concilium photianum, ab Harduino et Anthimo editum, aliud octavum illud Anastasianum, quod primum graece et latine vulgavit Matthaeus Raderus, ac prorsus inter se differre utriusque canones. Cf. infra p. 125-146.—Hefele *De Concil.* t. IV, p. 348 et 498.

*

Κανὼν α'. Τὴν εὐθεῖαν 1) καὶ βασιλικὴν ὁδὸν τῆς θείας δικαιοσύνης ἀπροσκόπτως 2) βαδίζειν ἐθέλοντες, οἷόν τινας πυρσοὺς ἀειλαμπεῖς τοὺς τῶν ἁγίων πατέρων ὅρους κρατεῖν ὀφείλομεν· τοιγαροῦν τοὺς ἐν τῇ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ ἐκκλησίᾳ παραδοθέντας θεσμοὺς παρά τε τῶν ἁγίων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων, παρά τε ὀρθοδόξων συνόδων οἰκουμενικῶν τε καὶ τοπικῶν, ἢ καὶ πρός τινος θεηγόρου πατρὸς διδασκάλου τῆς ἐκκλησίας, τηρεῖν καὶ φυλάττειν ὁμολογοῦμεν· κρατεῖν γὰρ τὰς παραδόσεις, ἃς παρελάβομεν, εἴτε διὰ λόγου, εἴτε δι' ἐπιστολῶν τῶν προγενεστέρως διαλαμψάντων ἁγίων, παρεγγυᾷ διαῤῥήδην Παῦλος ὁ μέγας ἀπόστολος.

Κανὼν β'. Τὸν μακαριώτατον πάπαν Νικόλαον, ὡς ὄργανον τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἔχοντες, καὶ τὸν ἐκείνου διάδοχον τὸν ἁγιώτατον πάπαν Ἀδριανόν, ὁρίζομεν καὶ θεσπίζομεν πάντα τὰ παρ' αὐτῶν εκτεθέντα 3) καὶ συνοδικῶς ἐκφωνηθέντα κατὰ διαφόρους καιροὺς ὑπὲρ ἐκδικήσεως καὶ συστάσεως τῆς ἁγίας Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησίας καὶ τοῦ ἁγίου αὐτῆς ἀρχιερέως Ἰγνατίου, καὶ τῆς Φωτίου ἐξωθήσεώς τε καὶ κατακρίσεως, τηρεῖσθαι καὶ φυλάττεσθαι πάντοτε σὺν τοῖς ἐκτεθεῖσι κεφαλαίοις, καὶ μηδένα τῶν οἱουδήτινος τάγματος 4) ανθρώπων ἀθετῆσαι τολμᾶν· εἰ δέ τις μετὰ τοῦτον ἡμῶν τὸν ὅρον φωραθείη ἀθετῶν τι τῶν παρ' ἐκείνοις ἐκτεθέντων κεφαλαίων, ἱερεὺς μὲν ὢν ἢ κληρικός, ἐκπιπτέτω τῆς ἰδίας τιμῆς καὶ τάξεως· μοναχὸς δὲ ἢ λαϊκὸς ἀφοριζέσθω, μέχρις ἂν μετανοήσῃ.

Κανὼν γ'. Τὴν ἱερὰν εἰκόνα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ὁμοτίμως τῇ βίβλῳ τῶν ἁγίων εὐαγγελίων προσκυνεῖσθαι θεσπίζομεν· ὥσπερ γὰρ διὰ τῶν ἐμφερομένων ἐν αὐτῇ συλλαβῶν τῆς σωτηρίας ἐπιτυγχάνουσιν ἅπαντες, οὕτω διὰ τῆς τῶν χρωμάτων εἰκονουργίας καὶ σοφοὶ καὶ ἰδιῶται πάντες τῆς ὠφελείας ἐκ τοῦ προχείρου παραπολαύουσιν· ἅπερ γὰρ ὁ ἐν συλλαβῇ λόγος, ταῦτα καὶ ἡ ἐν χρώμασι γραφὴ καταγγέλλει τε 5) καὶ παρίστησιν· εἴ τις οὖν οὐ προσκυνεῖ τὴν εἰκόνα τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ, μὴ ἴδῃ ἐν τῇ δευτέρᾳ παρουσίᾳ τὴν τούτου μορφήν· ὁμοίως δὲ καὶ τὴν εἰκόνα τῆς ἀχράντου μητρὸς αὐτοῦ, καὶ τὰς εἰκόνας τῶν ἁγίων ἀγγέλων, καθὼς

I. Ut rectam 6) regiamque divinae iustitiae viam sine erroris offensa teneamus, sanctorum patrum decreta, veluti inextinctae quaedam semperque lucentes faces, sequenda sunt. Quapropter sanctiones Ecclesiae catholicae et apostolicae per traditionem tum a sanctis omnique laudis praeconio celebrandis apostolis, tum ab orthodoxis oecumenicisque et provincialibus conciliis, aut a quovis deiloquo patre et doctore Ecclesiae acceptas, servandas, custodiendasque profitemur. Traditiones enim sive per sermonem, sive per epistolas maiorum nostrorum, qui vitae sanctitate nobis praeluxerunt, acceptas, diserte magnus Paulus tenendas monet.

II. Quaecumque a beatissimo papa Nicolao, veluti Spiritus sancti organo, eiusque successore sanctissimo papa Hadriano declarata sunt, quaeque diversis temporibus de constituenda componendaque sancta ecclesia constantinopolitana, deque sancto illius patriarcha Ignatio, atque de Photii electione atque damnatione in synodo prolata sunt: ea omnia una cum expositis capitibus servanda et custodienda semper, decernimus et sancimus, nemo ut illa cuiusvis ordinis infirmare antiquareque possit. Quod si quis deprehensus, post hanc nostram sanctionem, ex iis capitibus quidquam ab illis editum resciderit, sacerdos aut clericus de grado suo deiiciatur; monachus aut laicus a coetu Christianorum, quoad eum facti poeniteat, excludatur.

III. Sacram Domini nostri Iesu Christi effigiem, eadem qua sancta evangelia, veneratione colendam statuimus. Ut enim per syllabas in evangelio scriptas, salutem consequuntur omnes, ita per imagines arte coloribusque pictas et expressas, docti iuxta ac indocti ex obiecta re utilitatem capiunt. Quaecumque enim in syllabis oratio, hanc in coloribus pictura docet et repraesentat. Ergo quicumque Christi Salvatoris imaginem non adorat, is in secundo Christi adventu non videat ipsius faciem. Eadem ratione intemeratae Genitricis illius effigiem, sanctorumque Angelorum quemadmodum illos sacrarum litterarum paginae describunt, ac sancto-

1) εὐθεῖαν. Ex coll. codd. vatic. 483 f. 50-54, saec. XV, ottob. 27 f. 268, saec. XVI.—2) ἀπροσκόπως. Mansi t. XVI col. 397.—3) ἐκτεθέντων ottobon.— 4) πράγματος. Vat. ottob.— 5) καταγγέλλεται καὶ ottob. in marg.— 6) rectam. Matth. Raderi interpretationem sequimur, ubi deficit Anastasius.

αὐτοὺς χαρακτηρίζει διὰ τῶν λογίων ἡ ἁγία γραφή, καὶ προσέτι τῶν ἁγίων πάντων, καὶ τιμῶμεν καὶ προσκυνοῦμεν καὶ οἱ μὴ οὕτως ἔχοντες ἀνάθεμα ἔστωσαν.

Κανὼν δ'. Τὴν φιλαρχίαν οἷόν τινα πονηρὰν ῥίζαν τῶν κακῶν πάντων πρόῤῥιζον ἀποτέμνοντες, τὸν προπετῶς καὶ ἀθέσμως, οἷόν τινα λύκον βαρὺν εἰς τὸ τοῦ Χριστοῦ ποίμνιον εἰσπηδήσαντα Φώτιον, καὶ ταραχῆς τὴν οἰκουμένην ἐμπλήσαντα, δικαίῳ λόγῳ ἀποφαινόμεθα μηδέποτε γεγονέναι πρότερον ἢ νῦν ἐπίσκοπον· μήτε 1) τοὺς ὑπ' αὐτοῦ χειροτονηθέντας ἐν οἱῳδήποτε βαθμῷ ἱερατικῷ, ἐν ᾧ προεχειρίσθησαν, μένειν· τοὺς δὲ παρ' αὐτοῦ εἰς ἡγουμενείαν 2) προχειρισθέντας, τῆς 3) τοιαύτης προστασίας ἀπείργομεν· λέγει γὰρ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς διὰ τοῦ προφήτου· Ὅτε σὺ ἐπίγνωσιν ἀπώσω, κἀγὼ ἀπώσομαί σε τοῦ μὴ ἱερατεύειν μοι 4).

Κανὼν ε'. Κανών ἐστιν ὁ λέγων· Μὴ δεῖν ἐπίσκοπον προχειρίζεσθαί τινα νεόφυτον ἢ κατὰ τὴν πίστιν, ἢ κατὰ τὸν ἱερατικὸν κλῆρον ὑπάρχοντα, ἵνα μὴ τυφωθεὶς εἰς κρίμα ἐμπέσῃ καὶ παγίδα τοῦ διαβόλου 5), καθὰ φησιν ὁ Παῦλος, συμφώνως τοίνυν τούτῳ λέγομεν, μηδένα τῶν ἀπὸ τῆς συγκλητικῆς ἀξίας καὶ κοσμικῆς ἀγωγῆς προσφάτως καρέντα, καὶ κατὰ σκοπὸν καὶ προσδοκίαν ἀρχιερατικῆς ἢ πατριαρχικῆς τιμῆς γεγονότα κληρικὸν ἢ μοναχὸν, εἰς τὸν τοιοῦτον ἀναβιβάζειν βαθμὸν, κἂν ἐφ' ἑκάστῳ 6) τάγματι τῆς θείας ἱερωσύνης πλείονα χρόνον ποιήσῃ δοκιμαζόμενος· οὐδὲ γὰρ δι' εὐλάβειαν, ἀλλὰ διὰ φιλαρχίαν κέκαρται· ἔτι δὲ πλέον τοῦτον ἀπείργομεν, εἰ παρὰ βασιλικῆς ἐξουσίας εἰς τοῦτο συνωθῆται 7). Εἰ δέ τις κατ' οὐδεμίαν ὑποψίαν τῆς εἰρημένης ἐπιθυμίας καὶ προσδοκίας ἐκάρη, ἀλλὰ διὰ τὸ καλὸν τῆς κατὰ Χριστὸν πολιτείας γέγονε κληρικὸς ἢ μοναχὸς καὶ πάντα βαθμὸν ἐκκλησιαστικὸν μετελθὼν κατὰ τοὺς ὡρισμένους χρόνους ἀνεπίληπτος εὑρέθη, προβιβασθήτω εἰς τὴν ἀρχιερωσύνην, ὥστε ἐν τῷ βαθμῷ τοῦ ἀναγνώστου ἐνιαυτὸν πληρῶσαι, ἐν δὲ τῷ τοῦ ὑποδιακόνου δύο, καὶ ἐν τῷ τοῦ διακόνου τρεῖς, καὶ τέσσαρας ἐν τῷ τοῦ πρεσβυτέρου· ἐπὶ δὲ τῶν χρονισάντων εὐλαβῶς τῷ τάγματι τῶν κληρικῶν τε καὶ μοναχῶν ὁ προειρημένος χρόνος συσταλήσεται παρὰ τῶν κατὰ καιροὺς ἐπισκόπων. Εἰ δὲ παρὰ τοῦτον τὸν ὅρον προαχθείη 8) τις εἰς τὴν εἰρημένην ὑπερτάτην τιμὴν, ἀποδοκιμασθήτω παντάπασιν.

Κανὼν ς'. Ἐπείπερ κατεφωράθη 9) Φώτιος μετὰ τὴν ἐξενεχθεῖσαν κατ' αὐτοῦ δικαιοτάτην ἀπόφασιν παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου πάπα Νικολάου, διὰ τὴν ἀθεσμοτάτην ἐπίβασιν τῆς Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησίας, πονηρούς τινας ἄνδρας ἀπὸ τῶν λεωφόρων ἀγυιῶν εὑρηκὼς, καὶ τοποτηρητὰς αὐτοὺς τῶν ἁγιωτάτων πατριαρχικῶν θρόνων κατονομάσας, καὶ σὺν τούτοις ἐκκλησίαν συστησάμενος πονηρευομένων, καθαιρετικὰς συκοφαντίας καὶ διαβολὰς κατὰ τοῦ μακαρίου 10) πάπα Νικολάου τυρεύσας, καὶ τὸ ἀνάθεμα λαθραίως κατ' αὐτοῦ καὶ τῶν κοινωνούντων αὐτῷ ἀποφηνάμενος, ὧν τὰ 11) δῆθεν ὑπομνήματα συνοδικῶς πυρίκαυστα γέγονε· τούτου χάριν πρὸς ἀσφάλειαν τῆς ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως ἀναθεματίζομεν τὸν εἰρημένον Φώτιον, καὶ διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν, καὶ τοὺς ἀπὸ τοῦ νῦν τοιοῦτόν τι τολμήσοντας τῷ αὐτῷ ἀναθέματι ὑποβάλλομεν, καθὼς καὶ ὁ τῆς εὐσεβείας ἀθλητὴς Μαρτῖνος ἐκανόνισεν.

Κανὼν ζ'. Τὸ τὰς ἁγίας καὶ σεπτὰς εἰκόνας ἀναστηλοῦν καὶ τοὺς πλησίον διδάσκειν τὰ μαθήματα τῆς θείας τε καὶ ἀνθρωπίνης σοφίας, λίαν ὀνησιφόρον· οὐ καλὸν δὲ τοῦτο μὴ παρὰ

rum omnium veneremur et colimus. Qui aliter sentiunt, anathemata sunto.

IV. Vid. apud Anastasium can. IV, V, VI, VII, VIII, IX, X, XI, qui infra sunt IV, V, VI, VII, VIII, X, XI, XIV, p. XXXVI, XXXVII, XXXVIII, XXXIX, XL, XLI, XLII, XLIII.

1) μήποτε vat. ottobon.—2) ἡγουμενίαν Monsl., veteres novere ἡγουμενεῖαν.— 3) τῆς om. Monsl.— 4) μοι Osee IV, 6.—5) διαβόλου. 1 Timot. III, 6.— 6) ἀφ' ἑκάστῳ ottobon. — Mox ποιήσει ib.—7) συνωθῆθῃ vatic.—8) πραχθείη duo codd.—9) καὶ ἐφωράθη vat. φώτιον.—10) μακαριωτάτου ott.—11) ὡς ott. edd.

τῶν ἀξίων γίνεσθαι· τούτου χάριν μηδαμῶς εἰκονουργεῖν ἐν τοῖς ἱεροῖς ναοῖς τοὺς ἀναθεματισθέντας θεσπίζομεν, μήτε μὴν ἐν οἱῳδήποτε τόπῳ διδάσκειν, μέχρις ἂν ἐπιστραφῶσιν ἐκ τῆς ἰδίας ἀπάτης. Εἴ τις οὖν μετὰ τοῦτον ἡμῶν τὸν ὅρον πρὸς ζωγραφικὴν 1) ἁγίων εἰκόνων ἐν ἐκκλησίᾳ ἢ διδασκαλικὴν αὐτοὺς ὁπωσοῦν παραδέξοιτο πρᾶξιν· εἰ μὲν κληρικός ἐστιν, εἰς τὸν ἴδιον κινδυνευέτω βαθμόν· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω, καὶ στερείσθω τῶν θείων μυστηρίων.

Κανὼν η'. Ἦλθε φήμη ταῖς ἀκοαῖς ἡμῶν, ὡς οὐ μόνον αἱρετικοὶ καὶ παράνομοι τῆς ἁγίας Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησίας προεδρεύειν λαχόντες, ἀλλὰ καὶ ὀρθόδοξοι πατριάρχαι χειρόγραφον πειθὶν ἀπαιτοῦσι πρὸς ἴδιον συνασπισμόν· ἔδοξεν οὖν τῇ ἁγίᾳ ταύτῃ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ, μηδαμῶς ἀπὸ τοῦ νῦν γίνεσθαι τοῦτο, πλὴν τοῦ κατὰ τύπον καὶ συνήθειαν ὑπὲρ τῆς εἰλικρινοῦς πίστεως ἡμῶν ἀπαιτουμένου κατὰ καιρὸν τῆς τῶν ἐπισκόπων χειροτονίας· εἴ τις οὖν τολμήσει παραλῦσαι τοῦτον ἡμῶν τὸν ὅρον, τῆς ἰδίας ἐκπιπτέτω τιμῆς.

Κανὼν θ'. Τῆς θείας ἀναφανδὸν βοώσης γραφῆς, πρὸ ἐξετάσεως μὴ μέμψῃ, δικαίως καὶ συμφερόντως ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ αὕτη σύνοδος ὁρίζει μηδένα μοναχὸν ἢ λαϊκὸν, ἤ τινα τοῦ καταλόγου τῶν κληρικῶν πρὸ τῆς ἀκριβοῦς ἐξετάσεως καὶ συνοδικῆς ἀποφάσεως ἀπὸ τῆς κοινωνίας ἑαυτὸν ἀφορίζειν τοῦ ἰδίου πατριάρχου, κἂν ἐγκληματικόν τι γινώσκειν διατείνηται πρᾶγμα· παραπλησίως δὲ καὶ τοὺς ἐν ἐξωτικαῖς πόλεσι καὶ χώραις ἐπισκόπους καὶ ἱερεῖς διατίθεσθαι πρὸς τοὺς ἰδίους μητροπολίτας ὁρίζομεν, ὥσπερ καὶ τοὺς μητροπολίτας πρὸς τὸν ἴδιον πατριάρχην. Εἰ δέ τις ἐναντία τῇ οἰκουμενικῇ ταύτῃ συνόδῳ φωραθείη διαπραττόμενος, εἰ μὲν ἐπίσκοπός ἐστιν ἢ κληρικὸς, ἐκπιπτέτω πάσης ἱερατικῆς ἐνεργείας τε καὶ τιμῆς· εἰ δὲ μονάζων 2) ἢ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω πάσης ἐκκλησιαστικῆς κοινωνίας καὶ συντάξεως, μέχρις ἂν ἐπιστρέψας ἐν μετανοίᾳ δεχθῇ.

Κανὼν ι'. Τῆς παλαιᾶς τε καὶ καινῆς διαθήκης μίαν ψυχὴν λογικήν τε καὶ νοερὰν διδασκούσης 3) ἔχειν τὸν ἄνθρωπον, καὶ πάντων τῶν θεηγόρων πατέρων καὶ διδασκάλων τῆς ἐκκλησίας τὴν αὐτὴν δόξαν κατεμπεδούντων, εἰσί τινες οἱ δύο ψυχὰς ἔχειν αὐτὸν δοξάζοντες καί τισιν ἀσυλλογίστοις ἐπιχειρήμασι τὴν ἰδίαν κρατύνουσιν αἵρεσιν· ἡ τοίνυν ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ αὕτη σύνοδος τοὺς τῆς τοιαύτης ἀσεβείας γεννήτορας, καὶ τοὺς ὁμοφρονοῦντας αὐτοῖς ἀναθεματίζει μεγαλοφώνως· εἰ δέ τις τὰ ἐναντία τοῦ λοιποῦ τολμήσει λέγειν, ἀνάθεμα ἔστω.

Κανὼν ια'. Τοὺς ὑπὸ τῆς θείας χάριτος εἰς τὴν ἐπισκοπικὴν προκληθέντας διακονίαν, ὡς εἰκόνα καὶ τύπον φέροντας τῶν ἁγίων καὶ οὐρανίων ἱεραρχιῶν 4), πάσης τιμῆς ἀξιοῦσθαι παρὰ πάντων τῶν ἀρχόντων καὶ ἀρχομένων θεσπίζομεν, καὶ μηδαμῶς ἢ στρατηγοῖς ἢ τισιν ἄλλοις ἄρχουσι προϋπαντᾶν πόῤῥωθεν τῶν ἰδίων ἐκκλησιῶν, μήτε τῶν ἵππων ἢ ἡμιόνων ἑαυτοὺς ἀποῤῥιπτοῦντας σὺν φόβῳ καὶ τρόμῳ προσπίπτειν καὶ προσκυνεῖν· εἰ δέ τις ἐπίσκοπος μετὰ τὸν ὅρον τῆς ἁγίας συνόδου τῆς ὀφειλομένης αὐτῷ καταφρονήσει 5) τιμῆς καὶ καταδέξοιτό τι ποιῆσαι παρὰ τὰ νῦν ὡρισμένα, ἀφορισθήτω ἐπὶ ἐνιαυτὸν ἕνα· καὶ ὁ ἄρχων ἐκεῖνος ἐπὶ δύο ἔτεσι μὴ καταξιωθῇ τῆς μεταλήψεως τῶν ἁγιασμάτων.

Κανὼν ιβ'. Ἦλθεν εἰς τὰς ἡμῶν ἀκοὰς, τὸ μὴ δύνασθαι ἄνευ ἀρχοντικῆς παρουσίας σύνοδον γενέσθαι· οὐδαμοῦ δὲ οἱ θεῖοι κανόνες συνέρχεσθαι κοσμικοὺς ἄρχοντας ἐν ταῖς συνόδοις νομοθετοῦσιν, ἀλλὰ μόνους τοὺς ἐπισκόπους· ὅθεν οὐδὲ, πλὴν τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων, τὴν παρου-

XII. Perlatum est ad nos non posse sine principum praesentia concilium agi. Atqui nusquam sacri canones sanciunt, ut ad synodos saeculares principes cogantur, sed soli dumtaxat episcopi. Quare nec alias reperimus eos aliis nisi oecumenicis conciliis interfuisse. Neque enim fas est, ut sae-

1) προζωγραφικὴν vatic.—2) μοναχὸς ottobon.— 3 διδάσκουσι ib — 4) ἱεραρχῶν καὶ πάσης ottob. — 5) καταφρονήσει ambo.—In can. XIII Raderus vertit παροινίας in hanc vocem: *insanias*, ac si legisset παρανοίας.

σίαν αὐτῶν γεγενημένην εὑρίσκομεν· οὐδὲ γὰρ θεμιτόν ἐστι γίνεσθαι θεατὰς τοὺς κοσμικοὺς ἄρχοντας τῶν τοῖς ἱερεῦσι τοῦ Θεοῦ συμβαινόντων πραγμάτων.

Κανὼν ιγ΄. Εἴ τις τοσαύτῃ τολμῇ χρήσαιτο, ὥστε κατὰ τὸν Φώτιον καὶ Διόσκορον, ἐγγράφως ἢ ἀγράφως παροινίας τινὰς κατὰ τῆς καθέδρας Πέτρου τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων κινεῖν, τὴν αὐτὴν ἐκείνοις δεχέσθω [1] κατάκρισιν· εἰ δὲ, συγκροτηθείσης συνόδου οἰκουμενικῆς, γένηταί τις καὶ περὶ τῆς ἐκκλησίας τῶν Ῥωμαίων ἀμφιβολία, ἔξεστιν εὐλαβῶς καὶ μετὰ τῆς προσηκούσης αἰδοῦς διαπυνθάνεσθαι περὶ τοῦ προκειμένου ζητήματος καὶ δέχεσθαι τὴν λύσιν καὶ ἢ ὠφελεῖσθαι ἢ ὠφελεῖν· μὴ μέντοι θρασέως ἀποφέρεσθαι κατὰ τῶν τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἱεραρχῶν.

Κανὼν ιδ΄. Θεσπίζομεν τοὺς ὁρισθέντας ὠμοφορεῖν ἐπισκόπους ἐπί τισι καιροῖς ἀποκεκληρωμένοις, ἐν τοῖς τοιούτοις περιβεβλῆσθαι ταῦτα καιροῖς καὶ τόποις, καὶ μὴ κατακεχρῆσθαι τῇ τοιαύτῃ καταστολῇ διὰ τῦφον καὶ κενοδοξίαν, καὶ ἐν παντὶ καιρῷ τῆς θείας μυσταγωγίας, καὶ πάσης ἄλλης ἐκκλησιαστικῆς λειτουργίας ταῦτα φορεῖν· ἀλλὰ καὶ τοὺς μετιόντας εὐλαβῶς τὸν μοναχικὸν βίον, καὶ τῆς ἐπισκοπικῆς [2] ἀξιωθέντας τιμῆς, φυλάττειν τὸ σχῆμα καὶ τὴν στολὴν τῶν μοναχικῶν ἀμφιασμάτων ὁρίζομεν· καὶ μηδένα τολμᾶν ἀπαμφιέννυσθαι τὸ εἰρημένον σχῆμα διὰ τῦφον καὶ ἀλαζονικὴν γνώμην, κἀντεῦθεν εὑρίσκεσθαι παραβάτην τῶν ἑαυτοῦ συνθηκῶν· εἴ τις οὖν ἐπίσκοπος παρὰ τοὺς ὡρισμένους αὐτῷ ἐγγράφους [3] ἢ ἀγράφους καιροὺς περιβάλλοιτο τὸ ὠμόφορον ἢ τῶν μοναχικῶν [4] ἀμφιασμάτων ἀποβάλλει τὸ σχῆμα ἢ διορθούσθω ἢ καθαιρείσθω.

colores principes rerum quae Dei sacerdotibus contingunt, spectatores fiant.

XIII. Si quis tanta efferatus audacia, quemadmodum Photius et Dioscorus, sive scripto, sive sine scripto, contumelias quasdam contra cathedram coryphaei Apostolorum Petri audeat iactare, eamdem atque illi sententiam subeat. Si quis, dum oecumenica synodus collecta est, de romana etiam ecclesia controversia extiterit, licebit cum decenti reverentia de proposita quaestione venerantur percunctari responsumque admittere, et sive iuvari sive iuvare; non tamen impudenter contra senioris Romae pontifices sententiam dicere.

XIV. Sancimus ut designati ad superhumeralia gestanda episcopi, certis statutisque temporibus et locis ea gestent; nec huiusmodi cultu per fastum et superbiam abutantur, aut quovis tempore divini sacrificii et quacumque ecclesiastica sanctione gerant. Eos etiam qui vitam solitariam religiose sunt sectati, et ad episcopatus honorem evecti sunt, et religiosam vestem suam habitumque monasticum servent statuimos; nullusque per fastum, animique iactantiam, huiuscemodi habitum exuere audeat, ac suas inde, quas ipse sibi praescripsit, leges violet. Quod si quis episcopus praeter designata sibi seu scripto, seu sine scripto tempora, omophorion tulerit, aut monasticam vestem abiecerit, vel corrigatur, vel deponatur.

Amplius opinione mea quamvis in constantinopolitanis synodis moratus sim, inde discedere nolim, quin utrique photiano concilio aliquid addam iuxta fidem unius cod. vindobonensis; quod, etiamsi spurium esset, ad crisin vellem revocavissent viri emunctae naris, quales erant Lambecius, Kollar, tot alii in Germania, qui non semel leviora graviter expenderunt. Quas Photius inscripsit πρώτην καὶ δευτέραν, *primam et secundam* pseudosynodos, e cerebro suo cudisse totas ita insimulatus convictusque est, ut in publico congressu, ardente aeneo vase igneo, cuncta volumina fuerint, iussu imperatoris, in rogum coniecta, exusta, abolita 5). An vero praeter canones infra relatos, etiam e flammis ereptae fuerint nonnullae subscriptiones utriusque synodi, (alias unius, sed interruptae), tu videris. Neque omitte, fidem fraudemve ut veterator iste augeret, stu-

1) δέχεσθαι vatic.— 2) ἐπισκοπῆς vatic.— 3 ἐγγράφω ib.— 4) ἢ τὸ μοναχικὸν ἀμφιασμάτων ἀποβάλοιτο σχῆμα ambo codd. communi errore.
5) *Abolita.* Mansi XVI, col. 381.

duisse eum diligenter, ut duorum romanae sedis legatorum Radoaldi et Zachariae, qui foeda proditione in aevum infamantur, nomina latinis sint scripta apicibus, et quidem, ut etiam nunc perspicuum est, ex iis quos longobardicos nuncupant.

Ὑπογραφὴ τῆς πρώτης συνόδου [1].

Μιχαὴλ, πιστὸς ἐν Χριστῷ βασιλεὺς Ῥωμαίων, τὰ παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου πάντα εὐσεβῶς κανονισθέντα στοιχῶν καὶ ἀποδεχόμενος, ὑπέγραψα ἰδιοχείρως.

Φώτιος, εἰ καὶ ἀνάξιος ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως, ὁρίσας ὑπέγραψα.

Μιχαὴλ, ἐπίσκοπος Καισαρείας, ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ὁμοίως ὑπέγραψαν καὶ οἱ λοιποὶ τῶν ἐπισκόπων τὸν ἀριθμὸν ϙο'.

Subscriptio prioris synodi.

Michael, fidelis in Christo Romanorum imperator, ea omnia quae a sancta synodo piis sunt regulis statuta, confirmans ac recipiens, propria manu subscripsi.

Photius, quamvis indignus Constantinopolis episcopus, definiens subscripsi.

Michael, episcopus Caesareae, definiens subscripsi.

Similiter subscripserunt et caeteri episcopi numero CLXX.

Ὑπογραφὴ τῆς β' συνόδου.

Ἐν ὀνόματι τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, Μιχαὴλ, πιστὸς ἐν αὐτῷ τῷ Θεῷ βασιλεὺς Ῥωμαίων, τὰ ὑπὸ τῆς ἁγίας ταύτης καὶ μεγάλης συνόδου τυπωθέντα τε καὶ ἐπικυρωθέντα περί τε τῶν ἁγιοκατηγόρων καὶ σχισματικῶν καὶ τῶν δυσσεβῶν εἰκονομάχων ἀποδεχόμενος, ἔτι δὲ καὶ τοὺς ὑπ' αὐτῆς ὁρισθέντας κανόνας φυλάττειν ὁμολογῶν, ὑπέγραψα ἰδιοχείρως.

Φώτιος, ἐλέῳ Θεοῦ, εἰ καὶ ἀνάξιος, ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης, τὰ ὑπὸ τῆς ἁγίας ταύτης καὶ μεγάλης συνόδου, περί τε τῶν ἁγιοκατηγόρων σχισματικῶν καὶ τῶν δυσσεβῶν εἰκονομάχων τυπωθέντα τε καὶ ἐπιδιορισθέντα ἀποδεχόμενος, ἔτι δὲ καὶ τοὺς ὑπ' αὐτῆς ἐκτεθέντας κανόνας φυλάττειν ὁμολογῶν, ὑπέγραψα ἰδιοχείρως.

Radoaldy, ἐπίσκοπος τῆς κατὰ Ῥώμην ἁγίας Πόρτου ἐκκλησίας, πάντα τὰ ὑπὸ τῆς ἁγίας ταύτης καὶ μεγάλης συνόδου ὁρισθέντα τε καὶ τυπωθέντα ὁμολογῶν, ὑπέγραψα ἰδιοχείρως.

Zaccharias, ἐπίσκοπος τῆς κατὰ Ῥώμην Ἀνάγνου ἁγίας ἐκκλησίας, πάντα ὑπὸ τῆς ἁγίας ταύτης καὶ μεγάλης συνόδου ὁρισθέντα τε καὶ τυπωθέντα ὁμολογῶν, ὑπέγραψα ἰδιοχείρως.

Subscriptio alterius Synodi.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, Michael, fidelis in eodem Deo imperator Romanorum, ea quae a sancta hac magnaque synodo decreta ac firmata sunt tam de illis schismaticis sanctorum accusatoribus quam de impiis Iconomachis recipiens, tum etiam definitos ab eadem canones servare contestatus, subscripsi propria manu.

Photius, misericordia Dei, quamvis indignus, episcopus Constantinopolis novae Romae, ea quae ab hac sancta et magna synodo tam de iis schismaticis sanctorum accusatoribus, quam de impiis Iconomachis decreta et omnino definita sunt recipiens, simul et statutos ab eadem canones custodire contestatus, subscripsi propria manu.

Radoaldus, episcopus sanctae iuxta Romam Portuensis ecclesiae, omnibus quae ab sancta illa et magna synodo definita et decreta sunt, consentiens, subscripsi propria manu.

Zacharias, episcopus sanctae iuxta Romam Anagniensis ecclesiae, omnibus quae ab sancta illa et magna synodo definita et decreta sunt, consentiens, subscripsi propria manu.

1) *συνόδου.* Ex cod. Vindob. hist. VIII, olim XLV f. 182 v°.

Θεοφάνης, ἀρχιεπίσκοπος Ἐφέσου, ὁμολογῶν ὑπέγραψα.
Ἰωάννης, μητροπολίτης Ἡρακλείας, ὁμολογῶν ὑπέγραψα.
Θεόδουλος, μητροπολίτης Ἀγκύρας, ὁμολογῶν ὑπέγραψα.
Ἀμφιλόχιος, ἐπίσκοπος Κυζίκου, ὁμολογῶν ὑπέγραψα.
Ὁμοίως ὑπέγραψαν καὶ οἱ λοιποὶ τῶν ἐπισκόπων τὸν ἀριθμὸν ρλ'.

Theophanes, Archiepiscopus Ephesi, consentiens subscripsi.
Ioannes, Heracleae metropolita, consentiens subscripsi.
Theodulus, Ancyrae metropolita, consentiens subscripsi.
Amphilochius, Cyzici episcopus, consentiens subscripsi.
Similiter subscripserunt et caeteri episcopi numero CXXX.

Iam quod spectat ad praesulum decreta, quae post conciliorum canones leguntur, nolui solis Byzantii antistitibus ita locum facere, ut orientales patriarchae in umbra laterent; ideoque paulo fusiori calamo ea prosecutus sum, quae *Anastasiana* inscribuntur. Dignus sane erat Anastasius I, Gregorii Magni amicus, qui dux Antiochenorum esset et omnium Orientalium. Ac praeter alia satis multa, quae primam nunc in lucem sub illo stemmate prodeunt, digna erat eiusdem *Oratio pacifica*, quae, collatis Germaniae et Hispaniae codicibus, faventibus amplissimis viris, variorum 1) etiam studiis amice conspirantibus, ab imminenti excidio tandem eriperetur. Eam esse inter elegantissima christianae Graeciae ornamenta, qua laude per me fruantur omnes eiusdem Anastasii orationes, caeteri quoque concedent, sed hoc parum est. En exemplum habetur episcopi, quem frustra ex amplissima sede vis publica expulit, quem pontifex Romanus ita tuetur, ut in exulis loco, plebs a vicario, ut aiunt, apostolico regatur, donec vincente constantia romana, post tres et viginti annos, senior patriarcha vel invitus, ovante licet populo, in ecclesiam suam revertatur. Ut disciplinae canonicae εἰρηνικὸς λόγος, sic rei dogmaticae mirum in modum favent caeterae Anastasii orationes amoenissimae, a quibus graece edendis nunc primum, sed alio in fasciculo, hoc tamen tempore, abstinere nequivi 2). Utinam omnia e sepulchro excitentur, ac simul Eulogius, Sophronius, una cum Anastasiis redivivi, in iustum orientalis ecclesiae decus integri exurgant!

Sophronium autem nominare, ac caeteros salutare Hierosolymitanos et Sabaïtas, tot hymnorum conditores, nefas erat, quin paucis certisque Anastasiorum exemplis opus illustrarem, quod huius aevi longe maximum, aeque et disciplinae canonicae proximum, quisque existimabit. Divino enim propemodum

1) *Variorum*. Cll. vv. Fessler, Dübner, Müller, Braun, etc. meritis opportunisque laudibus insignire non piguit; in primis vero doctissimo et humanissimo viro H. Stevenson multas iuvit gratias agere et habere; neque etiam omitti suo loco decuit Basilianos Cryptoferratenses.

2) *Nequivi*. Inscribuntur: *Anastasiorum Antiochenorum et Sinaitarum anecdota quaedam opera de rebus sacris et canonicis*, Romae typ. coll. urb. 1866, p. 1-100, quorum sane partem maiorem efficiunt Anastasii Antioch. *Orationes V dogmaticae*. Sunt LX tantum exemplaria, quae alteram et magis copiosam expectant editionem. Cf. infra p. 245. Haud memorare et merito laudare encomio omiserim nuperrimam *De Anastasio Sinaita* dissertationem, multa et selecta eruditione refertam, quam edidit I. B. Kumpfmüller, doctus presbyter Ratisbonensis, qui, quum unico munitus codice monacensi, vix pedem extra editos libros extulerit, pauca detexit anecdota, haud inani tamen opera defunctus est.

instinctu et aestu, sacrorum vatum chorus e schola damascenica fauste prodiit, qui, ut olim prophetarum collegium exulantis Israelis levavit infortunia, sic christianae plebis, erumpente mahumedana tyrannide, aerumnas leniret, erigeret animos, stimulos adderet, fidemque suavissimis firmaret cantilenis.

Interea pars huius tomi praecipua constantinopolitanae ecclesiae consecratur, ac longam seriem continet rerum et hominum in altera Roma per quinque aut sex saecula illustrium. Quod antea promiseram, exequutus, retro etiam pedem retuli, ut ab oecumenica synodo II, CP. I, usque ad oecumenicam VIII, CP. IV, novae Romae aut incrementa, aut etiam damna et casus uno sub oculo ponerem. Cuique iam perspicuum est, quid plerique Byzantini praesules ambierint, quid egerint imperatores, quid Romani pontifices constanter censuerint.

Recte ait Christianus Lupus, vir consultissimus: « Aemulabatur Photius suum in invadenda Constantinopolitana cathedra antecessorem Eusebium Nicomediensem, cuius factio, in conventiculo philippopolitano, a Iulii pontificis iudicio ad canones provocans, supremum sancti Petri Apostoli primatum evertere, et Romanum episcopum in communem patriarcharum ordinem redigere tentavit. Ab Eusebio ad Acacium, ab Acacio ad Photium haec iniquitas manavit 1). » Periclitabatur universa Ecclesiae oeconomia, et nisi Romani pontifices fortiter obstitissent, de summa rerum actum erat. Tantum periculum non vidisse vel bonos Orientis praesules, lugendum est: quorum alii, dum in maximis conciliis canones dolo et fraude obtectos reciperent, Byzantinis victas dedere manus; alii, dum vi opprimerentur, aut silere maluerunt quam ad Romam provocare, aut tardius molliusque provocarunt; alii, etiam quum Occidentales in opem accerserent, timere videbantur ne desperatis rebus fortior dextera adesset. Vix discrimen minuit sanctitas multorum regiae urbis episcoporum, quorum grande nomen altius efferre, quam modestiam et prudentiam sectari, commodius erat. Quanta autem Dei munificentia ac providentia, qui, etiam quum pars gregis in exitium praeceps rueret, illos pastores dedit quorum nos monumenta passim proferimus, hic vero satis est nomina nuda recitare: Gregorii Nazianzeni, Nectarii, Chrysostomi, Procli, Flaviani, Anatolii, Gennadii, Epiphanii, Menae, Eutychii, Germani, Tarasii, Nicephori, Methodii, Ignatii. Ubi igitur maiora erant Ecclesiae discrimina, hic Deus ingenti suos animo munivit; et quum in domibus regum pessimi episcopi sunt, nisi optimi fuerint, non mediocres, sed magnanimi heroes byzantinas infulas sustinuerunt.

Periculum quidem augebat vicina Caesarum maiestas, a quorum comitatu Sardicensium patrum prudentia episcopos caute arcebat; eodemque consilio, maiorum olim sedium cathedras iuxta regias civitates erigi, fere nunquam permissum est. Neque enim novae Romae solum timendus erat aestus, stre-

1) *Manavit*. Ad canones Conc. VIII. p. 1523 ed. Lovan. 1665.

pitusque rerum publicarum; sed violenta plerumque manus in sacra capessenda et opprimenda, quoties pessimi erant imperatores; quando vero saniores, ingenita quaedam aulae byzantinae indoles, causas ecclesiasticas eo vehementius invadentis, quo mollius imperii negotia sustineret. Inde factum, ut omnes Orientis sacerdotes, quum ad palatium undecumque provocare iuberentur, in unam fere regiam ecclesiam confluerent. Verum neque suis ibi Deus defuit. Notatu enim dignum videtur, tam in regum legibus quam in canonibus conciliorum primatum romanum apertissime inscribi et promulgari. Haec prima sunt Codicis et Basilicorum librorum verba: « Cunctos populos, quos nostrae clementiae regit imperium, in tali volumus religione versari, quam divinum Apostolum Petrum tradidisse Romanis, religio usque adhuc ab ipso insinuata declarat. » Tum Ioannem papam Iustinianus ita alloquitur: « Semper magnum nobis fuit studium unitatem vestrae apostolicae sedis et statum sanctarum Dei ecclesiarum custodire. Ideoque omnes sacerdotes orientalis tractus subiici et uniri vestrae sanctitatis sedi properavimus. » Cui iure suo respondet pontifex: « Hanc esse omnium vere ecclesiarum caput, et patrum regulae, et principalium constitutionum splendor, et vestrae pietatis reverentia testantur 1). » Et sexcenta huiusmodi verba sunt. Haec, superstite adhuc Photio, Basilicis libris a primo limine inserta erant, ex quibus tamen Basilius imperator quamdam Zenonis Novellam nimium Acacio faventem expunxit 2).

Quid vero Romani pontifices? Nonne aliquid humani passi sunt, dum crescere alteram Romam torvo oculo intuerentur, crescentique obstiterent asperius? Vetus calumnia est, quam iterum hisce diebus refricare nescio quos catholicos viros, quis non indignatur? Verissimum est sedem apostolicam sibi constantem fuisse semper, tum ut canones constantinopolitanos, chalcedonenses, trullanos, alios id genus, respingeret; tum ut antiochenam, alexandrinamque cathedras suae restitueret sublimitati; unde non iurisdictionis, sed honoris tantum privilegia Constantinopoli et Hierosolymae concederet. Ita ad Bulgaros Nicolaus, solemni quadam sententia 3). Quod Roma ambitioni negavit, haud legitimo abstulit decori; laqueos a superbiente amovit, non vincula imposuit obedienti. Minus Byzantinorum vanitati, quam eorum securitati consuluit. Quod

1) *Testantur*. L. 1, 8 Cod. 1, 1. Basil. I. 1. 1, 8.

2) *Expunxit*. Id quod etiam post Photium Balsamon ipse notavit ad Nomocanonem.

3) *Sententia*. Longiusculus quidem locus est, non tamen hic omittendus: « Desideratis nosse qui sint veraciter patriarchae. Veraciter illi habendi qui sedes apostolicas per successiones pontificum obtinent, id est qui illis praesunt ecclesiis quas Apostoli instituisse probantur, Romanam videlicet et Alexandrinam et Antiochenam. » Post plura de hac origine apostolica, pergit: « Constantinopolitanus autem et Hierosolymitanus antistites, licet dicantur patriarchae, non tantae tamen auctoritatis, quantae superiores existunt. Nam constantinopolitanam ecclesiam nec Apostolorum quisquam instituit, nec nicaena synodus, quae cunctis synodis celebrior et venerabilior est, eius mentionem aliquam fecit: sed solum, quia Constantinopolis Roma dicta est, favore principum potius quam ratione, patriarcha eius pontifex appellatus est. Hierosolymitanus autem praesul, licet et ipse patriarcha dicatur, et secundum antiquam consuetudinem ac nicaenam synodum honorandus sit, salva tamen metropoli propria dignitate. » Resp. ad Bulg. XCII. Mansi XV, col. 430. Quibus Photius sua opposuit ad Michaelem prolixas literas.

vero nec litteris, nec legatis persuasum est, id coram alloqui non dubitarunt. Quinque enim aut sex pontifices Romani Byzantium inviserunt, haud exiguo tempore oommorati; dum Novae Romae praesulum, si veterem Paulum et Callinicum coecum excipias, ne unus quidem tuno Apostolorum limina salutavit. Quin immo, dum veteri Romae Orientales notam invidiae inurerent, mirum est Romanos pontifices fuisse aut Graecos aut Syros 1), Romam Graecis abundavisse, totam Orientalibus patuisse Italiam. Unum supererat, ut etiam tunc ab ipsis Graecis nimia Romae indulgentia exprobraretur. Reapse, istiusmodi querela vehementer insonuit in hoc concilio octavo, quod alias atroci bello in Photium comparatur. Acta graeca, quae compendiose extant, amplissimis scatent scholiastae ouiusdam lamentis, quibus invehitur in socordiam iudicum, Photio nimis faventium. Caeterum neminem unquam fugiat, quam grave semper fuerit novam inter et veterem Romam dissidium. Cuius veram si causam mediteris, exploratum habebis, inanem fuisse praetextum vel Spiritus Sancti processionem; ineptas esse decem calumnias a Photio excogitatas 2); futilia et frustranea, quae sexcenti alii cumularunt. Quod vero probe et scite a Christiano Lupo notatum est, unioa demum quaestio fuit, an scilicet, nec ne, Ecclesia capite truncaretur. Ab Eusebio ad Acacium, ab Acacio ad Photium, de capitali causa, non de alia disceptatum est. Ab ungue recedere, quam maxime Romanis pontificibus, nefas erat; quibuscum steterunt, non solum occidentales populi omnes, sed quisque vir probus Orientalium, immo optimi quique imperatores, fortasse ipsa plebs christiana, aut certe sancti, quotquot fuere, praesules Constantinopolitani.

§. II. *De Canonum Collectionibus et Commentariis.*

Quum plurima in multis prooemiis et annotationibus scripserim tum de Ioanne Scholastico eiusque *Titulis* et *Capitulis*, tum de variis oollectionibus in eodem loco recensitis, sine mora venio ad *Nomocanonem XIV Titulorum*, quae praecipua huius tomi pars fortasse existimabitur. Sane pergratum mihi fuit, neque fastidio, neque labori parcere, ut, quum caetera haud semel ieiuniora ao nimis curta dederim, spissum illud opus e manibus meis emendatius et integrius exiret. Subsidia in cumulum accepi, quaecumque invenire contigit, sive in vaticanis codicibus, sive in aliis bibliothecis, tum romanis, tum exteris, sive in praestantissimo codice monacensi, do quo nunquam dixero satis 3).

Satis autem agere habereque gratias quanto minus valeam, quoties mecum haud sine admiratione reputo, quao fuerit optimi Regis Maximiliani munificentia,

1) *Syros*. Ioaooes IV natione dalmata fuit; Theodorus, civitate hierosolymitanus; Agatho et Leo II siculo-graeci; Ioannes V gente syrus, Sergius syrus; Ioannes VI natione graecus; Ioannes VII item, patre Platone; Sisinnius gente syrus; item et Constantinos, et Gregorius III; Zacharias graecus orator; multi praeterea apocrisarii Constantinopolim missi fuerunt.

2) *Excogitatas*. Calumnias omnes Christianus Lupus expendit et expungit l. l. p. 1414-1452.

3) *Satis*. Vid. l. 1, p. 660-662 et infra p. 441, 636, 637 etc.

ut codex vere aureus Parisios primum, Romam deinde, mitteretur; quam regia iterum longanimitas in Ludovico, eiusdem successore, ut, renovatis induciis, diutius mihi praesto esset aurifodina, quae etiam post plurimos menses annosque, nondum exhausta erat; quanta porro humanitas et comitas in Illustrissimo Principe Clodoveo Hohenlohe, qui, quum ab exteris negotiis esset, ac primas tenens, altius caeteris incertas prospiceret rerum tempestates, nihilominus novam concessit moram, etiam quum romana inter discrimina thesaurus periclitaretur; quanta demum in regiae bibliothecae oll. Curatoribus patientia et prudentia, ut in recuperando κειμηλίῳ, simul ac bonis artibus fovendis, aequam lancem sustinerent. Quae quidem e littore, transacta procella, comminisci iuvat. Quatuor igitur aut quinque anni erant, quum opus meum, in Urbano Typographeo, variis de causis molestissime interruptum, tandem eo devenerat, ubi locus Nomocanoni daretur. Pax interea, atroci bello germanico rupta, vix demum composita fuit, quum studia, ut ibi solent, immo vehementius solito fervere coeperunt. Inde multi, opinor, ad regiam concurrere bibliothecam, forulos etiam vacuos scrutari, codices vel exules et peregrinantes inquirere. Instabant fortasse victores, accincti in novam aciem, morae impatientes. Litteris ultro citroque missis, trium aegre mensium ultimae induciae pactae sunt, a feriis autumnalibus ad exitum ultimi anni. Ecce autem autumnus ruit in hiemem, feriae bello dissipantur, Urbs tumultu obstrepit, ac nullibi bellum saevius quam in meis aedibus callistianis,

. . . inter toto laceratas pectore vestes,
Sanguineam tremula quatiebat lampade dextram.

Ignoscant igitur, qui moras nectere me in arduo opere lamentantur; ignoscant in primis, si qui notaverint, ut alicubi monui, plagulas minus tersas, folia lacunis hiantia, maculas in toga quae armis pene rupta cessit. Quid vero in Nomocanone egerim, dum inter has angustias, manu diurna nocturnaque versarem membranas bavaricas, paucis aperiam.

Praeter prooemia multa, quae retexere longum est, neque vacat, curavi potissimum ut triplex libri scriptura perspicua et integra fieret. Prima vetus est, Photio certe antiquior, quam infra ampliore charactere emicare iussi. Altera exigua est, manuque Photii, quam inter ansulas caute seposui. Tertia multo auctior ex atlantico libro monacensi, pene tota eruitur. Haud temnendas interim mantissas praestitere codices vaticani, mosquenses, petropolitani, anglicani 1).

1) *Anglicani*. Quos tamen, etiam post Zachariae diligentissimas inquisitiones, iterum iterumque scrutari vellem. Voveo in primis ut a gnaro viro evolvatur bodleianus barocciao. 196, *in qua leges exscribuntur*, tum etiam ut a primo fol. ad ultimum conferatur dublinensis S. Trinitatis B. 4. 17, boico, nisi fallor, simillimus. Et facile intelligitur ex primo versu tituli: Πρόλογος τοῦ συνθέντος τοὺς κανόνας εἰς τίτλους ιδ΄. ut apud eos, cui vetere manu additur alibi: ὅτι δὲ καὶ νομικαὶ ἐκλογαὶ ἐκ διαφόρων θεμάτων. Quae quidem leges in singulis titulorum capitibus uberrima integritate cumulantur, haud omissis scholiis Athanasii, Theodori Hermopolitani, nec praegressi libro Timothei presbyteri CP. Mutilus licet a capite et in fine, splendidus tamen codex videtur. Ex arca metropolitae cuiusdam Naupactensis migravit in Usherianam bibliothecam. Haec me humanissimis litteris docuit D. Georgius Conroy, Emin^mi^. Cardinali Cullen a secretis. Cf. infra p. 444, 581, 607.

Anecdota omnia sunt, et adeo spissa, ut ea minutis oportuerit apicibus, nec nisi graece exigere. Caetera Herveti interpretatione ornantur, neque exiguum fastidium fuit, ut latina inter et graeca staret perpetua concordia; quae hactenus in editis libris, mirum in modum scripturis confusis, numeris quasi per aleam iactis, monstrisque lectionum haud semel intrusis, pene nulla fuit.

Ad auctaria quod spectat, quae mera canonum scholia aut glossae erant, ad calcem in ultimum fasciculum reieci 1). Leges vero ad unam omnes cum libris editis patientissime contuli; centies debui totum corpus Iustinianeum et Basilicorum ingentem molem susque deque vertere, donec omnino certior de re alterutra fierem, scilicet an quae sub oculis erant iam vulgata essent, quorum statim librum, titulum, legem, iuxta communiorem editionem, significavi; an vero nova essent anecdota, quae statim recepi. Quae recepta non sunt, dici nequit quam longum operosumque fuerit ea excludere, vel quum minima essent. Quoties sententiola, vix duobus aut tribus contenta versibus, et capite et fine mutila, maxime in centum illis foliis boicis, quae glires diris morsibus exeserunt 2), non nisi post intolerabiles moras, ex angulo Basilicorum aut visceribus Corporis iuris emersit. Longe brevissimum opus fuisset, si quingenta folia bavarica ex umbilico edidissem, typisque commisissem integerrima. Tantae molis esse tomus non potuit, neque etiam aequum erat varias scripturas colligere, quae certe mutilis periodis totum volumen implevissent. Cuique plana brevisque via patet, nostras notulas relegenti, si voluerit, adhibitis iisdem codicibus, tam Theodosianos et Iustinianeos quam Basilicos libros uberrimis illustrare varietatibus.

Ea vero quae graece nova, neque alias quam in codicibus meis scripta videbantur, quantumvis multa, meum esse duxi cuncta rescribere et servare. Legibus enim ecclesiasticis, scholiorum instar, inserviunt, ac celeberrimae collectionis canonicae quasi commentaria sunt. Deinde, civili licet in foro edictae, ad sacra leges huiusmodi merito referuntur; ac fortasse plures aut ex ipsis canonibus derivarunt, aut a quibusdam clericis vel episcopis, imperatorum in persona, sculptae fuerunt. Ut enim, exempli gratia, plerique trullani canones e Novellis oriuntur, sic plura Iustiniani, Theodosii, immo et Constantini decreta ab oraculis nostris emanarunt. Quoties ego Zenonis edicta legebam, quae passim dedi, toties ipsius Acacii verba audire ducebam. Sua igitur Ecclesiae repetunda sunt, nedum ab extraneis quidquam illi sit mendicandum. Praeterea compertum videtur, Nomocanonis germanum auctorem aut esse Iulianum Antecessorem, aut pertinere ad scholas Stephanianas, ex quibus multae legum civilium graecae latinaeque interpretationes effluxerunt: sponte infertur, ex eodem fonte deductam fuisse longam auctariorum seriem, quae ad Nomocanonem accessit. Exteris de-

1) *Reieci.* Nisi e manibus meis iam aufugisset codex monacensis, haud parum contulisset sive in reporgandis scholiis, sive in texendis novissimis emendationum et retractationum animadversionibus.

2) *Exeserunt.* Et eadem in dublinensi tempus edax corrosit.

mum litteris ultro solet Ecclesia favere, neque ab ipsis fidei suae hostibus respuit haec vasa ac trophaea reportare: quid mirum igitur, si inde ab Ulpiano saevissimo ad cautum Tribonianum, multa e penu iuris peritorum in suos usus impenderit? Iam quanti sint pretii veteres legum interpretes, quamvis rudes et illiberales, quando ad tempora legislatorum accedunt, aut etiam cum ipsis floruerunt, et quam religiose verbum verbo referant, iustamque ad vivum exprimant sententiam, norunt qui in his rebus habitant 1). Ut quid vero tantum de interpretatione loquar? Graeca, ut in Novellis, sic multis in aliis legibus, plerumque prima ac genuina verba sunt, ab ipso ore imperatorum excepta. Anthentica eiusmodi decreta publicis Ecclesiae actis non solum passim inseruerunt, sed sacra et divina dici plebeio more permiserunt patres Constantinopolitani, Ephesini, Chalcedonenses. Sunm igitur esto decus aeneis tabulis, marmoreis titulis, priscisque lapidibus ac publicis monumentis, quae uti legum appendices, stupenda eruditione illustrarunt cll. vv. Boeckh, Hanbold, Orelli, Mommsen, Hensen, alii, quorum nuper collata studia cl. Hoenel feliciter aemulatus est et cumulavit 2). Sua esto perennisque laus illis papyraceis philyris et palimpsestis membranis, quae vaticanae, ambrosianae, veronensi, neapolitanae, parisiensi bibliothecis meritam in iurisconsultorum theatro pepererunt celebritatem. Hand aequum erat boïcas Pandectas tamdiu iacere intactas et neglectas, quae tot magistrorum iuris, consulum et imperatorum nominibus superbiunt. Elenchum habeto rerum saltem praecipuarum, inter anecdotas, quas iuxta temporum seriem recolere iuvat:

A. 138-161. *Antonini* lex, Vid p. 471.
a. 199. *Severi et Antonini* lex, p. 479.
a. 316. *Constantini* lex, p. 634.
a. 317. Eiusdem, p. 567.
a. 321. Eiusdem, p. 552.
— Eiusdem, p. 634.
a. incert. Eiusdem, p. 471.
a. 339. *Constantii* lex, p. 513.
a. 353. Eiusdem, p. 605.
a. 364. *Ioviani* lex, p. 365.
a. 369. *Valentiniani, Valentis et Gratiani* lex, p. 537.
a. 377. *Valentis, Gratiani et Valentiniani II* lex, p. 513.
a. 379. Eorumdem, p. 600.
a. 391. Eorumdem, p. 577.
a. 394. *Theodosii, Arcadii et Honorii* lex, p. 598.
a. 398. *Honorii et Arcadii* lex, p. 464.
— Eorumdem, p. 480.
— Eorumdem, p. 537.
— Eorumdem, p. 396.
— Eorumdem, p. 602.
a. 399. Eorumdem, p. 460.
a. 405. *Arcadii, Honorii et Theodosii II* lex, p. 506.
a. 407. Eorumdem, p. 517.
a. 408. Eorumdem, p. 537.
a. 409. Eorumdem, p. 480.
a. 169. Eorumdem, p. 502.

1) *Habitant.* Inter quos haud ultimus cl. v. Mommsen opportunissime scripsit hisce diebus, in fronte Digestorum, novam in lucem ac splendidam editorum: « Byzantii prudentes, qui saeculo VI Digesta graece verterunt, quantum conferant ad eorum crisin, licet nemo ignoret, tamen clarius etiam quam antea hac mea editione puto demonstrari. » P. III praef. ad *Iustin. Digest.* Berol. 1866-1867, apud Weidmannos.

2) *Cumulavit.* Opus insigne, haud minus ecclesiasticis rebus quam civilibus proficuum. Inscribitur: *Corpus legum ab imperatoribus Romanis ante Iustinianum latarum, quae extra const. codd. supersunt.* Lipsiae I. C. Hinrichs. 1860 fol. Statim ab initio praestantissimi libri optime notatur in hunc modum: « Et in monumentis quidem conciliorumque libris verba legum ipsa conservata sunt, raro apud reliquos scriptores qui pro verbis sententias legum referunt. » *Praef. init.* Ad rem cf. p. 13, 33, 63, 70, 103, 168, 175, 191, 194, 199, 206, 228, 229, 231. In primis Constantini edicta et omnes Theodosianae leges.

Ad coronidem adde caetera huius tomi analecta insigniora, dum alia non pauca, sed tenuiora aut ultimo indici reservamus, aut taciti in libro permittimus sepeliri, iis praeterea omissis, quae ex S. Paschale pp. I, ex Patricio CP., ex synodis photianis suum hic locum habuere.

Imperatorum ad leges ut revertar, de civilis iuris origine, auctoritate et utilitate, respectu ad ecclesiasticam disciplinam, quaestio remanet satis longa et anceps, a multis quidem agitata, sed vix mea. Theologorum enim est aut eorum qui iuris philosophiam scrutantur, id argumenti persequi et solvere 1).

1) *Solvere*. Baronius a. 528, Allatius *de Consensu utr. Eccl.* p. 221-227. Assemani *Bibl. Iur. orientat.* t. I, p. 173, t. II, p. 604, 616. III, p. 341, 590.—Car. De Reisach in A. Theiner *Disquisition. crit* —Ios. Fessler *Der canonische Process. in der voriustinianischer Periode*, Vien. 1860.—Iungk. *De originibus et progressu episcopalis iudicii in causis civilib. laicor. usque ad Iustinian.* Berolin. 1832.—I. B. V. Coquille. *Les Légistes*, Paris 1863. —Ios. Gasparini. *De Auditoriis imperatorum eorumque familiaribus et comitib.* dissert. Romae 1866. —Martinet. *Instit. Theol.* p. IV t. 1, p. 1-33.

Historicus pedestris ago, interque acta et monumenta aequo stans animo, ea caeteris committo expolienda et excutienda.

Caeterum duo sunt hic sedulo distinguenda, ea nimirum quae ad generalem quamdam iuris romani philosophiam pertinent, et ea quae in negotiis tractandis versantur. Nemini dubium, quin saepius legum prudentes multum a recta semita erraverint, quoties falsis veterum indulserint opinionibus de iuris origine et ratione, de hominis conditione et natura, de communitatis exordio, de familiis, de coniugiis, de personis, de religione demum ac sacris servandis 1). Neque tamen negandum, vel hisce de rebus maximis, haud deesse in corpore iuris gravissimas sententias, effata acumine et pondere insignia, formulas tum aevo, tum maiestate nobilissimas, quae fortasse satis erunt ut aliquatenus ratio scripta more solito nuncupentur. Et eo magis vitio non vertitur, ab illo iure deducere quae scite inventa et statuta sunt, ut negotia expediantur planius, ut lites dirimantur, ut civilia munera rite et ordinate impleantur. Ex quibus sane multa vel Romana ecclesia usu retinuit, quum per multa saecula de iure civili per se statuere, parcissime pro sua sapientia consueverit. Unde satis, opinor, habui antea haec pauca de arduo argumento dicere, quae rescribere non piget: « Romanae quidem ecclesiae eximia illa prudentia fuit, ut, quum sexcentis in negotiis, magistratuum auxilio ac iuris prudentium consiliis uteretur, nunquam tamen suas inter leges permiserit civilia inseri edicta, neque etiam toleraverit. » Tum de Graecis: « Qui primi legitima anticipare intervalla ac iusta repagula utriusque fori frangere coeperunt, fuerunt ambo illi ignoti obscurique conditores *Nomocanonis*, sive in L, sive in XIV titulos conflati. In quo ipso rudi vocabulo asperum aliquid et insolitum auribus insonuit. Durum enim est, aras inter et altaria, ubi solis pontificibus ius sacrum ferre ac dicere fas est, irrumpere consules et imperatores, ut communi quadam appellatione sacra et profana misceantur 2). » Hinc veniunt gravissima Damasceni verba, quae non neglexi 3), de fori ecclesiastici libertate, quod etiam satis egregie confirmat vetus quidam scriptor graecus, alias a me post Maium adductus 4). Quibus tamen aequum est addere, ut feci, et auream Chrysostomi *παραίνεσιν* de necessaria sacerdotii et imperii concordia 5), et egregiam Ioannis II papae ad Iustinianum epistolam 6), de munere christiani imperatoris, legibus scilicet Ecclesiae opem ferre, dare iusta subsidia, aedes sacras erigere et renovare, religiosos quoscumque coetus tueri, haereticos pellere, Christi promovere regnum, eiusque fines per universum orbem extendere. Per-

1) *Servandis*. Haud scio an aliquis notaverit, quae S. Hippolytus, Ulpiano coaequalis, de Antichristo scripsisse fertur, impiam scilicet tyrannidem ad normam romanae legis esse instituendam: Τοῦτο σημαίνει, ὅτι κατὰ τὸν Αὐγούστου νόμον, ἀφ' οὗ καὶ ἡ βασιλεία Ῥωμαίων συνέστη, οὕτω καὶ αὐτὸς κελεύσει καὶ διατάξει, ἅπαντα ἐπικυρῶν διὰ τούτου καὶ δόξαν ἑαυτοῦ πλείονα περιποιούμενος. *De Christo et Antichr.* n. XLIX. Patrol. gr. t. X, p. 767.

2) *Misceantur*. V. p. 433.

3) *Neglexi*, V. p. 425.

4) *Adductus*. Ibid.

5) *Concordia*. p. 151.

6) *Epistolam*. Vid. paulo supra, et cf. p. 151, 459.

spicuum est quantum ab huiusmodi munere recesserint, quos aegre dixeris principes christianos, qui vellent, ut olim apud ethnicos, pontifices maximi haberi, nec nisi penes Caesarem esse quodcumque ius, ut ab illius arbitrio fas nefasque pendeant, et quidquid ei placuerit, lex sit atque valeat. Adde quod ipsa synodus octava, quum eodem prorsus tempore novus Basilicorum codex in medium educeretur, plurimis canonibus 1), quos statim ex Anastasio afferam, nihil omisit, Ecclesiae ut libertatem et honorem vindicaret.

Inquirenti autem mihi an sacri pontifices, qui Iustiniani tempore palatio interveniebant, et quorum nomina ipsis Novellis praefixa sunt, Epiphanius, Menas, Ioannes, Vigilius, in condendis nonnullis legibus ullam partem habuerint, statim occurrebat paucissimas esse Novellas ad eos directas, vix septem ad Epiphanium, quinque aut quatuor ad Menam, unam ad Vigilium; aequum igitur fieri, ut suum cuique detur, et alii tot legum edictarum sive honore sive invidia premantur. Conditis autem legibus, eadem crisi Ecclesia usa est, ut caute ad eas provocaret, quod vix semel fecit Gregorius Magnus 2), cautius etiam ad eas evolvendas, quod tamen Nicolaum Magnum non deterruit 3), excitaret. Unde mediam et aequam docemur tenere rationem, inter eos qui romanum ius nihil aliud esse volunt quam Antichristi legem 4), et eos qui numine quodam legum romanorum latores afflatos fuisse 5) existimaverant. Nec plura nunc, quum alius erit locus in huius operis decursu, expendendi quae fuerit, per saecula quae media dicuntur, sive in Oriente, sive in Occidente, iuris byzantini fortuna 6).

Pauca hactenus de Photio disputavi, quippe cuius in hoc tomo exiguus locus sit, neque amplior requiratur. Quae Nomocanoni contulit levi satis brachio, nota sunt. Alia de re liturgica aut canonica sub eius nomine circumferuntur, quae in nullam veterum collectionem inserta sunt, quin alio non semel nomine inscribuntur. Epistola ad Michaelem Bulgarorum ducem, ex qua Synodicon excerpi solet, ut multae aliae eiusdem litterae, aut dogmatica aut historica supellex est. Parum abfuit, dum ad manum venere pseudosynodi photia-

1) *Canonibus*. Cf supra p. XXII, XXIII.

2) *Magnus*. Regest. XIII, 45.

3) *Deterruit*. Haud semel ad Bulgaros ait: *eral vite leges*, sed quales, non liquet.

4) *Legem*. Martinet. *Instit. Theol. mor.* t. 1, p. 8, nec prudentis scriptoris cautela omittatur, ut p. 12 notavit et alias.

5) *Fuisse*. Sunt ipsa nobilissimi Melchioris Cani verba: « Ad Dei procurationem pertinuit, ut numine quodam legum romanorum latores afflarentur, quo ad reipublicae moderationem ea scita prescriberent, quae essent iusta atque legitima.» *De Locis Theol.* lib. X cap. ult.

6) *Fortuna*. Multa paucis perstrinxit, neque pauca iubet sperare cl. v. Ios. Gasparini in egregiae diss. loud coronide: « Ut ergo manifestum est leges Iustinianeas Romae fuisse publicatas et cooperante Pontifice Vigilio ad cuius petitionem speciales etiam probatae sunt, ita pariter dubitari amplius non licet easdem leges observatas fuisse post Iustinianum. . . Ius iustinianeum et illius traditiones a Romanis pontificibus sollicita et quasi cum veneratione retentae ac observatae semper fuere, non solum in civili et ecclesiastica administratione, sed praesertim in ordinatione *Sacri Palatii lateranensis et sac. suae comitivae*, non minus quam *sac.* sui *auditarii* quod iisdam personis praecipue constituebatur usque ad saec. XIII, ut alio loco demonstrabo. » p. 71. Cf. ad calcem Novellarum Iustiniani Constitutio inscripta: Pragmatica sanctio Iustiniani imp. quae incipit: Pro petitione Vigilii, atque edita est a. 554.

nae, quin animosior exurgerem, universamque subdoli hominis fraudum et artificiorum machinam assumerem demoliendam ac subvertendam. Neque abstinui, nisi data fide, fore ut vafer ille suos manes pateretur 1). Iam animaeqnior, hanc cedo provinciam caeteris annalium ecclesiasticorum conditoribus, qui qunm iam muneri suo non defuerint, etiamnunc accincti snnt, ut eodem quam praeclarius defungantur 2). Quibus fortasse moneri gratum erit, ad fidem unius codicis mosquensis, iam notum esse auctorem cuiusdam Synodici, ex quo insignem locum de Photio attulit Allatius 3), Harduinus etiam in concilia inseruit 4), neque ipse Fabricius a Bibliotheca graeca amovendum autumavit 5). Dum in Typographeo mosquensi, inter residuas ex opulento olim museo chartas, copiosum codicem 6) evolverem, oculos perstrinxit pagina diro calamo verberata et dehonestata; nihil mirum, hic Photius vapulat. Etiam anterius folium rabida et scelesta cuiusdam Photiani manu, ni fallor, raptum est, ut tam loci initium quam nomen auctoris exciderit. At in medio codice multum vexato remanserat extra suum locum 7) indiculus quidam rerum vetus et accuratus, ex quo didici hunc titulum esse expunctae paginae restituendum: Πατρικίου Ἀραρίου τοῦ ἐπιλεγομένου Ὠκεανοῦ. Quo indiculo statim ductus fui ad illum Patricium, quem noveram ex alia et unica lacinia de Meletianis 8), memorato Synodico inserta, et inscripta in hunc modum: Πατρικίου Ἀραρσίου τοῦ μάκαρος, ἐκ τοῦ λόγου αὐτοῦ, τοῦ ἐπιλεγομένου Ὠκεανοῦ. *Patricii Ararsii* (vel *Ararei*), *iam e vivis defuncti* 9), *ex opere quod inscribitur Oceanus.* Unde efficitur Patricium floruisse paulo ante aetatem eius qui fabricianum Synodicon digessit, Photii fere aequalem fuisse, orationemque dictavisse satis longam ut *Oceanus* nuncuparetur. Donec bonis avibus incidere in Allatii Synodicon, et ad altum usque Patricii Oceanum avolare contigerit, nolim, lectori valedicturus, frustulum codicis mosquensis invidere, quod opportunum, neque inconcinnum prooeminm erit canonibus synodi octavae, statim ab Anastasio recipiendis.

Πατρικίου Ἀραρίου [ἐκ τοῦ λόγου 10) αὐτοῦ] τοῦ ἐπιλεγομένου Ὠκεανοῦ.

Ἀλλ' ἐν ὅσῳ ταῦτα ἠνύετο, Μιχαὴλ τοῦ βασιλέως θείᾳ δίκῃ τὸν βίον τελέσαντος, Βασίλειος ὁ φιλόχριστος, αὐτοκράτωρ μέγας Ῥωμαίων ἀναγορευθεὶς καὶ ζήλῳ Κυρίου 11) πυρούμενος,

Patricii Ararei, ex opere eius, quod inscribitur Oceanus.

Interim dum ista peracta sunt, Michaele imperatore divino iudicio vita defuncto, Basilius Christianus Graecorum magnus imperator declaratur. Qui divino zelo incensus, ut a Christi Ecclesia omnia

1) *Pateretur.* Vid. p. 125.

2) *Defungantur.* Ium cl. v. Hergenröther *de Photio* duos tomos habemus, et III propediem expectatur, in quo de eiusdem scriptis abunde disseritur.

3) *Allatius.* De octav. syn. p. 29 et 39.

4) *Inseruit.* Conc. t. IV p. 1112.

5) *Autumavit.* Tom. XII p. 419.

6) *Codicem.* Typogr. 6, olim apud Matthaeium typogr. in fol. 28 f. 198. *Codd. mosq. notitia*, p. 285.

7) *Locum.* Fol. 206.

8) *Meletianis.* Fabricii B. gr. T. XII, p. 369.

9) *Defuncti.* Τοῦ μάκαρος, notissimo significatu, quem neglexit Fabricius, dum verteret *Patricii Ararsii sancti.*

10) λόγου. Inclusa ex Fabricio restituuntur.

11) κυρίου. Inde cod. Mosquens. in fol. 198.

ἵνα τῆς Χριστοῦ ἐκκλησίας πάντα ἐξάρῃ τὰ σκάνδαλα, θείαν καὶ ἱερὰν οἰκουμενικὴν ὀγδόην [1] ἐν Κωνσταντινουπόλει κροτηθῆναι [2] ἐθέσπισε σύνοδον, ἧς ἐξῆρχον προκαθεζόμενοι Ἀδριανοῦ τοῦ πάπα Ῥώμης (Νικόλαος γὰρ πρὸς Κύριον ἐξεδήμησε) τοποτηρηταὶ, Στέφανος καὶ Δονάτος ἐπίσκοποι καὶ Μαρῖνος διάκονος, Κωνσταντινουπόλεως πατριάρχης Ἰγνάτιος, Μιχαὴλ διάκονος χαρτοφύλαξ καὶ σύγκελλος, Μιχαὴλ [3] τοῦ πάπα Ἀλεξανδρείας τὸν τόπον ἐπέχων, Θωμᾶς ἐπίσκοπος Τύρου Νικολάου Ἀντιοχείας [4], καὶ Ἠλίας μοναχὸς πρεσβύτερός τε καὶ σύγκελλος Θεοδοσίου Ἱεροσολύμων, Βασίλειός τε καὶ Κωνσταντῖνος οἱ εὐσεβέστατοι αὐτοκράτορες· ἥτις ἁγία σύνοδος τὰς ἁγίας [5] ἑπτὰ συνόδους, καὶ τοὺς ἀνέκαθεν [6] διὰ μέσου πατέρας μακαρίους ἀνακηρύξασα, Νικολάου καὶ Ἀδριανοῦ πάπα Ῥώμης τὰ συνοδικὰ ἐπεκύρωσε, Φώτιον [7] ἀναθεματίσασα, καὶ τὰ εἰς αὐτὸν καὶ δι' αὐτοῦ καὶ ὑπ' αὐτοῦ [8] γενόμενα, δικαίοις ὅροις ἐκκλησιαστικῆς ἀπεβάλετο παραδόσεως, καὶ οὕτως θεοπρεπῶς τετελείωται [9] ἐν τοῖς δεξιοῖς μέρεσι γενομένη [10] τῆς ἁγίας μεγάλης τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ ἐκκλησίας, ἥνπερ Σοφίαν κατονομάζειν ἐπαιδεύθημεν ἅπαντες [11]. Τέλος.

scandala eiicerentur, divinam et sacram oecumenicam synodum in urbe Constantinopolitana cogi mandavit, quam auspicati sunt praesidentes Adriani Papae Romani (Nicolaus enim ad Dominum migraverat) Legati, Stephanus et Donatus episcopi et Marinus diaconus, Constantinopolitanus patriarcha Ignatius, Michael diaconus chartophylax et syncellus, Michaelis papae Alexandrini locum tenens, Thomas episcopus Tyri, locum tenens Nicolai Antiocheni, et Helias monachus, presbyter et syncellus Theodosii Hierosolymorum, Basilius et Constantinus, piissimi imperatores. Quae sancta synodus sancta septem concilia et beatos qui antea a longo tempore floruere patres praeconio depraedicans, Nicolai et Adriani papae Romae synodica confirmavit, Photium anathemati tradens, quae in ipsum et per ipsum et ab ipso gesta sunt, iustis ecclesiasticae traditionis definitionibus reiecit; et sic ut Dei cultores addecet, synodus peracta est, in dextris habita partibus sanctae magnae Salvatoris Christi ecclesiae, quam Sapientiam nuncupare omnes didicimus. Finis.

Regulae [12] sanctae ac universalis octavae synodi, quae Constantinopoli celebrata est (Anastasio interprete).

I. De custodiendis [13] et conservandis omnino expositis antea et traditis ecclesiae canonibus.

II. De conservandis etiam definitionibus synodice a beatissimo papa Nicolao et sanctissimo papa Adriano Romanis patriarchis, pro defensione [13] Constantinopolitanorum ecclesiae ac restitutione Ignatii sanctissimi patriarchae, atque neophyti expulsione ac condemnatione Photii, expositis.

III. Ut honoretur et adoretur imago Domini nostri Iesu Christi, aeque ut sanctorum liber evangeliorum et figura pretiosae crucis, similiter et in temeratae matris eius et Dei genitricis Mariae, et omnium sanctorum, nec non et coelestium ministrorum.

IV. De eo quod neophytus Photius nunquam fuisse videtur episcopus, neque illi qui ab eo in quolibet sacerdotali gradu consecrati sunt, putentur tales esse quales eos nominavit, neque dimittendi sunt eis honores, qui ab eo collati sunt, sed subvertendos esse omnia quaecumque ille ad dandum aliis gradum sacerdotii moratus est.

V. Quod non oporteat, de senatoria dignitate

1) post ὀγδόην male συνόδον inserit Fabric — 2) συγκροτηθῆναι. Id. — 3) Μιχαήλ. Nomen om. Fabric — 4) σοφίας add. id. — 5) καὶ οἰκουμενικάς Id. add. — 6) ἀν. αὐτῶν. Id. — 7) καὶ τὸν Φώτιον. Id. — 8) πάντα γενόμ. Id. — 9) ἐτετελείωτο. cod. — 10) γενομένης. cod. — 11) ἅπαντες. Om. Fabr. — 12) *Regulae*. Ex innumeris codd. satis erit memorare vatican. 1332, 1333, 1334, 4169, 4900, 4901, 4965, 5593, 5749; regin. 1033; ottobon. 769, 952, 951. Quorum longe praestans est vatic. 4965, olim Capituli veron. dein bibliothecae Sirletianae, saec. circiter X, omnibus scholiis Anastasii et innumeris glossis instructus, dignus sane qui novae conc. VIII editionis fundamentum eligatur. Vatic. 1333 saec. XV neque elegantia, neque opulento decore caret. Regin. 1033 eiusdem saec. ex antiquissimo derivatur, in quo deerant nonnullae emendationes et glossae iam in veronensi, sive 4965, magno numero collectae: hos tres codd. potissimum contulimus et infra inscribimus vat. 1, 2, 3; caeteri fere omnes aut recentiores sunt, aut praecedentium pura apographa. — 13) *De custodiendis*. Non solum ab ipso Anastasio haec capitula proficiscuntur et satis inde id probatur, quod fere in omnes codices migraverint, sed ex ipsa phrasi interpretis liquet, omnia pirmitus fuisse etiam graece praefixa canonibus, idemque in octavo factum concilio quod in septimo iam impletum novimus. — 13) *Vindicatione* vat. 2, etiam 1 ante correct.

vel de aliquo laicorum ordine super tonsum, eligi vel suscipi patriarcham, nisi secundum definitionem quae prolata est ab hac sancta et magna synodo, dignus inveniatur.

VI. De prolato anathemate contra Photium, etiam propter falsorum vicariorum contra beatissimum papam Nicolaum inventionem et contra eum ficte ac falso scriptorum libellorum, et quod oporteat omnes qui similiter quoque egerunt, abiicere et anathematizare.

VII. Quod non oporteat anathematizatos a sancta et universali synodo honorandas et sanctas imagines pingere, vel docere disciplinas divinae et humanae sapientiae.

VIII. Quod non oporteat quemcumque patriarcham sanctae Constantinopolitanorum ecclesiae exigere chirographa a sacerdotali catalogo ad propriam quasi stabilitatem atque securitatem.

IX. De subvertendo et solvendo vinculo proprii scripti, quod a Photio excogitatum et exactum est ab omnibus volentibus exteriorem discere sapientiam.

X. Ut ante districtam examinationem et synodicam iudicationem, nullus clericus a proprio episcopo, aut episcopus a proprio metropolita, vel metropolita a proprio patriarcha se ullo modo segreget.

XI. Quod oporteat anathematizare omnes qui impie ac laesis sensibus duas habere hominem animas opinantur.

XII. De non recipiendis ullomodo electionibus episcoporum per principale suffragium et potentiam factis.

XIII. Quod oporteat in magna ecclesia, in minori gradu constitutos ad maiores honores opportune conscendere; sed non eos qui foris sunt inter illos admitti, sed nec eos in eadem ecclesia connumerari aut constitui qui procurant seu tuentur proastia 1) vel saecularium domos.

XIV. Quod oporteat eos qui per divinam gratiam ad episcopale officium convocantur, omnem reverentiam et honorem mereri ab his qui per tempora aut strategatus ministerium sortiuntur, aut aliter principari videntur.

XV. Quod non oporteat alienare cimelia vel per emphyteusin salaria ecclesiarum tribuere.

XVI. De non utendis penitus adinventionibus ad exhonorantiam sancti sacerdotii; imperator vero vel princeps, si talia fecerit, redarguatur et separetur; si autem non poenituerit, etiam anathematizetur.

XVII. De potestate patriarcharum, et metropolitanorum ad eos adventa.

XVIII. Quod non oportet ecclesiarum res violare seu decidere.

XIX. Quod non oporteat archiepiscopos aut metropolitas sub obtentu quasi visitationis proficisci ad alias ecclesias, et subiectos sibi episcopos per avaritiam damnis afficere vel gravare.

XX. Quod non oporteat quemcumque episcoporum per se collata loca recipere sine illius iudicio qui urbi aut regioni illi praeesse dignoscitur.

XXI. Quod non oporteat papam Romanum vel quempiam aliorum patriarcharum a quolibet inhonorari.

XXII. De summorum sacerdotum electione atque decreto.

XXIII. Quod non oporteat quemquam episcoporum alienarum locare possessiones ecclesiarum, sed nec clericum quemlibet in aliena ecclesia sacra celebrare mysteria.

XXIV. Quod non oporteat metropolitas suffraganeis suis episcopis ecclesiastica suae metropoleos committere ministeria.

XXV. Quod semper depositi teneantur qui consecrationem in quocumque gradu Methodii et Ignatii sanctissimorum patriarcharum habuerunt, et Photio invasori, etiam post sententiam quae synodice facta est Constantinopoli, consenserunt.

XXVI. Quod clericus depositus vel iniuriam passus ab episcopo suo potestatem habeat recurrere ad maioris ecclesiae principes.

XXVII. De eo quod non oporteat palliis praeter tempora et loca definita vestiri, et de eo quod nequaquam eos, qui ex ordine monachico facti sunt episcopi, conveniat schemate et stola monachicae conversationis exuere.

Canon I. Per aequam et regiam divinae iustitiae viam inoffense incedere volentes, veluti quasdam lampades semper lucentes et illuminantes gressus nostros, qui secundum Deum sunt, sanctorum patrum definitiones et sensus retinere debemus. Quapropter et has et secunda eloquia 2), secundum magnum et sapientissimum Dionysium arbitrantes 3) et existimantes, etiam de eis cum divino David promptissime 4) canimus: « Mandatum Domini lucidum, illuminans oculos 5). » Et: « Lucerna pedibus meis lex tua, et lumen semitis meis 6). » Et cum Proverbiatore dicimus: « Mandatum tuum lucidum, et lex tua » lux 7). » Et cum magna voce cum Isaia clamans » ad Dominum Deum: « Quia lux praecepta tua sunt, » super terram 8). » Luci enim veraciter assimilatae sunt divinorum canonum hortationes et dehortationes 9), secundum quod discernitur melius a peiori, et expediens atque proficuum ab eo quod non expe-

1) προάστεια, suburbana.—2) *Secunda eloquia patrum dicit quia divina prima sunt.* Schol. Anastasii, ut videtur, in vat. 1.—3) *aestimantes et arbitrantes* vatic. 1, 2, 3. —4) *enixe* vatic. 3 et sic 1 ante correctionem.—5) *oculos*. Ps. XVIII, 9.—6) *Meis* Ps. CXVIII, 105.—7) *lux*. Prov. VI, 23. *mandatum lucerna est, et lex lux, et cum magnivoce Isaia clamamus* vatic. 1, 2, 3. — 8) *terram*. Is. LX, 4. — 9) *dissuasiones* vat. 3 et 1 ante corr. mox *decernitur* vat. 3.

dire, sed abesse dignoscitur. Igitur regulas, quae sanctae catholicae et apostolicae Ecclesiae tam a sanctis famosissimis Apostolis, quam ab orthodoxorum universalibus, nec non et localibus conciliis, vel etiam a quolibet deiloquo patre ac magistro Ecclesiae traditae sunt, servare ac custodire profitemur, his et propriam vitam et mores regentes; et omnem sacerdotii catalogum, sed et omnes, qui christiano censentur vocabulo, poenis et damnationibus, et e diverso receptionibus ac iustificationibus, quae per illas prolatae sunt et definitae, subiici canonice decernentes; tenere quippe traditiones, quas accepimus, sive per sermonem sive per epistolam sanctorum, qui antea fulserunt, Paulus admonet aperte magnus Apostolus 1).

Can. II. « Obedite praepositis vestris, et subiacete illis; ipsi enim pervigilant pro animabus vestris tanquam rationem reddituri 2), » Paulus magnus Apostolus praecipit. Itaque beatissimum papam Nicolaum tanquam organum S. Spiritus habentes, necnon et sanctissimum papam Adrianum successorem eius, definimus atque sancimus, etiam omnia quae ab eis synodice per diversa tempora exposita sunt et promulgata, tam pro defensione ac statu Constantinopolitanorum ecclesiae, et summi sacerdotis eius, Ignatii videlicet, sanctissimi patriarchae, quam etiam pro Photii neophyti et invasoris expulsione ac condemnatione, servari semper et custodiri 3) cum expositis capitulis immutilata pariter et illaesa, et nullum episcoporum aut presbyterorum vel diaconorum, aut quempiam de catalogo clericorum, evertere vel reprobare aliquid horum audere. Quisquis autem post hanc definitionem nostram comprehensus fuerit spernere quidquam capitulorum et decretorum, quae ab illis exposita sunt, siquidem sacerdos fuerit aut clericus, a proprio decidat honore simul et ordine; monachus autem vel laicus, cuiuscumque sit dignitatis, segregetur, donec poenitens profiteatur se conservaturum praedictorum editionem 4).

Can. III. Sacram imaginem Domini Nostri Iesu Christi et omnium liberatoris et salvatoris aequo honore cum libro sanctorum evangeliorum adorari decernimus. Sicut enim per syllabarum eloquia, quae in libro feruntur, salutem consequuntur omnes, ita per colorum imaginariam operationem et sapientes et idiotae cuncti ex eo quod in promptu est, perfruuntur utilitate. Quae enim in syllabis sermo, haec et pictura 5), quae in coloribus est, et secundum congruentiam rationis et antiquissimam traditionem propter honorem, qui ad principalia 6) ipsa refertur, etiam derivative iconae honorentur et adorentur, neque ut sanctorum sacer evangeliorum liber atque typus pretiosae Crucis. Si quis ergo non adorat iconam salvatoris Christi, non videat formam eius, quando veniet in gloria paterna glorificari et glorificare sanctos suos, sed alienus sit a communione ipsius et claritate. Similiter autem et imaginem intemeratae Matris eius et Dei genitricis Mariae. Insuper et iconas sanctorum Angelorum depingimus, quemadmodum eos figurat verbis divina scriptura; sed et laudabilissimorum apostolorum, prophetarum, martyrum et sanctorum virorum simul et omnium sanctorum et honoramus et adoramus. Et qui sic se non habeat, anathema sit a Patre et Filio et Spiritu Sancto.

Can. IV. Amorem principatus, utpote quamdam malam radicem exortorum in Ecclesia scandalorum, radicitus excidentes, eum, qui temere et praevaricatorie ac irregulariter, veluti quidam gravis lupus, in Christi ovile insiliit, Photium scilicet, qui mille tumultibus et turbationibus orbem terrae replevit, iusto decreto damnamus 7), promulgantes nunquam fuisse prius aut nunc esse episcopum, nec eos, qui in aliquo 8) sacerdotali gradu ab eo consecrati vel promoti sunt, manere in eo, ad quod provecti sunt. Insuper et eos, qui ab illo consuetas orationes ad praepositurae promotionem susceperunt, ab huiusmodi patrocinio coercemus 9). Sed et Ecclesias, quas, ut putatur, tam Photius, quam ii, qui ab ipso consecrati sunt, dedicaverunt, vel si commotas mensas stabilierunt, rursus dedicari et inthronizari 10) atque stabiliri decernimus, omnibus maxime, quae in ipso et ab ipso ad sacerdotalis gradus acceptionem vel damnationem acta sunt, in irritum ductis. Dicit enim universorum Deus per Prophetam: « Quia tu sapientiam repulisti, et ego repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi. » Et: « Oblitus es legem Dei tui, et ego obliviscar filiorum tuorum. Si secundum multitudinem eorum sic peccaverunt mihi, gloriam ipsorum in inhonorantiam ponam; peccata populi comedent, in iniustitiis suis accipient animas suas 11). » Et iterum dicit: « Quia multiplicavit Ephrem altaria in peccatum, facta sunt ei altaria delicta: scribam in eam multitudinem 12). »

Can. V. Omnem canonicam stabilitatem in Ecclesiis semper manere in Christo providere cupientes, renovamus et confirmamus terminos et vocationes 13), quas olim a sanctis Apostolis, et beatis Patribus nostris editas, legem in Ecclesia posuerunt, non oportere antistitem promovere quempiam, qui est vel secundum fidem, vel secundum sacerdotalem

1) *Apostolus*. II. Thes. III, 15.—2) *Reddituri*. Hebr. XIII, 7.—3) *servare a. e. custodire* vat. 3 —4) *editionem* fort.—5) *scriptura, quae in col. est, praedicat et commendat et dignum est ut secundum* vat. 1, 3.—6) *Principalia* i. e. ἀρχέτυπα.—*refertur* cum vat. 1, 2.—*quia ad p. f. deferuntur* edd.—7) *damnantes, promulgamus* vat. 1, 3.—8) *aliquo* om. vat. 3.—9) *Coercemus*. Caetera fere omnia graece desunt.—10) *et inthronizari* om. vat. 3.—11) *Suas*. Osee IV, 6-8.—12) *Multitudinem*. Ib. VIII, 11. Ex vulg. LXX θυσιαστήρια ἠγαπημένα unde fort. emenda *altaria dilecta*. Multitudinem ait πλῆθος, i. e. *vile vulgus*, *vilitatem*.—13) *Vacationes*. Mansi, et in marg. *alias variationes*, f. *vacationes*. Sic vat. 3. Cf. can. XVII.

sortem neophytus, « ee inflatus in iudicium incidat et ie laqueum diaboli 1), » sicut dicit Apostolos. Prioribes ergo canonibus concordantes, definimus, neminem de senatoria dignitate vel mundana conversatione nuper tonsum, sub 2) intentione vel expectatione pontificatus vel patriarchatus honoris, clericum aot monacbum factum, ad huiesmodi scandere gradum, licet siegulos ordines divini sacerdotii plurimum temporis fecisse probetur. Neque enim propter religionem vel amorem Dei, aut propter expectationem traescundi viam virtutum, sed ob amorem gloriae ac principatus tonsas heiusmodi reperitur. Magis autem coercemus huiusmodi, si ab imperatoria dignitate ad hoc compellatur. Si vero qui per nullam suspicionem praedictae concupiscentiae et expectationis, sed propter ipsum bonum humilitatis, quae est circa Christum Iesum, abrenuntians mundo, fiat clericus aut monachus, et omnem gradum ecclesiasticum transigens, per definita nunc tempora irreprehensibilis inventus extiterit at probatus, ita ot in gradu lectoris neoem compleat, in subdiaconi vero duos, sitque 3) diaconus tribus, ut presbyter quatoor annis, bene placuit huic sanctae et universali synodo eligi hunc et admitti. Circa hos autem qui religiose morati sunt in ordine clericorum et monachorum, digni iudicati sunt pontificatus dignitate pariter et honore, praedictum tempus abbreviamus, nimirum secundum quod episcoporum praelati probaveriet, qui per tempora foerint. Si vero praeter hanc definitionem nostram quisquam ad iam fatum supremum honorem provectus extiterit, reprobetur, et ab omni sacerdotali operatione prorsus abiiciatur, otpote qui extra canones sit promotus.

Can. VI. Quoniam quidem apparuit Photius, post prolatam contra se iustissimam sententiam et damnationem a sanctissimo papa Nicolao propter nequissimam iovasionem Coostaotinopolitanorum ecclesiae, cum aliis malis operibus suis, etiam quosdam nequam et adulatores de plateis et vicis invenisse, et vicarios hos sanctissimarum triom patriarchalium sedium Orientis nominasse ac proposuisse, atque cum his ecclesiam malignantium et concilium vanitatis colligens, depositarias accusationes et crimina contra beatissimum papam Nicolaem commovisse, et anathema procaciter et audacter contra eum et cunctos communicantes ei saepe promulgasse, qoorum quasi monumentorum libros nos quoqoe vidimus, ab ipso maligno opere ac falsaei dictatione consutos, qei etiam synodice ab igne consompti sunt: heius rei gratia, pro cautela ecclesiastici ordinis, anathematizsmes quidem primitus praedictom Photium etiam propter huiuscemodi causam; deinde vero et omnem, qei smodo in calliditate fraudulenter egerit, et verbum veritatis adulteraverit, et falsos vicarios simulaverit, vel libros dictatus mendaciis finxerit, et ad propriorum favorem votorum commentatas fuerit, quemadmodum et fortissimus pietatis athleta Martinus sanctissimus papa Romanus tales synodice pepulit.

Can. VII. Quod iustom est, et iuste exsequendum 4) deliloquas Moyses evidenter lege promulgat, cum bonum oon sit booom, oisi secundum rationem efficiatur. Boeum ergo profecto et valde proficuum est, sanctas et venerabiles iconas pingere, sed et proximos 5) disciplinas divinae ac humanae sapientiae docere; non autem bonum est eec omnino proficeem, ab indignis horum aliquod fieri. Huius rei gratia naquaqeam iconas operari in sacris templis, sed neque in quovis loco docere anathematizatos ab hac sancta et universali synodo, definimus et promulgamus, usquequo a propria seductione et malitia coevertaetur. Quisquis ergo post hanc definitionem nostram ad picturae sanctarum imaginum in ecclesiis aut doctrinae actionem quoquo modo eos admiserit, siquidem clericus fuerit, proprio gradu periclitetur; si vero laicus, separatur, et divinorum mysteriorum communione privetur.

Can. VIII. « Omnia mihi licent 6), sed non omnia expediunt; omnia mihi licent, sed non omnia aedificant, » dicit alicubi Paulus magnus Apostolus. Igitur qooniam omnia ad utilitatem et perfectionem sanctae Dei Ecclesiae, et nihil omnino per contentionem vel inanem gloriam facere debemus; et quoniam auditibus nostris fama sonuit, quod non solum haeretici, et ii qui sanctam Constantinopolitanorum ecclesiae sacerdotium sunt sortiti, sed et orthodoxi ac legitimi patriarchae a sacerdotali catalogo propriae manus scripta facere, ad propriam tutelam favoremque suum et quasi stabilitatem, exigant et compellant: visum est sanctae huic et universali synodo nequaquam id ex hoc a quopiam fieri, excepto eo, quod secundum formam et consuetudinem, pro sincera fide nostra, tempore consecrationis episcoporum, exigitur. Quod enim aliter fit, omnino non expedit, sed neque ad aedificationem Ecclesiae pertinet. Quisquis ergo ausus fuerit solvere hanc definitionem nostram, aut expetierit, aut paruerit expetentibus, honore proprio decidat.

Can. IX. Variam et diversam malitiam antiquitus in ecclesia constantinopolitana infelix operatus est Photius. Didicimus enim, quod et multum ante tyrannicum praesidatum, propriae manus subscriptionibus muniebat adhaerentes sibi clientes 7) ad discendam sapientiam, quae a Deo stulta facta est, cum manifeste nova esset inventio 8), et sanctis patribus nostris et magistris Ecclesiae penitus aliena. Igitur quoniam omnem colligationem iniquitatis solvere, et chirographa violentorum contractuum dirumpere praecipimus 9), definit sancta et universalis synodus, neminem ex his omnibus a nunc

1) *Diaboli* I Timot. III, 6. — 2) *super* edd. — 3) *sicque* vat. 3. — 4) *Iustum est, iuste persequendum* vat. 3 et 1. ante corr. — 5) *proximos* vat. 3. — 6) *Licent.* I Cor. VI, 12. — 7) *Scriptionibus m. a. sibi dicentes ad* vat. 3. — 8) *Quod manifesta vana est adinventio*, ib. — 9) *praecipiunt*, ib. *definiit*. vat. 1, 2, 3.

tale tenere vel servare chirographum, sed absque quolibet offendiculo indubitanter et intrepide tam docere quam discere omnes, qui ad utrumque consistunt idonei, praeter eos, qui erroris inveniuntur et haereticae impietatis servitati redacti; huiusmodi enim certissime et docere et discere interdicimus. Si quis autem deprehensus fuerit hanc definitionem nostram spernens atque praevaricans, si quidem clericus est, a proprio gradu decidat, laicus vero sequestretur: utpote qui non credit dominico verbo perhibenti: «Quodcumque ligaveris super terram, erit solutum et in coelis; et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in coelis 1).»

Can. X. Divina manifesto clamante Scriptura: « Ante examinationem ne vituperes, et intellige » primum, et tunc increpa 2); » et numquid lex nostra iudicat hominem, nisi prius audierit ab eo, et cognoverit, quid faciat? iuste et congruenter et haec sancta et universalis synodus definit et statuit, quod nullus laicorum vel monachorum, aut aliquis ex catalogo clericorum ante diligentem examinationem et synodicam sententiam a communione se separet proprii patriarchae, licet criminosam quamlibet causam eius se nosse praetendat; sed neque recuset nomen ipsius referre inter divina mysteria vel officia. Similiter autem episcopos et presbyteros, qui in exterioribus civitatibus et regionibus sunt, erga proprios metropolitas affectare mandamus. Quod etiam circa patriarcham suum facere metropolitas oportet. Si vero quis adversus hanc sanctam synodum deprehensus fuerit agere, si quidem episcopus aut clericus est, ab omni sacerdotali operatione decidat et honore; monachus autem aut laicus segregetur ab omni ecclesiastica communione atque collegio, quousque conversus ad poenitentiam recipiatur.

Can. XI. Veteri et novo Testamento unam animam rationabilem et intellectualem 3) habere hominem docente, et omnibus deiloquis patribus et magistris Ecclesiae eamdem opinionem asseverantibus, in tantam impietatis quidam, malorum inventionibus dantes operam, devenerunt, ut duas eum habere animas impudenter dogmatizare, et quibusdam irrationabilibus conatibus per sapientiam, quae stulta facta est, propriam haeresim confirmare pertentent. Itaque sancta haec et universalis synodus veluti quoddam pessimum zizanium, nunc germinantem nequam opinionem evellere festinans, immo vero ventilabrum in manu veritatis portans, et igni inextinguibili transmittere omnem paleam, et aream Christi mundam exhibere volens, talis impietatis inventores et patratores, et his similia sentientes, magna voce anathematizat, et definit atque promulgat, neminem prorsus habere vel servare quoquo modo statuta huius impietatis auctorum. Si autem quis contraria gerere praesumpserit huic sanctae et magnae synodo, anathema sit, et a fide atque cultura christianorum alienus.

Can. XII. Apostolicis et synodicis canonibus, promotiones et consecrationes episcoporum, ex potentia 4) et praeceptione principum factas, penitus interdicentibus, concordantes, definimus et sententiam nos quoque proferimus, ut si quis episcopus per versutiam vel tyrannidem principum huiusmodi dignitatis consecrationem susceperit, deponatur omnimodis, utpote qui non ex voluntate Dei, et ritu ac decreto ecclesiastico, sed ex voluntate carnalis sensus ex hominibus et per homines Dei donum possidere voluit vel consensit.

Can. XIII. Quoniam quidem dicit alicubi divinum eloquium: « Dignus est operarius mercede sua 5), » huius rei gratia et nos decernimus et promulgamus, ut magnae ecclesiae clerici, qui in subiectis ordinibus morati sunt, ad maiores gradus ascendant, et si digni claruerint, melioribus perfrui mereantur honoribus, cum aliqui eorum, qui in ipsis sunt, aut per incrementum ad superiora ministeria advocati fuerint, aut per communem naturae terminum dormientes defuerint; sed non ex illis qui foris sunt, aliqui se his innectentes, debitas eis qui multo tempore laboraverunt, dignitates vel honores recipiant; ne per hoc inveniantur ecclesiae clerici nullo modo posse proficere. Nullatenus autem habeant potestatem, qui principum domorum seu suburbanarum rerum curam gesserint, inter clerum magnae ecclesiae colligi vel constitui: « Nemo quippe Deo militans, saeculi negotiis implicatur 6).» Si vero quis praeter definitionem, quam nunc protulimus, promotus fuerit in quocumque magnae ecclesiae gradu, reprobetur omnimodis ab ecclesiastico gradu, tanquam qui contra magnam synodum provectus extiterit.

Can. XIV. Eos, qui a divina gratia ad episcopale advocantur officium, tamquam imaginem et figuram ferentes sanctorum coelestium hierarcharum, id est Angelorum, secundum hierarchicum plane 7) gradum et morem, omni honore dignos ab omnibus principibus et subditis sancimus haberi. Et nequaquam strategis vel quibuslibet aliis principibus obvios procul ab ecclesiis suis occurrere, sed neque semet a multo spatio de equis vel mulis eiicere, aut cum timore ac tremore procedere et adorare; sed nec cum saecularibus principibus ad mensam intrare hora prandii, eosdem quos illi honores strategis exhibentes 8), sed secundum congruentiam spiritalis dignitatis ac honoris sui, reddere quidem omnibus debita, cui vectigal, vectigal, cui honorem, honorem: praeferri autem et multam a principibus amicorum Christi imperatorum venerationem, et reverentiam promereri confessores eo-

1) *Coelis*. Matth. XVI, 18.—2) *Increpa*. Eccle. XI, 8, ex graeco.—3) *Intellectu habilem* vat. 3.—4) *Potentata* vatic. 1, 2. —5) *Sua*. Luc. X, 7. —6) *Implicatur*. 1 Tim. II, 4.—7) *Hieraticum plene* vat. 1, 3. —8) *Exhibentes*. Quo canone id graphice describitur quod etiam nunc et sub oculis nostris, maxime imperante Nicolao, in Russico imperio et in ipsa caesarea urbe, palam actitatum est.

rum, et honoris similis existentes; ita ut fiduciam habeant episcopi arguere strategos multoties et alios principes, atque omnem saeculi dignitatem, quum iniustum et irrationabile agere quid illos invenerint, et per hoc corrigere et reddere meliores. Si vero aliquis episcopus, post definitionem sanctae synodi, debitum et canonice collatum sibi contempserit honorem, et quid secundum veterem et inhumanam ac inordinatam consuetudinem, praeter quae nunc definita sunt, fieri permiserit, sequestretur anno uno, et princeps ille duobus annis non mereatur percipere mysteriorum nec sanctificationum 1) communionem.

Can. XV. Apostolicos et paternos canones renovans sancta haec et universalis synodus, definivit neminem prorsus episcopum vendere vel utcumque alienare cimelia 2) et vasa sacra, excepta causa olim ab antiquis canonibus ordinata, videlicet, quae accipiuntur in redemptionem captivorum. Sed nec tradere salaria ecclesiarum in emphyteuticos pacta, nec alias rusticas possessiones vendere, ne per hoc ecclesiasticos redditus laedere, quos ad propriam utilitatem et ad escam pauperum et peregrinorum sustentationem esse decernimus. Omnem vero ecclesiasticarum rerum potestatem habentem, et has meliorare ac dilatare, prout oportuerit ecclesiastica loca, per quae redditus fiunt; et insuper propriarum rerum dispositionem distribuere ac committere seu conferre quibuscumque voluerit et iudicaverit, iuxta propriam potestatem ac dominatum. Quisquis autem apparuerit post hanc definitionem nostram contrarium quid huic sanctae et universali synodo agere, deponatur, ut praevaricator divinarum rerum et praeceptorum, cassata videlicet omnino, quae facta est in scriptis vel sine scriptis ab episcopo venditione, vel emphyteutica traditione, vel alia quavis alienatione, cimeliorum scilicet ac salariorum locorum. Qui vero emerit, aut perceperit aliquid ex praedictis cimeliis vel salariis, et non restituerit ecclesiae iterum quae ecclesiae sunt, vel non reddiderit ad incidendum chartam venditionis vel emphyteuseos, sit anathema, usque dum fecerit, quod ab hac sancta et universali synodo confirmatum est. Si autem episcopus convictus fuerit construxisse monasterium de redditibus ecclesiasticis, tradat ipsum quidem ecclesiae monasterium; si vero de propriis rebus aut de aliis quibusdam conventionibus, habeat id secundum propriam potestatem et voluntatem omni vita sua, et post finem vitae dimittat et conferat hoc quibuscumque voluerit, non tamen saeculare diversorium fiat.

Can. XVI. Magnis ululatibus et multis lacrymis dignum opus a multis fidelibus ad nostros pervenit auditus; aiunt enim fuisse quosdam laicos sub eo, qui nuper imperavit, in ordine senatorio, qui secundum diversam imperatoriam dignitatem videbantur capillorum comam circumplexam involvere atque reponere 3), et gradum quasi sacerdotalem per quaedam indusia et vestimenta sacerdotalia sumere, et, ut putabatur, episcopos constituere, superhumeralibus, id est palliis circumamictos, et omnem aliam pontificalem indutos stolam, qui etiam proprium patriarcham adscribentes eum, qui in adinventionibus risum moventibus praelatus et princeps erat; et insultabant et illudebant quibusque divinis, modo quidem electiones, promotiones et consecrationes, modo autem 4) calumniis, damnationes et depositiones episcoporum quasi ab invicem et per invicem miserabiliter et praevaricatorie agentes et patientes. Talis autem actio nec apud gentes a saeculo unquam audita est, ita ut peiores et miserabiliores infidelibus nationibus exhibeat et demonstret hos, quos nunc manifestos effecimus. Qua de re sancta et universalis synodus definivit et promulgavit, illos quidem malitiae nisus omnino ut scelestos abominari, neminem autem fidelium, qui christiana censentur appellatione, deinceps conari tale quid faciendi, vel admittendi, aut silentio tegendi quemquam eorum, qui huiusmodi operantur impietatem. Si vero quispiam imperator, vel potentium aut magnatum taliter illudere divinis, et talem ac tantam iniuriam impie in divinum sacerdotium facere vel admittere tentaverit, primo quidem arguatur a patriarcha illius temporis et episcopis, qui cum ipso fuerint, et segregetur, et indignus divinis mysteriis iudicetur; deinde vero accipiat quosdam alios in horam observationem 5) labores et poenas, quae visae fuerint; et nisi celeriter se poeniteat, etiam anathema sit ab hac sancta et universali synodo, tamquam qui sincerae et immaculatae fidei mysterium dehonestaverit. Si vero praesumentibus quibusdam huiusmodi nefas operari, patriarcha Constantinopolitanus et suffraganei eius episcopi, quod factum fuerit, cognoscentes, neglexerint debitum adversus eos ostendere zelum, deponantur, et a proprio sacerdotio ac honore pellantur. Qui autem quoquo modo huiusmodi ministraverunt vel ministraturi sunt impiissimae actioni, et minime confessi acceperint conveniens epitimium 6), definimus per triennium sequestratos esse, anno quidem uno extra ecclesiam flentes, alio vero anno intra ecclesiam stare usque ad catechumenos, porro tertio consistere cum fidelibus, et ita dignos fieri mysteriorum 7) sanctificationibus.

Can. XVII. Sancta et universalis nicaena prima synodus antiquam consuetudinem iubet servari per

—1) *Percipere sanctificationum communionem* vatic. 1, 3. —2) *Cimilia* (κειμήλια) *et vaso sacrata* vat. 1, 3.—3) *Reponere.* « Ita namque a cervice usque ad capita contorquebant, ut clericali more in rotundam tonsi viderentur. » Schol. in codd. —4) *Acute* ante *calumniis* edd. interponunt.—5) *Observantiam* vatic. 3.—6) *Epitimium.* « Increpationem vel inductam poenam pro culpis. » Schol. ibid.—7) *Mysteriorum* om. vat. 3, tantum in marg. vat. 1 glossae instar habeat *mysteriis*.

Aegyptum et provincias, quae sub ipsa sunt, ita ut horum omnium Alexandrinus episcopus habeat potestatem, dicens: « Quia et in Romanorum civitate huiusmodi mos prevaluit. » Qua pro causa et haec magna et sancta synodus tam in seniori ac nova Roma, quam in sede Antiochiae et Hierosolymorum priscam consuetudinem decernit in omnibus conservari, ita ut earum praesules universorum metropolitanorum, qui ab ipsis promoventur, et sive per manus impositionem sive per pallii dationem, episcopalis dignitatis firmitatem accipiunt, habeant potestatem, videlicet ad convocandum eos, urgente necessitate, ad synodalem conventum, vel etiam ad coercendum illos et corrigendum, quum fama eos super quibusdam delictis forsitan accusaverit. Sed quoniam sunt quidam metropolitanorum, qui, ne secundum vocationem apostolici praesulis occurrant, a mundi principibus se detineri sine ratione causantur, placeit talem excusationem omnimodis esse invalidam. Cum enim principes pro suis causis conventus frequenter agant, impium est, et summos praesules ad synodos pro ecclesiasticis negotiis celebrandum impediant, vel quosdam a conciliis eorum prohibeant, licet tale impedimentum, et fictam prohibitionem metropolitanorum suggestione diversis modis fieri didicerimus. Consueverunt autem metropolitani bis in anno synodos facere, ideoque sicut dicunt, ad patriarchale penitus non posse concurrere caput. Sed sancta haec et universalis synodus, nec concilia, quae a metropolitanis fiunt, interdicens, multo magis illa novit rationabiliora esse ac utiliora metropolitanorum conciliis, quae a patriarchali sede congregantur, et idcirco haec fieri exigit: a metropolita quippe unius quidem provinciae dispositio efficitur, a patriarcha vero saepe totius causa dioeceseos dispensatur. Ac per hoc communis utilitas providetur, propter quod et speciale locum propter generale bonum postponi convenit, cum a maioribus super haec facta fuerit advocatio. Quamvis apud quosdam metropolitanorum antiqua consuetudo et canonica traditio per contemptum ipsorum postposita videantur, non currentibus eis ad communem profectum, quos leges Ecclesiae severe condemnantes, omni excusatione remota, subiacere vocationibus proprii patriarchae, sive cum communiter sive cum sigillatim factae fuerint, exigunt. Illud autem tamquam perosum quiddam ab auribus nostris repulimus, quod a quibusdam imperitis dicitur, non posse synodum absque principali praesentia celebrari, cum nusquam sacri canones convenire saeculares principes in conciliis sanxerint, sed solos antistites: unde nec interfuisse illos synodis, exceptis conciliis universalibus, invenimus. Neque enim fas est, saeculares principes spectatores fieri rerum, quae sacerdotibus Dei nonnumquam eveniunt. Quisquis ergo metropolitanorum propriam patriarcham contempserit, et vocationi eius, quae sive ad unum solum, sive ad plures, sive ad omnes fit, absque validissima aegrotatione, vel paganorum incursu, non obedierit, et per totos duos menses post notitiam vocationis ad proprium venire patriarcham minime festinaverit, vel si quocumque modo latitare aut non cognoscere nuntium ab illo missum tentaverit, segregetur; si vero intra unum annum eamdem contumaciam et inobedientiam demonstraverit, deponatur omnibus modis, et ab omni sacerdotali operatione decidat, atque a dignitate et honore, qui metropolitanis convenit, propellatur. Is autem qui huic definitioni non obedierit, etiam et anathema sit.

Can. XVIII. Placuit huic sanctae et magnae synodo, ut res vel privilegia, quae Dei ecclesiis ex longa consuetudine pertinent, et sive a divinae recordationis imperatoribus, sive ab aliis Dei cultoribus in scriptis vel sine scriptis donata et ab eis per annos triginta possessa sunt, nequaquam a potestate praesulis earum quaecumque persona saecularis per potestatem subtrahat, aut per argumenta quaelibet auferat; sed sint omnia in potestate ac usu praesulis quaecumque intra triginta spatium annorum ab ecclesiis possessa fuisse noscuntur; quisquis ergo saecularium contra praesentem definitionem egerit, tamquam sacrilegus iudicetur, et donec se correxerit, et ecclesiae propriae privilegia 1) seu res restituerit et reservaverit, anathema sit.

Can. XIX. Avaritiam, utpote secundam idololatriam, Paulus magnus execratur Apostolus, cunctos videlicet, qui christiano vocabulo censentur, ab omni turpi lucro abstinere volens. Multo magis ergo iis, qui sacerdotio funguntur, nefas est coepiscopos et suffraganeos suos per quemcumque modum gravare. Huius rei gratia definivit sancta haec et universalis synodus nullum archiepiscoporum aut metropolitanorum relinquere propriam ecclesiam, et sub occasione quasi visitationis ad alias accedere, et potestate propria in inferiores abuti, et consumere redditus, qui apud illos inveniuntur ad ecclesiasticam dispositionem et alimenta pauperum, ac per hoc aggravare avaritiae modo conscientias fratrum et comministrorum nostrorum, excepta hospitalitate, quae aliquando ex necessario transitu fortassis accesserit; sed et tunc non alia, nisi ex iis, quae ad praesens de compendio praeparata inveniuntur, cum reverentia et cum timore Dei dignanter accipiat, et maturius propositum iter perambulet, nihil omnino eorum, quae sunt ecclesiae illius vel suffraganei episcopi, petens et exigens. Si enim unumquemque episcoporum ecclesiae propriae rebus cum multa parcitate uti, et nullatenus in proprias utilitates importune ac sine ratione dispendere 2), vel consumere redditus ecclesiasticos, sacri canones decernunt, qua putas impietate iudicabitur dignus, qui aliis episcopis commissas ecclesias gravare vel ambire, et per hoc in sacrilegii crimen incidere non formidat? Quis-

1) *Propria privilegia* vatic. 1. 2.—2) *Disperdere*, vat. 1. 3.

quis ergo post hanc definitionem nostram tale quid facere tentaverit, poenam subeat a patriarcha, qui per tempus fuerit, secundum congruentiam iniustitiae ac avaritiae suae, et deponatur, et sequestretur, ut sacrilegus, et alter idololatra factus, iuxta magnum Apostolum.

Can. XX. Et hoc sancta synodus didicit 1), quod in quibusdam locis quidam, propria usi auctoritate, ac sine voluntate illorum, quibus huiusmodi dispositiones commissae sunt, audacter et tyrannice pellunt eos, qui per emphyteusim perceperint aliquid ex iis locis, quae possederunt, occasione quasi ruptae fidei circa pensionis pactum. Non autem licet omnimodis hoc fieri, nisi prius accipiat protestationem per quosdam idoneos et fideles homines is, qui emphyteusim contraxit: quod nisi dederit usque ad tres annos destinatum tributum census 2), propellatur a locis a se detentis. Oportet enim post trium annorum census retentionem, accedere ad praepositos urbis vel regionis illius, ut arguere in conspectu eorum eum, qui emphyteusim consecutus est, et exhibere contemptum eius, et tunc sententia et iudicio praedictorum 3) recipiat ecclesia propria in possessionem. Sed nequaquam quisquam apud se vel per se faciat praedictorum oblationem locorum; suspectivam quippe tale, quin et multi turpis lucri et avaritiae consistit iudicium. Si quis ergo episcopus aut metropolita praeter hanc definitionem nostram abstulerit aliquem locum a quoquam, putans quod ecclesiam propriam defendat, sequestretur a proprio patriarcha per aliquod tempus, dans primo quod per potestatem suam abstulit vel subripuit. Si vero contentiosus quis persisterit, non obediens his, quae sanctae ac universali synodo visa sunt, deponatur omnimodis.

Can. XXI. Dominicum sermonem, quem Christus sanctis apostolis et discipulis suis dixit: « Qui vos recipit, me recipit, et qui vos spernit, me spernit 4) » ad omnes etiam, qui post eos secundum ipsos facti sunt summi pontifices et pastorum principes in Ecclesia catholica, dictum esse credentes, definimus, neminem prorsus mundi potentium quemquam eorum, qui patriarchalibus sedibus praesunt, inhonorare, aut movere a proprio throno tentare, sed omni reverentia et honore dignos iudicare; praecipue quidem sanctissimum papam senioris Romae, deinceps autem Constantinopoleos patriarcham, deinde vero Alexandriae, ac Antiochiae atque Hierosolymorum; sed nec alium quemcumque conscriptiones contra sanctissimum papam senioris Romae, ac verba complicare 5) et componere, sub occasione quasi diffamatorum quorumdam criminum; quod ut nuper Photius fecit et multo ante Dioscorus. Quisquis autem tanta iactantia et audacia usus fuerit, ut secundum Photium, vel Dioscorum, in scriptis vel sine scriptis, iniurias quasdam contra sedem Petri apostolorum principis moveat, aequalem et eamdem quam illi, condemnationem recipiat. Si vero quis aliquo saeculi potestate fruens, vel potens 6), pellere tentaverit praefatum apostolicae cathedrae papam, aut aliorum patriarcharum quemquam, anathema sit. Porro si synodus universalis fuerit congregata, et facta fuerit etiam de sancta Romanorum Ecclesia quaevis ambiguitas et controversia, oportet venerabiliter et cum convenienti reverentia de proposita quaestione sciscitari, et solutionem accipere, et aut proficere aut profectum facere, non tamen audacter sententiam dicere contra summos senioris Romae Pontifices.

Can. XXII. Promotiones et consecrationes episcoporum, concordans prioribus conciliis, electione et decreto episcoporum collegii fieri, sancta haec et universalis synodus definit et statuit, atque iure promulgat, neminem laicorum principum vel potentium semet inserere electioni vel promotioni patriarchae vel metropolitae aut cuiuslibet episcopi, ne videlicet inordinata hinc et incongrua fiat 7) confusio vel contentio, praesertim cum nullam in talibus potestatem quemquam potestativorum vel caeterorum laicorum habere conveniat, sed potius silere ac attendere sibi, usquequo regulariter a collegio ecclesiastico suscipiat finem electio futuri pontificis. Si vero quis laicorum ad concertandum et cooperandum ab ecclesia invitatur, licet huiusmodi cum reverentia, si forte voluerit, obtemperare se asciscentibus; taliter enim sibi dignum pastorem regulariter ad ecclesiae suae salutem promoveat. Quisquis autem saecularium principum et potentum, vel alterius dignitatis laicus, adversus communem ac consonantem atque canonicam electionem ecclesiastici ordinis agere tentaverit, anathema sit, donec obediat, ac consentiat, quod ecclesia de electione ac ordinatione proprii praesulis se velle monstraverit.

Can. XXIII. Venit et hoc nunc ad aures nostras, quod quidam episcoporum, a quibusdam rogati, possessiones, quae ad alias ecclesias pertinent, irrationabiliter conferant, et per hoc, quantum possunt, ad propriam voluntatem aliorum potestatem episcoporum usurpent. Hoc autem et propheticam illis manifeste maledictionem acquirit 8), quae dixit: « Vae qui coniungitis domum ad domum, et agrum ad agrum, ut proximo auferatis aliquid 9); » et criminis eos sacrilegii reos constituit. Huius rei gratia placuit magnae huic et universali synodo, quod nullus fratrum et coepiscoporum nostrorum, vel quisquam talem sibi facere nequissimam locationem roget, vel ab aliquo ipse rogatus quamlibet alienarum et extranearum conferat ecclesiarum possessionem; nec etiam constituat presbyteros

1) *Ut autem hoc s. s. nunc didicit.* vat. 3.—2) *Census* id. om.—3) *Praetorum* vatic. 1, 3. nec male —4) *Spernit.* Luc. X, 16. Matth. X, 40.—5) *Vel componere* vat. 1, 3.—6) *Si vero quislibet saeculi potestativus vel potens* vatic. 1, 3; et prima manu in vatic. 1: *De potestate fruens potens.*—7) *Magna fiat* vat. 3.—8) *Acquirit quae dicit* vatic. 1.—9) *Aliquid.* Is. V, 8.

aut quemlibet alium clericum in ecclesiis, quae sibi subiectae non sunt, praeter voluntatem episcopi, cui ecclesia illa commissa est. Sed neque quisquam presbyterorum vel diaconorum, qui sacris officiis dediti sunt, ultro ac per se ecclesias ingrediens, sacrum aliquid operetur, in quibus ab initio sortem minime consequutus est; illicitum enim est hoc, et omnimodis a canonicis praeceptionibus alienum. Quisquis ergo post hanc definitionem nostram visus fuerit faciens aliquid horum, quae nunc interdicta sunt, separetur aliquo indicto tempore, disciso videlicet et disrupto modis omnibus locaturio pacto, quod cum scripto, sive sine scripto praeter canonem factum est. Similiter et presbyter ille vel diaconus segregatus sit, donec ab aliena recedat ecclesia. Quod si et segregationem contempserit, modis omnibus deponatur, et ab omni honore sacrato deiiciatur.

Can. XXIV. Divina Scriptura dicente: « Maledictus omnis homo, qui facit opus Domini negligenter 1), » quidam metropolitanorum in extremam negligentiam et desidiam delapsi, praeceptionibus suis subiectos ad se adducunt episcopos, et committunt eis ecclesiae propriae divina officia, et litanias et cuncta omnino sacra, quae ad se pertinent, ministeria, ita ut per illos celebrent omnia, quae per semet alacriter agere debuerint, ac per id eos, qui episcopalem dignitatem meruerunt, quodammodo clericos sibi subiectos exhibeant. Vacant autem iidem praeter ecclesiasticas leges saecularibus curis atque dispositionibus, dimittentes perseverare in orationibus et obsecrationibus pro suis delictis ac populi ignorantiis, quod nusquam apud aliquos penitus invenitur, cum sit canonicis omnium contrarium omnino praeceptis, et quod saevius est, quia suis stipendiis per distinctas mensium vices praecipi dicuntur praedicta perficere ministeria, quod ab apostolico munimine 2) modis omnibus ostenditur alienum. Haec autem omnia magnis et multis ac vehementissimis damnationibus dignos huiusmodi statuunt; probantur enim tales per haec, quae faciunt, etiam satanica iactantia et superbia languere. Quisquis ergo metropolitanorum post hanc sanctae ac universalis synodi definitionem, eadem audacia vel superbia et contemptu abusus, non per se cum timore et alacritate 3), seu conscientia bona, debita ministeria in propria civitate, sed per suffraganeos episcopos suos efficere tentaverit, poenas exsolvat coram proprio patriarcha, et aut corrigatur, aut deponatur.

Can. XXV. Et hoc debite sancta synodus definivit, quatenus episcopi, presbyteri, diaconi et subdiaconi magnae ecclesiae, qui consecrationem Methodii et Ignatii sanctissimorum patriarcharum habuerunt, et secundum insolens illud et durissimum cor Pharaonis obdurati sunt, et usque nunc minime cum hac sancta et universali synodo convenerunt, sed nec nobis consonare in verbo veritatis voluerunt, quinimmo invasori Photio concorditer consenserunt, depositi sint, et omnino sacerdotali operatione privati, quemadmodum nec multum ante beatissimus Papa Nicolaus indicavit, et nequaquam tales in sacerdotii catalogo recipiantur, etiamsi ex hoc converti voluerint, nisi in perceptione sanctificationum, qua dignos nullatenus eos, nisi per multam misericordiam indicamus; non enim sunt digni ad priorem honorem restitutionis locum per poenitentiam invenire, secundum exosum illum Esau, licet cum lacrymis expetisset eam

Can. XXVI. Placuit et de hoc sanctae synodo, ut quicumque presbyter aut diaconus a proprio episcopo depositus fuerit propter aliquod crimen, vel si quamlibet iniustitiam se pati dixerit, et non acquieverit iudicio proprii episcopi, dicens eum suspectum se habere, et vel propter inimicitiam, quam erga se tenuerit, vel propter gratiam, quam aliis quibusdam praestare voluerit, idcirco in se fuisse tale quid operatum, potestatem habeat ad metropolitam ipsius provinciae concurrere, et eam, quam putat iniustam, depositionem vel aliam laesionem denunciare: metropolita vero ille libenter suscipiat huiuscemodi, et advocet episcopum, qui deposuit, vel alio modo clericum laesit, et apud se cum aliis etiam episcopis negotii faciat examen, ad confirmandam scilicet sine omni suspicione, vel destruendam, per generalem synodum 4) et multorum sententiam, clerici depositionem. Similiter etiam episcopos concurrere ad patriarchale caput decernimus, qui a metropolitis suis talia se pertulisse fatentur, ut apud patriarcham metropolitarum 5), qui sub ipso sunt, iustam et sine suspicione sententiam, quod movetur negotium, accipiat. Insuper etiam nullo modo quisquis metropolitanorum vel episcoporum a vicinis metropolitis provinciae suae iudicetur, licet quidam incurrisse crimina perhibeatur, sed a solo patriarcha proprio iudicetur, cuius sententiam rationabilem et iudicium iustum ac sine suspicione fore decernimus, eo quod apud eum honorabiliores quique colligantur, ac per hoc ratum et firmum penitus sit, quod ab ipso fuerit iudicatum Si quis autem non acquieverit iis, quae a nobis edita sunt, excommunicatus existat.

Can. XXVII. Secundum traditas formas per singulas provincias, ac regiones et urbes in ecclesiasticis promotionibus et consecrationibus, illa quae iudicia et signa sunt ordinis, qui unicuique inesse videtur, retineri decernimus, ita ut episcopi, quibus concessum est palliis uti certis temporibus, in iisdem temporibus et locis, iis induantur, et tanto et tali 6) non abutantur amictu propter typhum et inanem gloriam et humanum placorem atque sui amo-

1) *Negligenter*. Ierem. XLVIII, 10. —2) *An munere?* —3) *Alacriter* vat. 3. —4) *Ampliorem synodum* vat. 3.—5) *et apud patriarcham metropolitas* ib.—6) *tantum a tali* ib.

rem, omni videlicet tempore divini sacrificii et omnia alius ecclesiastici mysterii 1) hunc inepte portantes. Illos autem, qui reverenter monasticam vitam sectati sunt, et episcopalem meruerunt honorem, conservare schema et amictum monachicorum indumentorum et ipsam beatam vitam decernimus, et nullus omnino habeat potestatem deponere iam dictum schema propter typhum et arrogantem voluntatem, ne per hoc inveniatur propriorum transgressor pactorum. Sicut enim ibi continuus palliorum amictus fastidiosum et vanae gloriae 2) deditum demonstrat episcopum, ita et hic depositio ac denudatio monachici habitus nihilominus eisdem submittit criminibus eum, qui hoc fecisse captus extiterit. Quisquis ergo episcopus praeter definita sibi scripto tempora se pallio induerit, aut monasticarum vestium schema deposuerit, aut corrigatur, aut a patriarcha proprio deponatur.

1) *Omnibus aliis ecclesiasticis ministeriis* vatic. 3.—2) *suae gloriae* edd. et aliqui codd.

ELENCHUS RERUM.

IURIS ECCLESIASTICI GRAECORUM

HISTORIA ET MONUMENTA

PARS TERTIA

A VI. POST CHRISTUM SAECULO AD IX.

Colligenti mihi ante hns dies ea qnae tomo superiore cootioeotor, semel contigit et iterum spissam satis et confusam multarum rerum molem, ooo fortuito qnidem casu, neque etiam ex industria mea, verum sponte simnl et apte in tres divisam fuisse partes, qnarum prima canoonm sententias, altera collectiones, certo ordine dispositas, postrema denique interpretnm commentarios amplectebatur. Huc vero oon me praeceps pepolit commodi operis stndinm: ut enim aliis quoque ante mn idem accidisse putem, ita oemo fortasse erit, per eamdem provinciam iter habitnrus, cui alia semita sit, unde proficiscatur, qnavn pergat, ubi demom coosistat et immoretur. Iubet enim ipsa rerum vis, ut singulae primnm leges condantur, deinde ex ordine committantur tabellis, postea ioterpretum Ince declareotur.

En igitur tertia, quae mihi iam exorditur, ioris ecclesiastici Graecorum aetas, omninn uti prima nt secnnda, suum qnoque tripartitum opus habebit: erunt enim, uti antea, conciliorum et praesulum leges; legum erunt tam veterum quam novarum aut publica aut privsta syntagmata; neqne deerunt scholiorum appendices minus ootae, ideoque cum maiori proferendsn diligentia.

Ut vero ipsa rerum conditio tulit oecessarium incoepti operis discrimen, ita ultro eadem dedit certam temporum partitionem, qua factum est, primam qnidem harum legum aetatem tribus saeculis prioribns clandi, ad tria quoque indn saecula pertingere secundam classem, tertiam dnniqua, eodem ferme aevo labente, tribus circumscribi saeculis. Nemini sane ullum essn dnbium opinor, tam legibus quam moribus christianorum constantem mansisse quoad summa capita similitudinem: in iis vero quae fluxa et caduca nsse quennt, aliam faciem in aevo martyrum fuisse, aliam post Constaotioi maiestatem Deo vuro dicatam, aliam denique in illo temporum intervallo quod facile omnes, respectu ad leges publicas habito, Iustiniani nomine nobilitarunt. Ego vero nolim ita premi continuo illo annorum tractu. ut hioc iode, pro re nata, extra fixos terminos excurrere nequeam. Placet quippe statim ab hniusce stadii ioitio, proponere insigniores illos mniorum conciliorum canones, qui sd praestantissimum iuris corpus in Oriente receptum pertinnnrunt. Tum ubi longo agmine procedent graeci praesules, praeuntibns constantinopolitanis antistibns, paulo snperins retrogredi, uti iam in primo tomo monuimus (1), lubebit, ut universa legum et actorum vincula connectantur, otque

(1) *Monuimus*. Vid. t. I prooem. p. LII, nbi, dum liberiori in campnm ulterins perlustrandnm excursu, visam qnssi tentavimus, sane noluimns ita hunc tomum praeoccupari, ut a proposita descriptaque citius

praesertim ob omnium oculos sit, quali obliquo itinere quave praecipiti ruina, nova Roma a vetere secesserit, in exitiosi schismatis collapsura naufragium. Commodum praeterea futurum est, dummodo nec tempus defuerit mihi neque locus, ultimis reservare appendicibus et selectas imperatorum leges, quae iuris ecclesiastici fuerunt, et priscas quasdam veterum monachorum tabulas ex imo Oriente aut extremo Occidente a Graeco-Siculis acceptas.

CAPUT I.

CONCILIORUM ET PRAESULUM GRAECORUM DECRETA.

Art. I.

CANONES CONCILIORUM.

Primam quidem sedem, aut nobilitatis iure aut famae amplioris, aequum est non negari illis canonibus, qui nomina prae se ferunt maiorum synodorum, immo, si Graecorum fidei aliquid conceditur, oecumenicarum; quas, ut eorum verbis ad barbariem deflexis utar, dixerunt *πενθέκτην*, sive *quinisextam* aut trullanam, et nicaenam alteram, et *πρώτην καὶ δευτέραν*, id est *primam* simul *ac secundam*, quod infra declarabitur, tum demum Photianam, in aedibus SS. Apostolorum constantinopolitanis habitam. Quae quidem decreta ad unum omnia, ne illud sileam, haud mediocri falsitatis labe inuruntur: iure ne an iniuria, quaestio de singulis erit. At quum ex mille iam amplius annis eadem, uti prioris aevi oracula, vim legis habeant apud Graecos, quibus semper et dulciores aquae furtivae et panis absconditus suavior, nobis iam non integrum fuit vel apicem inde tollere. Fac porro eant in antecessum, qualiacumque demum sint, ut quam proxime accedant, longo tamen intervallo, ad venerandas superioris tomi leges, quae purum sincerumque orientalis ecclesiae institutum germanamque veterum morum philosophiam exhibent.

Singula autem concilia eodem describi modo evulgarique placuit, quo semel iterumque usi iam fuimus; quam quidem scribendi rationem in arduo illo opere expeditius implendo experti antea sumus, ut commodam nobis, ita multis, nisi forte omnibus, minime iniucundam: scilicet, ut primum uniuscuiusque rei notitia praelibetur; deinde verba canonum afferantur a fontibus hausta sincerioribus; postremo summa rei canonicae capita annotationibus ornentur (1).

Quod ad praeviam attinet notitiam, uti iam fecimus, prisca, si quae sint, testimonia statim in medio ponantur; deinde et codices, manu potissimum antiqua scripti, et libri a recentioribus editi, insigniores vero prae caeteris et peculiares, recenseantur; deinque haud omittatur brevius aliquod canonum argumentum, tum maxime, quoad datur, a vetere sumendum epitome, unde ad sequentium intelligentiam via facilior sternatur et tutior.

Iam quod praecipuum est, haec nostra lex de canonibus esto: verba singulorum germana proferantur, sine importuno discordantium interpretum strepitu; ea tamen ve-

se celerius rerum serie minime recedere non concederetur. Re enim maturius perpensa, neque celebriores canonum canones cum obscuris praesulum decretis, neque leges Imperatorum cum Ecclesiae sanctionibus misceri placuit.

(1) *Ornentur*. Cf. t. I. p. 1, 423 et 537.

terum scripturarum mole, ea novorum librorum, publicorumque in primis, auctoritate muniantur, ut si quis ea legit, oracula excipiat, sive qualia ab ore legislatorum sonuerunt, sive qualia potissimum per ora hominum lata plurimum iuvaluerunt. Prolixas igitur volvimus membranas, plurimas paginas vidimus; non omnes tamen, sed adeo multas, ut confidenter polliceamur, fore ut singulae quas dicunt codicum familias, et praecipuae editorum librorum lineae perspicue pateant, neque iam alius, alia licet plenius scrutari velit, spem habeat post vestigia nostra multo uberiorem metendi variarum lectionum segetem.

Porro autem sequuntur, ultimo iam loco, annotationes, sed quantum tenues et exiles! quam mines et cum historiae quam tu auspicaris amplitudine, et cum monumentorum quae tu edere aggrederis dignitate, consentaneae, dicet aliquis. Esto quidem, sed fortasse levius consideranti unum vel alterum tomum, aut postulanti iniquius ut in immensum crescat singulorum voluminum moles. At unusquisque tomus praecedentium est amplissima notatio; primus ad ultimum usque currit et crescit; totiusque operis continuatio praegrandis fax erit ad singula, et lumen ad superiora declaranda luculentissimum. Restat utique in proximo nostro opere, ut singulari diligentia novos canones cum antiquis conferamus, neque notare omittamus quoties a sinceritate veterum legum recentiora instituta recedant, et in alia minus bene aut in contraria male abeant. Sed hactenus haec.

Pracvis appendatur tabella, quae trullanos canones inter et Gratianum, Ivonem, anonymumque scriptorem Collectionis quae *tripartita* dicitur, nonnullam exhibet concordiam:

1. Prosphoc. Grat. Dist. 16. c. 7. *Quoniam sanctae*. Ivon. Decret. p. IV. c. 134.
2. Can. II. — Dist. 16. c. 4. *Placuit sanctae synodo*. — Decret. p. IV. c. 106. 123.
3. — IV. — Causa 27. q. 1. c. 6. *Si quis episcopus*. Coll. tripart. p. II. t. XXX. c. 3.
4. — VI. — Dist. 32. c. 7. *Si quis eorum*. Ivon. Panorm. l. III. c. 102.
5. — VII. — Dist. 93. c. 25. *Praecipimus ne diaconus*. — Decret. p. 6. c. 123.
6. — IX. — Dist. 41. c. 3. *Nulli clerico*. — Decret. p. VI. c. 204.
7. — XI. — Causa 28. q. 1. c. 13. *Nullus eorum qui in sacro*. — Decret. p. XIII. c. 116.
8. — XIII. — Dist. 31. c. 13. *Quoniam in romani*. — Panorm. l. III. c. 86.
9. — XV. — Dist. 77. c. 4. *Subdiaconus non minor*. Coll. tripart. p. II. t. XI. c. 6.
10. — XVII. — Causa 21. q. 2. c. 1. *Quoniam diversorum*. — Ib. p. II. t. XI. c. 7.
11. — XXIII. — Causa 1. q. 1. c. 100. *Nullus episcopus*. Ivon. Decret. p. II. c. 92.
12. — XXVI. — Dist. 28. c. 16. *Presbyter*.
13. — XXVII. — Causa 21. q. 4. c. 2. *Nullus eorum qui connum*. Coll. tripart. p. II. t. XI. c. 12.
14. — XXVIII. — De consecrat. dist. 2. c. 6. *Didicimus*. — Ib. t. XI. c. 13.
15. — XXXI. — De consecr. dist. 1. c. 34. *Clericos*. — Ib. c. 14.
16. — XXXII. — De consecr. dist. 1. c. 47. *Iacobus frater*. — Ib. c. 15.
17. — XXXVI. — Dist. 22. c. 6. *Renovantes*. — Ib. c. 17.
18. — LXXXII. — De consecr. dist. 3. c. 29. *Sextam sanctam*. Ivon. Decret. p. IV. c. 122, 126.

I.

CONCILII TRULLANI CONSTANTINOPOLITANI

CANONES CII.

I. Sanctam se et oecumenicam ipsa trullana synodus e prima fronte (1) actorum quae supersunt, profitetur. Sanctam, communi nomine, et sextam quoque et universalem eamdem vocant tum synodi septimae patres (2), qui prae manibus gerebant prototypa trullanorum chirographa, tum Tarasius in litteris ad tres Orientis patriarchas (3), tum Nicephorus in *Antirrheticis* (4), tum Anastasius in *Quaestionibus* (5), tum Theodorus Studita in multis libellorum et epistolarum tabellis (6), tum Photius denique in Nomocanone, et inde passim (7) byzantini fere omnes de re canonica et historica scriptores, consensu unanimi. Extra chorum solus remansisse videtur Theophanes chronographus, ut neque ab aspera voce in caeteros abstinuerit (8). Aut asperius obstiterunt Latini aut siluerunt usque ad Adrianum primum, satis caute de iisdem trullanis dicentem, « se ea quae *iure* ac *divinitus* ab ipsis promulgata sunt, suscipere (9).» Id quod aequalis ferme Anastasius ita iubet intelligi, ut nullatenus ex his regulis illae recipiantur quae prioribus canonibus vel decretis sanctorum sedis huius Pontificum aut certe bonis moribus inveniuntur adversae (10).» Inde nobis oluerunt male ea quae sub Trullo acta sunt, Paulo quippe diacono *erratica* (11), Bedae *reproba* (12), Humberto Cardinali *delira-*

(1) ***Fronte.*** Ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος; infra in *prosphonetico*.

(2) ***Patres.*** Τῶν τε ἐξ ἁγίων καὶ οἰκουμενικῶν συνόδων can. I, quem vide infra. Cf. Act. IV, in Mansi t. XIII, p. 42, ubi Tarasius paulo confidentius ait, quod stare nequit, « ipsos patres qui sextae synodo sub Constantino patre subscripserant, ipsos et sub Iustiniano filio eius trullano concilio subscripsisse, idque manifestum esse ex propria ipsorum subscriptione in prototypa charta, » Anastasio Biblioth. interprete. Cf. t. XII, p. 1080, XIII, p. 472.

(3) ***Patriarchas.*** Τῆς δὲ αὐτῆς ἁγίας ἕκτης συνόδου μετὰ πάντων τῶν ἐνθέσμως καὶ θεϊωδῶς ἐκφωνηθέντων δογμάτων παρ' αὐτῆς καὶ τοὺς ἐκδοθέντας κανόνας ἀποδέχομαι. Mansi XII, 1119. cf. Epist. ad Adrian. in Append.

(4) ***Antirrheticis.*** Συνίστησι δὲ τὴν τούτων προσκύνησιν καὶ τὰ ἐν τοῖς κανόσι τῆς ἁγίας ς′ συνόδου συντὴν γραφὴν ταῦτα διαγορεύοντα. In Apologetico min. Mail Bibl. nov. t. V. p. II, p. 2, 11. Alia eiusdem erunt ad canon. LXXXII, nondum in ullam lucem edita.

(5) ***Quaestionibus.*** Gretser t. XIV, p. 361. Consulto post Nicephorum ponimus vetustioris scriptoris librum, in quem aliqui recentiores plura, inter quas ipsius Nicephori ῥῆσιν, inseruerunt.

(6) ***Tabellis.*** Lib. epist. II, 72, ubi nimis suus alacritate dicit synodum fuisse a quinque patriarchis receptam, quum eodem in tempore Anastasius, forte et in eodem loco, dum Constantinopoli scriberet, negaverit omnino ullam sedium patriarchalium, quum hi canone sederentur, « inventam fuisse aut promulgantem, aut consentientem, aut saltem praesentem.» In praefat. VII. Concil.

(7) ***Passim.*** Solemnis usque ad nauseam est in codd. mss. nomocanonis nomenclatura: συνόδου οἰκουμενικῆς ἕκτης συγκροτηθείσης ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ βασιλέως ἐν τῷ Τρούλλῳ τοῦ παλατίου Κωνσταντινουπόλεως, quae quidem affectata verba, cum nihil simile sit de caeteris oecumenicis dictum in nomocanone, ea non primo eiusdem conditori referam, sed auctae et corruptae editioni Photianae. De hoc plura suo loco.

(8) ***Abstinuerit.*** Ἰστέον ὅτι μάτην ληρωδῶς φλυαροῦσί τινες λέγοντες, μετὰ τέσσαρα ἔτη γεγονέναι τοὺς παρ' αὐτοῖς φημιζομένους τῆς ἕκτης συνόδου κεφαλαιώδεις τύπους (Id ipsum Tarasius affirmat in act. IV. septimae synodi) ὡς γὰρ ἐν πᾶσι ψευδηγοροῦντες ἐλέγχονται, ἀποδείκνυνται καὶ ἐν τούτοις μηδὲν ἀληθὲς λέγοντες. Quae boni viri verba, egregii licet sanctarum imaginum assertoris, acerbiora sane in nicaenos patres, monent turbas non paucas ab initio fuisse ex trullanis canonibus motas.

(9) ***Suscipere.*** Vide Epistolam ad Tarasium in Act. II septimae synodi lectam, Mansi XII, p. 1080, et cf. quae infra notantur de romanis pontificibus.

(10) ***Adversae.*** Anastas. l. c.

(11) ***Erratica.*** De gestis Longobard. lib. VI. c. 11.

(12) ***Reprobo.*** De vi aetatib. in Iustiniano.

menta (1): eadem nihilominus compendio non semel suo Gratianus post Ivonem in Decreto ornavit (2); immo quaedam ex iisdem Sixtus ille quintus P. Max. ad apostolicae usque sedis fastigium semel in suis litteris protulit (3).

Verum etiam apud Graecos haud levia mota fuisse dubia, de temporum saltem calculis, iam Theophanes significavit superius. Suspicionem auget S. Germanus, qui quum in suo Synodico, nuper e tenebris eruto (4), praecedentium conciliorum ad sua usque tempora historiam texuerit diligentissime, egeritque accuratius de VI synodo quam de caeteris, cur de trullanis ipsos ante oculos suos ex orbe adductis, altum tenuerit silentium, vix intelligitur (5). Neque magis concipitur caeterorum testium viventium aut ἀβλεψία aut memoriae imbecillitas: habetur ducentorum et amplius episcoporum conventus, in ipsa urbis et palatii luce; conditur, oecumenicorum patrum nomine, codex legum de universa Ecclesiae disciplina, prolixior quam factum hactenus in Oriente est ac futurum est unquam. Quid vero? Collatis proximorum testium verbis, auditis sanctis hominibus qui autographa volumina versarunt, tot tenebrae vel ad summa tanti facinoris capita remanent, ut oculatissimi inter recentiores historiae magistros caecutire se fateantur (6). De concilii nomine, tempore, indictione, nox plurima; de actorum serie, conditione et pondere, nonnisi dubia; de eorum qui praefuerunt ant sederunt aut subscripserunt ordine, auctoritate et numero, aqua omnibus haeret. Nostrum non est, uti neque antea fuit, lites huiusmodi componere. Satis erit uno verbo notare, circa finem saeculi VII (7), sub hemicyclico imperatorii palatii fornice, synodum habitam fuisse aulicam, a Trulli loco et nomine dictam, in qua victa byzantinae ecclesiae libertas Caesari manum dedit. Et quod summum est, iure statuit Assemanus: « Trullana haec nonnisi abusive *sexta synodus* dici potest, utpote quae nihil commune cum sexta habuit, non tempus, non locum, non patres; hi enim ab illis qui in sexta convenerunt fuere diversi; tempus congregatae sextae a trullana decennio (ad minus) differt; trullana in Trullo imperialis palatii, sexta in magna ecclesia celebrata fuit; illa sub Iustiniano, sexta sub Constantino Augusto. » Et adde quod « oecumenica certe neque fuit, neque esse potuit: quippe quae neque a Romano pontifice confirmata est, neque ulla patriarchalium orientis sedium, Alexandrinae, Antiochenae, Hierosolymorum, Anastasio teste, in ea consentiens vel praesens fuit (8). »

II. Invaluisse vero per totum Orientem multumque versatos fuisse trullanos canones testatur ampla membranarum et chartarum moles, quibus a memoratis illis in septima synodo autographis eadem toties leguntur, quoties circumferuntur iuris nostri syntagmata. Quorum longam seriem habes in superiore tomo, p. 425 et 538, ubi generalem vides librorum repeti catalogum, copiosumque instrui indicem fontium, ex quibus cano-

(1) *Deliramenta.* Adv. Nicet. Pectorat.

(2) *Ornavit.* Vid. p. 3.

(3) *Protulit.* In Bullar. Rom. constit. LXXXVII.

(4) *Eruto.* Mai Spicil. Rom. t. VII, p. 3.

(5) *Intelligitur.* Et Georgii Hamartoli silentium de trullanis canonibus fortasse non nihil loquitur, quum VI synodum meminerit, eiusque acta descripserit haud indiligenter. Cf. Chronic. ed. Petropolit. 1859 p. 611.

(6) *Fateantur.* Ut unum memorem, vide apud Ios. Catalanum in *Sacrosanct. conc. oecum.* t. II, p. 40 sqq. censuram Baronii, Binii, Lupi, Labbei, Bollandi, a quibus malo agebantur Theophanes, Nicephorus, Balsamon, Zonaras; sed neque Catalano pepercit Assemanus, quem in nonnullis emendat cl. v. Hefele in nuperrima conciliorum historia critica t. III, p. 298 et 300, quem ego quidem vellem fuisse hac de re paulo uberiorem.

(7) VII. Communes s. 692.

(8) *Fuit.* Bibl. Iur. Or. t. V, p. 85.

num graecorum insignior et frequentior collectio emanavit. Quibus adde, si lubet, quaedam ad trullanam synodum clarius referenda:

Codd. Vaticani 827 f. 91-114. XII saec.
— 829 f. 140. XIV saec.
— 844 f. 186 XIV saec. cum Balsam.
— 1167 cum Arsenio, XIII saec.
— 1182 f. 255 subscript. XVI saec.
— 2137 f. 49 a. 1600.
Ottobon. 28 f. 167. chartac. et recens.
— 370 f. 1. Item rec.
Vallicell. C. 11 f. 148 XII saec. cum subscript. f. 169.
— F. 10 XI saec. vid. infra.
— R. 5. cum not. Ioh. Morini.
Laurent. Pl. V. cod. 10.
— Pl. V. cod. 22.
Venet. S. Marci. 536.
Genevens. XXXIII.
Scorial. P. I. 15 f. 97.
— lat. B. IV. 33 cum notis I. Pacii.
Bodleian. Barocc. 86 XII saec.
— 206 rec.
Monac. 198.
Vindobon. 44.
— 45.
Parisiens. ex ultima Minoïdis Minae collectione:
489 f. 130-134.
Ex codd. qui nuper accesserunt:
308.
325 XVI saec.
Ex codd. olim regiis:
1247 saec. XIII.
1329 ad 1336 cum variorum commentariis.

III. Ut multa e scriptis calamo, ita innumera ex editis aere libris eiusdem argumenti mittere me oportet, ne omnem limitem excedere videar. Cui vero trita in bibliothecis conciliorum et canonum non satis erunt, is trullana decreta quaerat doctissimis aucta scholiis inter Iosephi Catalani commentarios (1), ne Christianum Lupum memorem (2), a quo Beveregium emendari iubeo, quo etiam posthuma Zegeri Espenii ad canones nostros monita (3) aptissime temperantur. Quis vero sine luctu recordabitur Iosephi Assemani τοῦ πάνυ Bibliothecam Iuris orientalis, in iisdem hisce canonibus pendere misere interruptam, telamque tot Orientis opibus splendidam, iamque ad Maronitarum suorum laudem et vindicias, auro purpuraque ornandam, subito fuisse incendio conflagratam?

IV. Priusquam autem cum agmine fortasse larvato antistitum sub aulae byzantinae fornicem ducamur, ne pigeat uno oculo duos illos et centum canones intueri. Aut ego fallor, aut erit qui, deprehenso quodam industrii et frigidi laboris artificio, in quo fidei praefixa, ut solet, professione, episcoporum, clericorum, monachorum, laicorum regulae ex ordine succedunt, potius sibi adesse putabit quemdam iuris magistrum hinc et inde haud sine peritia et dexteritate sua corradentem, quam praesules inter evange-

(1) *Commentarios.* In conc. oecumen. t. II, p. 40. Rom. 1749.

(2) *Memorem.* Synod. gener. p. II, p. 860. Lovan. 1665. Memoratur et Turrianus in synod. VI. can.

(3) *Monita.* Opp. oo. edit. Venet. 1781. t. VII, p. 126.

lium et altare de rebus sacris sponte et σεμνῶς deliberantes. Aderit sane nobis non ultimae sedis magister, Simeon Logothetes, cui acceptum referunt rude quoddam et aliquando obscurum quod sequitur compendium (1).

α'. Ἡ τῶν ἀποστόλων πίστις ἀκαινοτόμητος. Καὶ ἡ ἐν Νικαίᾳ ὁλόκληρος, ἣ τὸ Ἀρείου δόγμα βαθμοὺς εἰσάγον θεότητος διὰ τοῦ ὁμοουσίου κατέστρεψεν. Ἡ ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ μεγίστου σύνοδος ἀπαράτρωτος, ἣ Μακεδόνιον δοῦλον εἰπόντα τὸ ἅγιον Πνεῦμα καθῄρηκεν. Οἱ ἐπὶ τοῦ μικροῦ Θεοδοσίου εἰς Ἔφεσον συνιόντες (2) διακόσιοι τὸν ἀσεβέστατον Νεστόριον ἄνθρωπον ἰδικῶς καὶ θεὸν ἰδικῶς εἰπόντα τὸν Κύριον ἐξελάσαντες. Οἱ κατὰ τὴν Χαλκηδόνα τῷ Μαρκιανῷ συνεληλυθότες ἀείμνηστοι, Εὐτυχέα δοκήσει τελεσθῆναι τὸ μέγα μυστήριον φράσαι τολμήσαντα καθελόντες, καὶ Νεστόριον καὶ Διόσκορον τοὺς ἐκ διαμέτρου τὰ ἴσα παραληρήσαντας. Εἰς τὴν βασιλεύουσαν πέντε καὶ ἑξήκοντα καὶ ἑκατὸν ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ τοῦ μεγάλου συνεληλύθασιν, οἱ Ὠριγένην σωμάτων καὶ ψυχῶν περιόδους ἀποφηνάμενον καὶ Θεοδώρητον κατὰ τῶν ιβ' κεφαλαίων Κυρίλλου θρασυνθέντα ἀνεθεμάτισαν. Ἐπὶ τὴν Βυζάντιον ὑπὸ Κωνσταντίνου τοῦ Πωγωνάτου συνείλεκται σύνοδος, ἣ Ὀνώριον τὸν Ῥώμης, καὶ Σέργιον τὸν τῆς Κωνσταντίνου πόλεως ἓν θέλημα καὶ μίαν ἐνέργειαν δογματίσαντας ἀποβέβληκεν.

I. Apostolorum fides ne immutetur. Nicaena integra servetur, quae Arii opinionem divinitatis gradus introducentem per ὁμοούσιον avertit. Synodus sub Theodosio maximo habita inviolata permaneat, qua Macedonius servum dicens Spiritum Sanctum amotus est. Ita ducenti qui sub iuniore Theodosio apud Ephesum convenerunt, impiissimum Nestorium hominem seorsim ac Deum seorsim Dominum dicentem expulerunt. Item qui apud Chalcedonem cum Marciano convenerunt aeternae memoriae digni, Eutychem opinione tantum peractum esse magnum mysterium dicere ausum deposuerunt, ac Nestorium et Dioscorum, qui similia e diametro perversa ratiocinati sunt. Apud regiam urbem CLXV, Iustiniano Magno imperante, convenerunt, qui Origenem corporum animarumque circuitus affirmantem, tum etiam Theodoretum contra XII Cyrilli Capita audacter invectum, anathemate perculerunt. Byzantii a Constantino barbato coacta est synodus, quae Honorium Romae ac Sergium Constantinopolis episcopos unam voluntatem unamque operationem docentes, eiecit.

β'. Τὰ παρὰ τῶν ἑτεροδόξων κλοπιμαίως ἐμβεβλημένα ταῖς διὰ Κλήμεντος τῶν ἀποστόλων διατάξεσιν, ἀποκήρυκτα (3).

II. Quae Apostolorum constitutionibus a Clemente editis furtim ab haereticis inserta sunt, repudianda.

γ'. Ἱερεῖς δίγαμοι καὶ ἀμεταμέλητοι καθῄρηνται· οἱ δὲ τὸ κακὸν ἀπελάσαντες τῆς λειτουργίας ἐπὶ ῥητὸν παύονται χρόνον· οὐκ εὐλογεῖ γὰρ ὁ τραυματίας, καὶ οἱ παρανόμως γαμήσαντες.

III. Sacerdotes bigami atque impoenitentes gradu moti sunt: qui vero malum a se removerunt, sacro munere usque ad certum tempus abstinebunt. Neque enim benedicit vulneratus, et qui contra leges matrimonium contraxerunt.

δ'. Καὶ οἱ μετὰ τὴν χειροτονίαν * συζυγέντες μετὰ τὸν ῥητὸν χρόνον τοὺς βαθμοὺς γνωριζέτωσαν, ἀπρόκοποι μένοντες, δηλαδὴ τὴν συζυγίαν ἀφέμενοι· οἱ δὲ μετὰ τὸν ὅρον, καὶ λυόμενοι, καὶ καθῃρημένοι μενέτωσαν.

* [f. χηρείαν vel χηροσύνην]

IV. Et qui post viduitatem coniugium inierunt, post dictum tempus gradibus suis restituantor, ita tamen ut ad altiores non promoveantur, coniugio scilicet dimisso. Qui vero post definitum tempus, et dissoluti et depositi maneant.

ε'. Κληρικὸς νυμφῇ Θεοῦ συναπτόμενος καθαιρείσθω· λαϊκὸς δὲ, ἀφοριζέσθω.

V. Clericus cum Domini sponsa nubens, deponatur; laicus vero, excommunicetur.

ς'. Καὶ εὐνοῦχος ἱερεὺς, θεραπαινίδας ἢ ἑτέρας, πλὴν τῶν ἀνυπόπτων μὴ κεκτήσθω προσώπων.

VI. Eunuchus sacerdos ancillas aut alias, exceptis personis quae suspicione vacant, ne habeat.

ζ'. Ὁ χειροτονηθεὶς εἰ ζεύγνυται, καθαιρεῖται· εἰ γὰρ βούλοιτο, προζευχθῆναι ὀφείλει.

VII. Ordinatus si matrimonio iunctus sit, deponatur; si velit, antea iungi eum oportet.

η'. Καὶ ὀφφίκιον ἔχων διάκονος, εἰ μὴ τοποτηρητὴς εἴη πατριάρχου ἢ ἐπισκόπου, πρὸ τῶν πρεσβυτέρων καθεζόμενος, ἁπάντων ἐσχατώτατος ἔσοιτο (sic).

VIII. Diaconus etiam officium habens, nisi vicarius sit patriarchae aut episcopi, si ante presbyteros sedeat, sit omnium postremus.

θ'. Εἰσιέναι καπηλείῳ κεκώλυται κληρικὸς, καὶ ἔχειν κωλυθήσεται μᾶλλον (4).

IX. Ingredi cauponam prohibitus est clericus, magis etiam habere prohibebitur.

(1) *Compendium*. Idem plane legitur in Aristeniana synopsi, idemque rursus post Zonarae et Balsamonis scholia solet collocari cum variis additamentis. Locus erit verum huiusce compendii auctorem quaerendi, quem valde suspicor esse Simeonem et Aristenio vetustiorem. Cf. Iustell. Bibl. Iur. p. 742.

(2) Συνελθόντες al. Caeteras varietates aliis paginis reservamus.

(3) Ἀποκήρυκτα. Silentio praetermittantur ea omnia quae in can. II omnia XI synodorum decreta et canonicas XI patrum epistolas longo amplectuntur ambitu, et inquirendum hic quidem remanet an compendii auctor prae oculis habuerit canonem edito breviorem; alibi vero, cur canones integri desiderentur.

(4) Μᾶλλον. Apud Iustellum tam Simeoni quam Aristenio deest canonis VIII et X epitome, quae alibi ita concipitur: Η. ἐπεὶ μὴ δὶς δυνατὸν, ἅπαξ ἑκάστου ἔτους γινέσθω σύνοδος, μέσον τοῦ πάσχα καὶ τοῦ ὀκτω-

ι'. Ἄζυμα Ἰουδαίων ἀπόπτυστα· ὁ δὲ καὶ ἰατροὺς αὐτοὺς προσκαλούμενος ἢ συλλουόμενος, ἔκπτωτος.

ια'. Εἰ καὶ λέλεκται μὴ ἐκβάλλειν γυναῖκα, ἀλλὰ τῆς ἐπὶ τὸ κρεῖττον προκοπῆς προμηθούμενοι, τῷ χειροτονουμένῳ προέδρῳ μηκέτι συνοικεῖν γυναικὶ παραγγέλλομεν.

ιβ'. Κἂν οἱ Ῥωμαῖοι τὸν εἰς διάκονον καὶ πρεσβύτερον προαγόμενον ἀφεῖναι τὴν γυναῖκα βεβούληνται, ἡμεῖς ἐῤῥῶσθαι τὰ διακόνῳ καὶ πρεσβυτέρῳ βουλόμεθα συνοικέσια· ὁ δὲ βιαζόμενος λῦσαι καθῃρημένος.

ιγ'. Πρεσβύτερος τριακονταετίας ἐνδέων καὶ διάκονος εἰκοσιπενταετίας καὶ διακόνισσα τεσσαρακονταετίας, καὶ εἰκοσαετίας ὑποδιάκονος, ἐκκαθαίρετοι.

ιδ'. Γινωσκέτω ὁ λέγων ἑπτὰ διακόνους εἶναι κατὰ τὸ εἰρημένον ταῖς πράξεσιν, ὅτι οὐ περὶ τῶν διακονουμένων τοῖς μυστηρίοις ὁ λόγος, ἀλλὰ περὶ τῶν ταῖς τραπέζαις ὑπηρετούντων.

ιε'. Ὁ προσδεχόμενος ξένον κληρικὸν καὶ χειροτονῶν σὺν τῷ κακῶς χειροτονηθέντι καθῄρηται.

ις'. Ὁ διὰ βαρβαρικὴν ἐπιδρομὴν μεταναστὰς, παυσαμένης τῆς ἐπιδρομῆς παλινοστείτω πρὸς τὴν ἐκκλησίαν ᾗ κεκλήρωται· εἰ δὲ μὴ, μετὰ τοῦ προσειληφότος ἀφορίζεται.

ιζ'. Ὁ προεστὼς ἐκκλησίας κατ' ἐξαίρετον ταῖς κυριακαῖς διδασκέτω τὰ δόγματα καὶ διερμηνευέτω μὴ οἴκοθεν, ἀλλ' ὡς οἱ θεῖοι πατέρες διέλαβον (1).

ιη'. Ὁ διηνεκῶς καθῃρημένος καὶ εἰς τοὺς λαϊκοὺς ἀπωσθεὶς, μεταμελόμενος κειρέσθω καὶ μόνον· εἰ δὲ μὴ, τὴν κόμην ἐπιτρεφέτω (2).

ιθ'. Καὶ ὁ τῆς ἀχράντου μεταδιδοὺς κοινωνίας ὄβολον αἰτῶν ἢ ἕτερον εἶδος, καθαιρείσθω.

κ'. Κληρικὸς ἱπποδρομίαις ἀνιὼν ἢ καὶ μελλόντων εἰσιέναι θυμελικῶν ἐν γάμῳ μὴ ἀφιστάμενος καθαιρείσθω.

κα'. Ἀγροικικαὶ καὶ ἐγχώριοι παροικίαι τριακονταετίαν ἐχόμεναι, κατεχέσθωσαν· ἔνδον δὲ, τὸ ἀμφισβητήσιμον ἕξουσι.

κβ'. Πρεσβύτερος ἀθέσμῳ περιπεσὼν γάμῳ καὶ καθαιρεθεὶς καθέδρας μετεχέτω καὶ μόνον, πάντως διαλυθεὶς τοῦ μιάσματος (3).

κγ'. Σταφυλαὶ πρός τινων τῇ ἀναιμάκτῳ θυσίᾳ συνάπτονται· τοῦτο δὲ μηκέτι τολμᾶσθαι διώρισται.

κδ'. Τινὲς τῶν πατέρων τὴν ἡμέραν τοῦ θείου δείπνου, μετὰ τὸ δειπνῆσαι, προσῆγον· ἔδοξε τοίνυν τῇ συνόδῳ τοῦτο μὴ γίνεσθαι.

κε'. Καὶ οἱ ἐν βαρβαρικαῖς ἐκκλησίαις ἱερεῖς, εἰ τῆς τῶν συμβίων πρόσκαιρον ὁμιλίας ἀπέχονται, ἀλλ' οὖν

X. Azyma Iudaeorum respuenda: qui vero etiam medicos ipsos ad se vocat aut cum iis lavatur, eiiciendus est.

XII. Etsi dictum sit non esse eiiciendam uxorem, tamen profectui in melius prospicientes, praesidi qui ordinatur, ne amplius cum uxore habitet, denuntiamus.

XIII. Quamvis Romani eum qui ad diaconatum et presbyteratum promovetur, uxorem dimittere voluerint, nos diaconorum ac presbyterorum connubia valere volumus; qui autem dissolvere coegerit, deponetur.

XIV, XV. Presbyter XXX annis minor, et diaconus XXV, et diaconissa XL, ac subdiaconus XX deponendi sunt.

XVI. Qui dicit septem diaconos esse iuxta id quod in Actibus dictum est, sciat non de iis qui mysteriis deserviunt, sed de iis qui mensis ministrant, sermonem esse.

XVII. Qui suscipit externum clericum eumque ordinat, cum male ordinato deponitur.

XVIII. Qui propter barbarorum incursionem locum mutavit, ubi cessaverit incursio, revertatur ad eam ecclesiam in cuius clerum ascitus est; sin vero, cum eo qui ipsum suscepit, segregetur.

XIX. Qui ecclesiae eximio quodam modo praepositus est, dominicis doceat dogmata, atque interpretetur non suo marte, sed sicut sancti patres exposuerunt.

XXI. Qui in perpetuum depositus est, atque in laicorum ordinem redactus, poenitens tondeatur, idque solum; sin vero, comam nutriat.

XXIII. Et qui immaculatam communionem impertiendo obolum exigit aut aliam speciem, deponatur.

XXIV. Clericus qui ad circenses ascenderit, aut thymelicis ad nuptias ingressuris non recedit, deponatur.

XXV. Rusticanae et quae in vicis sunt paroeciae, si per XXX annos possessae fuerint, teneantur; infra vero, controversia de iis moveri poterit.

XXVI. Presbyter qui in illicitum inciderit matrimonium, depositus cathedrae solum particeps sit, omni piaculo expurgatus.

XXVIII. Uvae a quibusdam incruento sacrificio adhibentur: hoc vero quominus quisquam amplius audeat, decreto cautum est.

XXIX. Patrum nonnulli die divinae coenae, postquam coenassent, offerebant: visum est igitur synodo hoc non amplius fieri.

XXX. Presbyteri qui in barbarorum ecclesiis versantur, etsi uxorum commercio ad tempus absti-

βρίου μηνός. — ι'. Ἐπίσκοπος, πρεσβύτερος καὶ διάκονος τόκους λαμβάνων, εἰ μὴ παύσοιτο, καθαιρείσθω. Numeros latine restituimus consueto ordini consentaneos.

(1) Διέλαβον. Rursus desideratur apud Iustellum tam in Simeonis quam in Aristeni synopsi hocce can. XX compendium: Ἐπίσκοπος ἐν ἑτέρᾳ πόλει δημοσίᾳ μὴ διδασκέτω· εἰ δὲ φωραθῇ, παυέσθω τῆς ἐπισκοπῆς τὰ τῶν πρεσβυτέρων ἐνεργῶν.

Κανὼν ρ΄. Οἱ ὀφθαλμοί σου ὀρθὰ βλεπέτωσαν, καὶ πάσῃ φυλακῇ τήρει σὴν καρδίαν, ἡ Σοφία διακελεύεται [1]· ῥᾳδίως γὰρ τὰ ἑαυτῶν ἐπὶ τὴν ψυχὴν αἱ τοῦ σώματος αἰσθήσεις εἰσκρίνουσι [2]. Τὰς οὖν τὴν ὅρασιν καταγοητευούσας γραφὰς, εἴτε ἐν πίναξιν, εἴτε ἄλλως πῶς ἀνατιθειμένας [3], καὶ τὸν νοῦν διαφθειρούσας [4] καὶ κινούσας πρὸς τὰ τῶν αἰσχρῶν ἡδονῶν ὑπεκκαύματα [5], οὐδαμῶς ἀπὸ τοῦ νῦν οἱῳδήποτε [6] τρόπῳ προστάσσομεν ἐγχαράττεσθαι. Εἰ δέ τις τοῦτο πράττειν ἐπιχειρήσοι, ἀφοριζέσθω.

Κανὼν ρα΄. Σῶμα Χριστοῦ καὶ ναὸν, τὸν κατ' εἰκόνα Θεοῦ κτισθέντα ἄνθρωπον, ὁ θεῖος ἀπόστολος [1] μεγαλοφώνως ἀποκαλεῖ [2]. Πάσης οὖν αἰσθητῆς κτίσεως ὑπερκείμενος ὁ τῷ σωτηρίῳ πάθει τοῦ οὐρανίου τυχὼν ἀξιώματος, ἐσθίων καὶ πίνων [3] Χριστὸν, πρὸς ζωὴν διὰ παντὸς μεθαρμόζεται τὴν ἀΐδιον, ψυχὴν καὶ σῶμα τῇ μεθέξει [4] τῆς θείας ἁγιαζόμενος χάριτος· ὥστε, εἴ τις τοῦ ἀχράντου σώματος μετασχεῖν ἐν τῷ τῆς συνάξεως βουληθείη καιρῷ, καὶ

XCIX. Porro hoc quoque in Armeniorum regione fieri didicimus, quod quidam intus in sacris altaribus carnium membra coquentes, frusta offerunt sacerdotibus iudaice distribuentes. Quocirca Ecclesiam immaculatam servantes, statuimus nulli sacerdotum licere separata carnium membra ab offerentibus accipere; sed iis sint contenti quae offerenti visa fuerint, eiusmodi oblatione facta extra ecclesiam. Si quis autem sic non hoc fecerit, segregetur.

C. « Oculi tui recta aspiciant, et omni custodia serva cor tuum, » iubet Sapientia; corporis enim sensus sua facile in animam effundunt. Picturas ergo quae oculos praestringunt, sive in tabulis, sive alio quovis modo fiant, et mentem corrumpunt, et ad turpium voluptatum movent incendia, nullo modo deinceps exprimi iubemus. Si quis autem hoc facere aggressus fuerit, segregetur.

CI. Corpus Christi et templum, hominem ad Dei imaginem creatum, divinus magna voce appellat Apostolus. Omnem ergo sensilem creaturam superans, is qui salutari passione coelestem dignitatem est assecutus, Christum bibens vel comedens, aeternae vitae constanter adaptatur, animam et corpus divinae gratiae participatione sanctificans. Quare si quis immaculati corporis in synaxis tempore esse particeps voluerit et unum cum eo

Can. XCIX. 1) τινα Labb.—τῶν ἱερῶν Balsam. — 2) μὴ om. monac.—οὕτω om. N. R. — ποιεῖ Labb.

Can. C. 1) διακελεύεται. Prov. IV, 23, 25. — 2) αἰσθήσεις κινοῦσιν vatic. 2. — 3) ἀνατιθεμένας Balsam. Zonar. Bevereg. Pedal. N. R. — 4) φθειρούσας trapezunt. Bevereg. N.R.—5) πρὸς τὰς τ.α. ἡδονὰς ὑπεκκαυσεις Balsam. Pedal. Zonar.—6) ἐν οἱῳδήποτε vatic. 2.

Can. CI. 1) ὁ μεγας καὶ θεῖος ἀπόστολος Παῦλος Mansi, Bruns. — 2) ἀποκαλεῖ 1 Cor. VI, 19. — 3) Καὶ ἐσθίων καὶ πίνων N. R. — 4) ψυχῇ καὶ σωματι μεθέξει Balsam. Bevereg. N. R. ψυχῇ κ. σ. μετέχει vat. 3, Zonar. Mansi, Bruns. σῶμα τῇ μετοχῇ column. monac. barber.

ἐν πρὸς αὐτὸ [5] τῇ μετουσίᾳ γενέσθαι, τὰς χεῖρας σχηματίζων εἰς τύπον σταυροῦ [6], οὕτω προσίτω, καὶ δεχέσθω τὴν κοινωνίαν τῆς χάριτος. Τοὺς γὰρ ἐκ χρυσοῦ ἢ ἄλλης ὕλης [7] ἀντὶ χειρός τινα δοχεῖα κατασκευάζοντας πρὸς τὴν τοῦ θείου δώρου [8] ὑποδοχὴν, καὶ δι' αὐτῶν τῆς ἀχράντου κοινωνίας ἀξιουμένους, οὐδαμῶς προσιέμεθα [9], ὡς προτιμῶντας τῆς τοῦ Θεοῦ εἰκόνος τὴν ἄψυχον ὕλην καὶ ὑποχείριον. Εἰ δέ τις ἁλῷ τῆς ἀχράντου κοινωνίας μεταδιδοὺς τοῖς τὰ τοιαῦτα [10] δοχεῖα προσφέρουσι, καὶ αὐτὸς [11] ἀφοριζέσθω, καὶ ὁ ταῦτα ἐπιφερόμενος.

Κανὼν ρβ'. Δεῖ δὲ τοὺς ἐξουσίαν λύειν καὶ δεσμεῖν παρὰ Θεοῦ [1] λαβόντας, σκοπεῖν τὴν τῆς ἁμαρτίας ποιότητα [2], καὶ τὴν τοῦ ἡμαρτηκότος πρὸς ἐπιστροφὴν ἑτοιμότητα [3], καὶ οὕτω κατάλληλον τὴν θεραπείαν [....] προσάγειν τῷ ἀῤῥωστήματι, ἵνα μὴ τῇ ἀμετρίᾳ [4] καθ' ἑκάτερον χρώμενος, ἀποσφαλείη πρὸς τὴν σωτηρίαν τοῦ κάμνοντος. Οὐ γὰρ ἁπλῆ τῆς ἁμαρτίας ἡ νόσος, ἀλλὰ ποικίλη καὶ πολυειδὴς, καὶ πολλὰς τῆς βλάβης τὰς παραφυάδας [5] βλαστάνουσα, ἐξ ὧν τὸ κακὸν ἐπὶ πολὺ διαχεῖται καὶ πρόσω βαίνει, μέχρις ἂν σταίη [6] τῇ δυνάμει τοῦ θεραπεύοντος. Ὥστε τὸν τὴν ἰατρικὴν ἐν πνεύματι ἐπιστήμην ἐπιδεικνύμενον, πρότερον χρὴ τὴν τοῦ ἡμαρτηκότος διάθεσιν ἐπισκέπτεσθαι, καὶ εἴ τοι [7] πρὸς τὴν ὑγιείαν νεύει, ἢ τοὐναντίον διὰ τῶν οἰκείων τρόπων προσκαλεῖται καθ' ἑαυτοῦ [8] τὸ ἀῤῥώστημα, ἐφορᾷν, ὅπως τε τῆς ἐν τῷ μεταξὺ προνοεῖται [9]

fieri per communionem, manus in crucis formam figurans, sic accedat, et gratiae communionem accipiat. Eos enim, qui ex auro vel ex alia materia, quaedam loco manus receptacula efficiunt ad divini muneris susceptionem, et per ipsa, immaculatae communionis honorem recipiunt, minime admittimus, ut qui inanimatam subiectamque materiam Dei imagini praeferant. Si quis autem deprehensus fuerit immaculatam communionem iis impertiens qui eiusmodi receptacula afferunt, et ipse segregetur, et is qui affert.

CII. Oportet autem eos qui solvendi et ligandi potestatem a Deo accepere, peccati qualitatem considerare, et eius qui peccavit, promptum ad conversionem studium, et sic morbo convenientem afferre medicinam, ne si in utroque immoderatione [medicus?] utatur, ab eius qui laborat, salute excidat. Non enim simplex est morbus peccati, sed varius et multiformis, et multas incommodi propagines germinans, ex quibus malum multum diffunditur, et ulterius progreditur, donec viribus medentis reprimatur. Quare, qui medicinae scientiam in spiritu profitetur, oportet eum primum eius qui peccavit affectionem considerare, et sive vergit ad sanitatem, sive contra propriis moribus provocat in se morbum, aspicere, quomodo eius quae intercedit vitae rationis conversio-

vatic. 2. — 5) ἐμπροσθεν αὐτοῦ barberin. trapezunt. Zonar. Balsam. Mansi, Bruns. Bevereg. Hervetus qui vertit: antequam eius fiat communio, neque omnino displicet. — ἐν πρὸς αὐτοῦ N. R. — 6) ἐν τύπῳ σχήματος σταυροῦ vallicellianus, vatic. 1. — 7) ἢ ἑτέρας ὕλης vallicell. vatic. 1. — Mox χειρὸς τινος δοχεῖα Bevereg. — 8) τοῦ θείου μύρου monac. — 9) προσιέμεθα Balsamon. — 10) τοῖς τοιαῦτα vatic. 3. [illegible] — 11) καὶ αὐτὸς om. vatic. 1, 3, monac. Zonar. Balsam.

Can. CII. 1) παρὰ Θεοῦ om. vatic. 2. — 2) κινεῖν (post correcturam) τὴν τῆς ἁμαρτίας ποιότητα, vallicell. — 3) ἑτοιμασίαν colmo. — 4) τῇ ἁμαρτίᾳ vat. 3. Zonar. Balsam. — 5) βλάβης παραφυάδας vallic. Zonar. Balsam. — 6) μέχρις ἀντισταίη Balsam. Zonar. — 7) ἤτοι Zonar. N. R. — 8) δι' ἑαυτοῦ vatic. 2. — 9) προνοῆται Zonar. Balsam. τῇ.... ἀναστροφῇ Mansi,

ἀναστροφῆς, καὶ εἰ μὴ τῷ [10] τεχνίτῃ ἀντιπαλαίει, καὶ τὸ τῆς ψυχῆς ἕλκος διὰ τῆς τῶν ἐπιτιθεμένων φαρμάκων [11] αὐξάνει προσαγωγῆς [12], καὶ οὕτω τὸν ἔλεον κατ' ἀξίαν ἐπιμετρεῖν· πᾶς γὰρ λόγος Θεῷ καὶ τῷ τὴν ποιμαντικὴν ἐγχειρισθέντι ἡγεμονίαν, τὸ πλανώμενον πρόβατον ἐπαναγαγεῖν, καὶ τρωθὲν [13] ὑπὸ τοῦ ὄφεος ἐξιάσασθαι, καὶ μήτε κατὰ κρημνῶν ὠθῆσαι [14] τῆς ἀπογνώσεως, μήτε τὸν χαλινὸν ὑπενδοῦναι [15] πρὸς τὴν τοῦ βίου ἔκλυσίν τε καὶ καταφρόνησιν, ἀλλ' ἑνί γε [16] τρόπῳ πάντως, εἴτε διὰ τῶν αὐστηροτέρων τε καὶ στυφόντων, εἴτε διὰ τῶν ἁπαλωτέρων τε καὶ πραοτέρων φαρμάκων, κατὰ τοῦ πάθους στῆναι, καὶ πρὸς συνούλωσιν τοῦ ἕλκους ἀνταγωνίσασθαι, τοὺς τῆς μετανοίας καρποὺς δοκιμάζοντι, καὶ οἰκονομοῦντι [17] σοφῶς τὸν πρὸς τὴν ἄνω λαμπροφορίαν καλούμενον ἄνθρωπον. Ἀμφότερα τοίνυν εἰδέναι ἡμᾶς χρὴ [18], καὶ τὰ τῆς ἀκριβείας καὶ τὰ τῆς συνηθείας [19]· ἕπεσθαι δὲ ἐπὶ τῶν μὴ καταδεξαμένων [20] τὴν ἀκρότητα, τῷ παραδοθέντι τύπῳ [21], καθὼς ὁ ἱερὸς ἡμᾶς ἐκδιδάσκει Βασίλειος.

nisque curam gerat, et si artifici non reluctetur, et ulcus animae augeat per impositorum medicamentorum adiectionem, sic quoque misericordiam, prout dignus est, impertiri. Omnem enim rationem init Deus et is cui pastoralis traditus est principatus, ut errantem ovem reducat, et ei quae est a serpente vulnerata, medeatur, et neque per desperationis praecipitia impellat, nec ad vitae dissolutionem et contemptum fraena relaxet, sed una quidem omnino ratione, sive per acriora et astringentia, sive per molliora et leniora medicamenta affectioni resistat, et ad ulceris obductionem adnitatur, fructus poenitentiae examinans, et sapienter dispensans et gubernans hominem qui ad superiorem illuminationem vocatur. Nos enim utraque scire oportet, et quae sunt summi iuris, et quae sunt consuetudinis: in iis autem qui extrema non admittunt, sequi formam traditam, quemadmodum sanctus nos docet Basilius.

Bruns. — 10) μόνῳ vatic. 2. — ἀντιπαλαίῃ Balsam. Zonar. — 11) φαρμάκων om. iidem — αὐξάνῃ iidem — 12) μεταγωγῆς trapez. — 13) καὶ τὸ τρωθὲν column. — 14) κατὰ κρημνῶν ὠθεῖσθαι vallicell. vat. 1. — 15) ἐπιδοῦναι trapez. vallic. vat. 1. Balsam. Zonar. Mansi N. R. ἐνδοῦναι column. — 16) ἀλλ' ἐν ἑτέρῳ Bevereg. — 17) καὶ ante οἰκονομοῦντι om. Zonar. Balsam. — ἄνω πολιτείαν ἀνακαλούμενον barberio. — 18) ἀμφότερα τοίνυν εἰδέναι ἡμᾶς χρὴ idem iterum singularis place. — 19) τῆς συμπαθείας column. vatic. 2. Post ἕπεσθαι om. δὲ barber. — 20) ἐπὶ τῶν καταδεξαμένων τὴν ἀκρότητα δέξασθαι column. — 21) τῶν παραδοθέντων τύπων barberin. vatic. 3, monac. Accedunt prolixae inde subscriptiones, de quibus infra, in barberin. vatic. 3., aliisque. In vallicelliano autem et vatic. 1, tantum legitur ad calcem: Κανόνες τῶν ἐν Κπόλει συνελθόντων σκζ ἁγίων πατέρων τῆς ς' συνόδου ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ τοῦ ἐσχάτου καὶ εὐσεβοῦς βασιλέως, καὶ Παύλου πατριάρχου Κπόλεως, καὶ Πέτρου πατριάρχου Ἀλεξανδρείας καὶ Γεωργίου πατριάρχου Ἀντιοχείας καὶ Ἀναστασίου πατριάρχου Ἱεροσολύμων. In vatic. 2 brevius: Εἰσὶν δὲ οἱ ὑπογράψαντες εἰς τὰ προγεγραμμένα ρβ' κεφάλαια ὁ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς ὁ φιλοχριστὸς καὶ ἐπίσκοποι ἐκ διαφόρων πόλεων.

ΑΙ ΥΠΟΓΡΑΦΑΙ.

Ὁ Βασιλεὺς διὰ κινναβάρεως (1) Φλάβιος Ἰουστινιανὸς πιστὸς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Θεῷ βασιλεὺς Ῥωμαίων, στοιχήσας ἅπασι τοῖς ὁρισθεῖσι καὶ ἐμμένων, ὑπέγραψα.

[τόπος τοῦ ἁγιωτάτου πάπα Ῥώμης].

Παῦλος ἀνάξιος ἐπίσκοπος (2) Κωνσταντινουπόλεως, νέας (3) Ῥώμης, ὁρίσας ὑπέγραψα.

Πέτρος ἀνάξιος ἐπίσκοπος τῆς Ἀλεξανδρέων (4) μεγαλοπόλεως, ὁρίσας ὑπέγραψα.

Γεώργιος (5) ἐλάχιστος ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας ἤτοι Θεουπόλεως (6), ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ἀναστάσιος ἐλάχιστος ἐπίσκοπος Ἱεροσολύμων (7), ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ἰωάννης ἀνάξιος ἐπίσκοπος τῆς νέας (8) Ἰουστινιανουπόλεως, ὁρίσας ὑπέγραψα.

[τόπος τοῦ Θεσσαλονικῆς].

[Βιγίλιος πάπας Ῥώμης οὐ παρὼν δι' ἐπιστολῶν συνέθετο πάντα (9).]

Κυριακὸς (10) ἐλέῳ Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Καισαρέων μητροπόλεως τῆς πρώτης τῆς Καππαδοκίας (11) ἐπαρχίας, ὁρίσας ὑπέγραψα.

Στέφανος ἀνάξιος ἐπίσκοπος τῆς Ἐφεσίων (12) μητροπόλεως τῆς Ἀσιανῶν ἐπαρχίας, ὁρίσας ὑπέγραψα.

[ὁ Ῥαβέννης (13)].

[ὁ Ἡρακλείας Θρᾴκης].

[ὁ Κορίνθιος].

[τόπος τοῦ Σαρδινίας].

Βασίλειος ἐπίσκοπος τῆς Γορτυνίων (14) μητροπόλεως τῆς φιλοχρίστου Κρήτης νήσου καὶ τὸν τόπον ἐπέχων πάσης τῆς συνόδου τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας Ῥώμης, ὁρίσας ὑπέγραψα κ. τ. λ.

SUBSCRIPTIONES.

Imperator per cinnobarim. Flavius Iustinianus fidelis in Christo Iesu Deo imperator Romanorum, consentiens omnibus quae definita sunt et adhaerens, subscripsi.

[locus sanctissimi papae Romani]

Paulus indignus episcopus Constantinopolis, Novae Romae, definiens subscripsi.

Petrus indignus episcopus Alexandrinorum, magnae civitatis, definiens subscripsi.

Georgius humilis episcopus Antiochiae, sive Dei civitatis, definiens subscripsi.

Anastasius humilis episcopus Ierusalem, definiens subscripsi.

Ioannes indignus episcopus Novae Iustinianopolis, definiens subscripsi.

[locus Thessalonicensis].

[Vigilius, papa Romae, non aderat, per epistolas confirmavit omnia].

Cyriacus misericordia Dei episcopus Caesariensium metropolis, primae Cappadociae provinciae, definiens subscripsi.

Stephanus indignus episcopus Ephesiorum metropolis, Asianorum provinciae, definiens subscripsi.

[Ravennas].

[Heracleensis in Thracia].

[Corinthius].

[Locus Sardiniensis].

Basilius episcopus Gortyniorum metropolis, Christum amantis Cretae insulae, et locum tenens totius synodi sanctae ecclesiae romanae, definiens subscripsi, etc.

Plura rescribere supersedeo, cum non magis sit e re mea hic trullanorum patrum congerere nomina, quam in superiore tomo fuit similem Nicaenorum, Ephesiorum, Chalcedonensium colligere nomenclaturam. Haud piguit tamen pauca ab initio ex tribus vetustis codicibus, vaticano 3, vallicelliano 2 et barberino, excipere, tum ut praecipua quae ad horum canonum auctoritatem attinent, non omittamus capita, in hisce contenta subscriptionibus, tum ut turpis quaedam sphalmata profligentur quae in vulgata irrepsere concilia. Nemo autem miretur, si dum ipsi nos has legimus varietates, minutissima quaedam non omiserimus, immo aperta corruptae scripturae rescripserimus menda, quum in notandis accuratissime locorum et personarum nominibus, otiosum minime sit vel levissima adhibere, vel ipsas excutere sermonis corruptelas. Ea vero qualiacumque sint, velim iis utantur, si qui futuri sint, novae conciliorum editionis adornandae curatores, et moneantur tres nostros codices vaticanum, barberinum, vallicellianum deinceps a nobis ex ordine significari brevius per litteras A, B, C. Vix autem dici potest quanta in conciliis emendanda maneant, et quammulta e fontibus excitanda, quae aut plane nova erunt, aut in melius redintegranda. Exemplo sint, et incitamento, quae sequuntur:

(1) διὰ κινναβάρεου B. — (2) ἀνάξιος διάκονος concilia, nescio qua ἀβλεψίᾳ Harduini primum, Coletti deinde et Zatta. — (3) νέας om. A. — (4) Ἀλεξανδρείας B. — (5) Γεώργιος in editis ponitur post Anastasium, id quod Christiano Lupo et aliis stomachum movit, memoriamque refricuit fastus Hierosolymitanorum. Trullanos tam alte sapuisse noli credere, ordine ex nostris codicibus in melius restituto. — (6) ἤτοι Θεουπόλεως, om. vulgati omnes. — (7) τῆς ἁγίας πόλεως Ἱερουσαλὴμ iid. — (8) τῆς iid. om. Ἰουστινιανοῦ πόλεως Θεσσαλονικῆς ὁρίσας ὑπ. A, C, ob locum Thessalonicensis vacuum cum praecedentibus mixtim et confuse impletum. — (9) πάντα. sic A, C ex integro, et adeo lepide inventum, ut vix risum teneas. At Byzantinos quid non cogit sacra doli fames? — (10) Κυριακὸς A, C. — ἐλέῳ Θεοῦ om. vulg. — (11) τῶν καππαδοκῶν ib. — (12) Καισαρέων iterum libri veteres ed. gr. et latinae. ἀγνωμονῶν recentiores ab ed. veneta, alio errore, de quo plura alibi. — (13) Ῥαβέννης. Plane aliter in vulgatis: τόπος τοῦ ἡρακλείας.- τοῦ σαρδινίας.- τοῦ ῥαβέννης.- τοῦ κορίνθου.- A. om. τόπος τοῦ σαρδινίας. — (14) Ὀρτυνίων sic A, B, dum vulgati aeque consentiunt in aliam vocem γερτυνίων, quam retineri iubent solemnes ecclesiarum notitiae.

Inde pergo metere pinguem varietatum segetem, cuius fasciculos certis annecto numeris, quibus ordo subscribentium in editis notari potest, et ab Ancyrano praesule proficiscor, qui X erit, sive nonus ab imperatore.— τῆς πρώτης τῶν γαλατῶν A, B C. Tum barberinus quasi constanter omittit voces ἀνάξιος, ἐλάχιστος, aliaque id genus apposita, modestiae ergo: id semel monuisse, sat erit.

XI. τῆς δυῤῥαχηνῶν A, B.
XII. τῆς οικομηδειας A, B.
XV. τῆς σιτῶν μητροπολεως τῆς ῥυλῶν B. τῆς παμφυλων A.
XVII. τῆς ἑλλησποντίων A, B.
XIX. ἐπ. πολεως ἀζατβων C.
XX. τῆς ἰσαυρωσ B.
XXII. ἐπίσκοπος μητροπολεως παφλαγονίας A, B.
XXIII. χάριτι Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ om. B. Θεοῦ ἡμῶν A, C. ὀνορατῶν A, B ὀνορατῶν C.
XXIV. πολεως πισινούντων A. B.
XXV. τῆς ταυροπολιτων C.
XXVII. τῆς ποπεδιας ἐπαρχίας A, B. ἐλεῳ Θεοῦ om. B.
XXVIII. τῆς παμφυλεας ὁρίσας A, B.
XXIX. ἰουστινιανουπολεως B μακωστηνῶν A μητροπ. τ. δ. τῶν A, B.
XXXI. τραϊανουπολεως B.— τῆς τραϊανουπολιτῶν A.— σοκτηνῶν A, B.
XXXII. δαδήμων A, B.
XXXIII. σύζουης B, σύζωῆς A, C.— τῆς θρακων χ. ἐπίσκοπος B.
XXXIV. ποιμ. τῆς μητροπολεως τῆς π B.
XXXVII. Θεοπεμπτος ἁμαρτωλός ἐπισκοπος A.
XXXVIII. om. totum A. C. Μωϋσῆς ἐπίσκ. B.
XXXIX. τῆς λεσβιονης A, λισβιονης B.
XL. in tribus codicibus post XLI. σιλυμβρίας B. C. γεωργ. ἀναξιος ἐπισκοπης τῆς συμπρειας A.
XLI. τῆς μελισσίων A.— τῆς μελιππαίων B.
XLII. τῶν καρῶν ἐπαρχιας A.
XLIII. τοῦ ἀληθινοῦ om. A, B.
XLIV. γεωργ. ἀ. ἐ. κοτραίδων A, B, C.
XLV. θεοδ. ἀ. ἐ. χερσῶνος A, B, C.
XLVI. εὐχαιτῶν τῶν ἐλενοπολ. A.—τοῦ ἐλενουπολεως τῆς θραίκων χώρας B.
XLVII. τῆς θρακων χωρας B.
XLVIII. τῆς καμουλιανετῶν B. τῆς καμουλιανῶν A.
XLIX.. τῆς μεσημβρινῶν πολεως τῆς ὁμιμοντίων B.
XLIX. om. C. XLIX. et L. in unum confundit A, omisso L ab initio.
LI. et LII. om. B, tres vero codices post LIII. eddunt novam subscriptionem in hunc modum: Σιπίσσιος ἐλάχιστος [appositum om. B.] ἐπίσκοπος τῆς Λαμψακηνῶν πολεως τῆς Ἑλλησποντίων ἐπαρχίας. ὁρισας ὑπέγραψα.
LVI. om. totum A, C.
LVII. τῆς αἰθιπων A, C. τῆς ἐδεσπαίων B.
LIX. ἐπίσκ. εὐσπης B.
LX. om. C. τῆς πρώτης καὶ δευτέρας B.
LXIV. ἤτοι διοσώρου A. διοπωρκωτῶν C.
LXV. om. A, C. Initium vero cum fine LXVI. iungitur in B, omissis tribus verbis πατρίκιος ἀνάξιος ἐπίσκοπος.
LXVI. τῆς μαγνήτων τῆς μαιανδρουπόλεως B.
LXVII. ἐπισκ. ὑπέπων B.
LXVIII. ἐπίσκ. πόλεως ἀσίων B.
LXXI. ἰωάνν. πόλεως φωκέων B, omisso ἐπίσκοπος.
LXXII. ante LXXI. in A.
LXXIII. πολεως βεριτῶν τῆς ἀπιανιτῶν A.— πολεως βαρετῶν τῆς ἀπιανιτῶν B.
LXXIV. στραλλέων A, C. τῆς ἀπιανῶν B.
LXXV. ἐπισκ. καλανδῶν πόλεως τῶν B.
LXXVI. om. A.— ἐπίσκ. μαγνησίας τῆς ἀμιλίων B.
LXXVIII. πρώτης om. B. νικ. ἐπισκ. τῆς χαλκηδονεων πολεως τῆς νησου A, C. ante LXXIX. ponit LXXX. B.
LXXXI. ἐπίσκ. ταβιασεῶν πρώτης τῶν γαλατῶν A, C.
LXXXII. ἐπισκοπος ἰουλιουπόλεως A, C.
LXXXIII. ἐπίσκ. πόλεως ἀσπάνης A, C.
LXXXIV. pro ἐπίσκοπος, iterum διάκονος in vulgatis ab Harduino ad Mansi.— τῆς μνισηνῶν πολεως B. τῆς μισονιτῶν A.
LXXXVI. ἰωάνν. ἐπίσκ. τῆς λυδῶν ἐπαρχ. B. caeteris om. ποτῶν C.
LXXXVII. ἐπ. μισονιτῶν C.
XCI. καδοσσεων B.
XCII. ἐλενοπολιτῶν B.
XCV. πραισεντινῶν B. pessime ultimi edd.. ἠραινετιων I
XCVI. νεας ἰουστινιανοῦ τῆς βιθυν. A.— ἐπίσκοπος νεας ἰουστινιανοῦ τῆς B.
XCVII. ἰπίστορος (sic) ἐπίσκ. B.
XCVIII. ἀναστασιος ἐπίσκ. ἀνάξιος A.
XCIX. ταϊνος ἐλάχιστος ἐπίσκ. κολυβράσου B. τῆς σαμφυλιας A, B.
C. ἐπίσκοπος πολεως ἐρυμνῶν τῆς παμφυλ. A, C. ἐρυμνων τ. π. B.
CI. ἐπίσκ. κορακισου B. Κάνων ἐλάχιστος ἐπίσκ. κορακισου A. I° loco om. C. In eodem post CI. additur: Θεοδοτος ἐλάχιστος ἐπίσκοπος πόλεως Καραλείας τῆς σαμφυλίας ἐπαρχίας ὁρισας ὑπέγραψα, deinde iterum ponitur CI. ut in editis.
CII. om. B — τῆς παμφυλίας A.
CIII. χάριτι Χριστοῦ A.
CIV. eadem om. ibid.
CV. χάρ. Χριστοῦ A. τῆς ἰουταλεων A, B. om. ἐπαρχιας A.
CVI. ἐπισκ. σεβαστουπολιτῶν A, C.
CVII. τῆς σαμασίων τῆς ἑλλησπ. A, C.
CVIII. ἐπίσκ. πολεως ἀνδρασῶν A.
CIX. ἐπισκ. πολεως ἰκβορων τῆς ἑλλησπ. A, C.
CXI. post CXII. in B. κορύκου πολεως τῆς κ. B. κορυκου A, C.
CXII. πολεως om. A.
CXV. ἐπίσκ. πόλεως κασταυλῶν B.
CXVII. totum om. A.
CXVIII. codd. ut editi, nulla lacuna notata.
CXIX. ἐπίσκ. πόλ. τῆς σιλουαλῶν A, C.
CXX. πόλεως δαγισάντου. A. δαγύσαστι C. Inde barberin. brevius quam antea, truncato fine subscriptionum, tacitaque eparchia.
CXXII. om. A, B, C. CXXIV. om. B.
CXXV. δομητίου πολεως A.
CXXVI, ἐπίσκ. ἰοβιδόγγης A, B, C.
CXXVII. ἐπίσκ. ζηνώνουπόλεως A. ζηνουπόλεως B.
CXXIX. om. B.

CXXX. ἐπισκ. κοκύσου B, C. κοσου A.

CXXXI. φαυστινουπόλεως δευτέρας B.

CXXXIII. γεώργιος διακ. τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας ἀμαστρουπόλεως ἐπαρχίας παμφύλων τὸν τόπον B. ἀμαστρου ἐπαρχίας παμφυλίας A, C.

CXXXIV. ἰουνιουπολιτῶν C.

CXXXVII. κρατειας ἐπαρχιας A.

CXXXVI. et CXXXVII. om. A.

CXXXVIII. Στέφανος ἐλ. ἐπ. τῆς ἡρακλειας πολεως ἀνοριασῶν A, B, C.

CXXXIX. ἐπισκ. κερασουντων ἐπαρχίας A, B.

CXLI. επισκ. κολωνείου τῆς δευτερας B. Theodorum primum om. C. post Salomonem.—In A, C. additur: Ἰωαννης (ἀναξιος C.) ἐπίσκοπος πόλεως Γερμοκονίτης [γερμοκονιτῶν C.] τῆς δευτερας τῶν Γαλατῶν ἐπαρχίας. Barberinoa vero post CLIII. brevius scriptum: Θεόδωρος ἐπίσκ. πολ. τροκναδῶν, addit similis in compendio: Ἰωαννης ἐπίσκ. γερμοκονιτῶν ὁρισας υπεγραψα.

CXLIV. ἐπισκ. πολεως ὀροσπετοῦ B.

CXLV. συναδου A, C.

CXLVIII. ἐπισκ. πολεως ὑνιανδοῦ B.

CL. ἐπίσκ. πολεως πλαττης A, B, C.

CLI. μηνάς ἐπίσκοπος A, B, C.

CLII. ἐπίσκ. ξανθου ἐπαρχίας B.

CLIII. ἐπίσκ. πολεως στρατονικοιας A, C. — πολεως τριπολιτείας B. — tres postea addunt: Κωνσταντίνος ἐπισκοπος πόλεως Ἀλαβάνδων ἐπαρχιας Καριας ὁρ. ὑπεγραψα, sed B mendose et brevius: Κωνστ. ἐπίσκοπος βλαβάνδων, ὁ. ὑ.

CLIV. ἐπίσκ. ὑλαρύμων A.

CLVI. ἐπίσκ. ἡρακλείας λαθμουπολεως A, B, C. Ibidem iterum additur: Παῦλος ἐπίσκοπος πολεως Κίβρας ἐπαρχίας Καρίας ὁρ. ὑπ. Brevius B: Παῦλος ἐπ. κίβρας.

CLVIII. εὐγ. ἐπίσκ. τραπεζοπολεως C. πόλεως τραπέζης πολεως sic B. — κατατιανῆς A.

CLIX. ἐπίσκ. εὐεργαπῶν A, B, C.

CLX. ουριακος B. κήρυκος C.

CLXIV. ἐπισκ. ἀπολωνείας A. Inde non semel om. A, C adiuncta personis epitheta, ut barberin.

CLXIX. πόλεως τοῦ αἰνεμουρίου, καὶ του τοπου A, B.

CLXXI. ἐπίσκ. τῆς νακωλέως A, B.

CLXXIV. ἀγαπητὸς ἐλ. ἐπισκ. πόλεως ἐπαρχίας σαλουταρίων A, C, Brevius B. Singuli suo more addunt fere eadem; scilicet A, C: Γεωργιος ἐλάχιστος ἐπίσκοπος Ὄτρου ἐπαρχιας Σαλουταρίων ὁρ. ὑπ.

Ἰωάννης ἐλέῳ Θεοῦ ἐπισκοπος πόλεως Πολυβοτῶν ἐπαρχίας Σαλουταρίων ὁρ. ὑπ.

Θεοφυλακτος ἐπισκοπος Φυτείας ἐπαρχίας ὁρισας ὑπεγρ.— In A: Ἰωάννης ο. τ. ἐ. eadem scripta bis a notario, quem saltus ad alteram paginam decepit; idem vero quum habeat C, in media pagina, patet eum esse ex cod. A. descriptum. Rursus in breviore barberino: Ἰωάννης ἐπίσκοπ. πολεως πολυβοτῶν.— Γεωργιος ἐπίσκ. πολεως ὄτρου ὑπ.—Θεοφυλακτος ἐπισκ. φυτείας ἐπαρχίας σαλουταρίων.

CLXXV. Ἰωαννης διακονος τῆς κοτυαείων B. V.

CLXXVII. ἐπισκ. πολ. ἀμελάδων A, B. ἀμελ. ἐπαρχιας λυκαονίας A.

CLXXVIII. ἐπισκ. πολ. πίσσαδῶν A, B, C.

CLXXIX. ἐπισκ. πόλεως τῆς βαρυνῶν B.

CLXXXI. Κυριακὸς B. iterum. ἐπ. πολεως ὁ.

Post CLXXXIII. In tribus additur: Κωνσταντῖνος [ἀναξιος A. C.] ἐπίσκοπος [πολεως B.] τῆς Τομανδῶν [πολεως τῆς πισιδιας ὁρίσας ὑπέγραψα A, C.].

CLXXXIV. πολεως τοῦ βένδου B.

CLXXXVII. ἐπισκ. πόλεως παγαλασοῦ A, B, C. σαγαλασου C.

CLXXXVIII. ἐπίσκ. πολεως τῆς μαβριπδέων A, B, C.

CLXXXIX. ἐπίσκ. Καδοκκείας Coletti. Monstra id genus haud rara in vulgatis conciliis.

CXC. ἐπισκ. τῆς παδαδεων B.

CXCI. ἐπ πολεως λυματαίων B. λυμνσίων C.

CXCIII. ἐπίσκ. πολ. τῆς στνασειων A. τῆς τυσσειων ἐπαρχίας B.

CXCIV. σελευκίας ἐπαρχίας om. A, quae quidem B et C habent, sed neuter quidquam addit unde suppleantur quae desiderantur in editis.

CXCV. ἐπισκ. τῆς μαγυδεων A, C.

CXCVII. ἐπίσκ. τῆς σοζρυλέων A.

CXCVIII. ἐπίσκ. τ. π. συλειου A. – τῆς παμφυλιας ἐπαρχ. A.

CCI. ἐπισκ. πόλ. κορισινῶν τῆς β̄... B. — τῆς κοαρινῶν πολεως A.

CCIII. ἐπίσκ. πολεως σπρεανοῦ B.

CCIV. ἐπισκ. πόλεως ναζιαζ. A.

CCVIII. ἐπισκ. τῆς θεωριεῆς B.

CCIX. ἐπισκ. πόλεως πάμου A.

CCX. ἐπίσκ. τῆς μουσουνεων A. τῆς μουσωνεων B.

CCXI. ἐπίσκ. πόλεως σπτάδου A.

CCXII. ἀρισνὸς A. sine accentu ab initio, ut prima littera nominis μαρινὸς exciderit. At idem omnino, licet insolentissimum, religiose servatur in C, quod iterum manifesto erit argumento hunc ab illo fuisse, forte in eodem loco, certe eodem in tempore descriptum. Caeterum nemo a me requiret minutam rerum quae ad superiorem nomenclaturam pertinent indagationem, quae facile tomum superaret. Priora tantum et potiora in sequentibus annotationibus silentio non praetermittam.

ANNOTATIONES.

Age vero, summa de hac synodo capita, quae iam attigimus ab initio, et potiora dubia quae ab ipsis nominum tabulis erumpunt, prius aggrediamur, quam caetera sollicite coosideremus, quae de nonnullis canonibus κατὰ μέρος exigenda sunt. Plurima vix primoribus labris libare vacat. Si qnis enim iustum et plenum do trullano concilio commeotarium expolire velit, is mihi pene omno ius byzantinum, qua latissime patet, totum amplectotur. Nedum ea quae ad rem canonicam portinent, verum ea solum quae ad aetorum historiam referenda sunt, si exbauriat, unum certe et alterum tomum explebit, cum in iisdem evolvendis, qui medio stetit opere Assemanus, bibliothecam suam propemodum universam impenderit.

Ac primum de huius synodi tempore, post canonem tertium, qualis ex nostris codicibus perspicue restituitur, ambigere non sinitur. Quippe ubi legendum ϛρϟθ (*anno* 6199), qui mundi annus, secundum aeram constantinopolitanam, a kalendis septembris in anno Christi 691 exorsns, inde currit per indictionem IV, eum aono sequenti usque ad alteras eiusdem mensis kalendas. Tum etiam anni certo tempori et idem canon III et XVII assignabuntur, scilicet mensi ianuario, ut saltem ad februarium usque producere synodum oporteat. Huc facit apte et eperte S. Nicephori locus, in nuperrimam lucem a el. Maio expositus, ubi legitur: «Nam plus centum et viginti iam annis bi babentur in honore canones 1).» Qno quidem loco iam natalis anous et borum canonum, uti supra, et nicepboriani libri, circa a. 813, adeoqne pressis exigitur calculis, ut quaecumque aliter computata fuerint, ea necesse sit ex orbita recedere.

Stare igitur neque illnd valet qnnd Theophaoi placuit, synodum usque ad annum 707 esse transfereodam 2); neque alind in ipsa synodo VII ex ore S. Tarasii exceptum, eamdem habitam esse a. 681. Cur vero tantus vir pene aequalis, saeculo uno oondum elapso, una cum saero coetu aberraverit, causa mihi eomperta videtur. Romanis pontificibus, ob indomitam Monotbelitarum contumaciam, querelas moventibus, ut sextae synodi decreta implerentur, Iustinianus imperator, anno post banc synodum quinto, ad Ioannem V scripsit, acta demom ex inopinato detecta fuisse, neque vero in patriarcbio, quo recondi solebant, neque etiam in palatio, ut ipsa extrema aetio ferebat, sed «apud quosdam iudices remissa fuisse» aut remonsisse 3) idem referebat. Quid igitur? Episcoporum tumultus potius fit, quam coetus; accersitur romanus apocrisiarius, coguntur senatores, coeunt popularia collegia, milites Thraciani, Cabarisiani, Septensiani; quibus coram acta legi, signari, confirmari iubentur. Haec fuit, neque fallor, trullana synodus memorata apud Tarasium 4). Et is primus in Inbrica via lapsus romanorum legatorum, quem S. Nicolaus, haud brevi elapso tempore, aegre reminiscitur 5). Illic denique, no illud vel

1) *Caaones.* Bibl. N. t. V, p. III, p. 11, Maio iuterprete.

2) *Transferendam.* Chroaugr. p. 301 Paris. Vide apod Assemanom t. V, p. 63, esusam erroris fuisse Theophani iucautam utriusque aerae alexandriaae at constantinopolitanae permixtionem.

3) *Remansisse.* Labb. VI, c. 1121. «Apud quosdam nostrus iudices *remiserunt.*» Pro qua oltima voce apta Hefelii emendatio est: *remanserunt*. Conciliengesch. t. III, p. 298.

4) *Tarasium.* Audi verba: «Post quatuor aut qoiaque anaos (a VI synodo) iidem ipsi patres cuovsuientes sub Iustiniano filio Constantini, praesigaatos caoones exposuerunt.» Sess. IV, l. c.

5) *Reminiscitur.* Epist. VIII ad Michael. imp. «Miror, inquit Assemanus, eruditissiaium Baronium, qui tot argumeatis utitur, ut corrupta fuisse acta demonstret, huc ipsum aon advertisse, quod Nicoleus pontifex asserit de legatis Coaonis papae io errorem Constantinopuli actis.» Bibl. J. or. t. V, p. 40.

coniectando dissimulem, posita inter iudicum aulicorum exedras clancularia quaedam nostrorum canonum incunabula.

Verum alteram solemnioremque synodum, quinque post annis, habitam fuisse conceditur, eo scilicet consilio, qui continetur in prosphonetico sermone, ut conciliis V et VI suppleretur, a quibus ullos fuisse canones conditos, a Graecis non negatur. Iam vero quidquid actum, dictumve in hoc coetu fuerit, coactum eum fuisse constat praeter omnem romani pontificis assensum, nullo legato sedis apostolicae vices debitas gerente, nullo legitimo praesido, et si unum fortasse aut alterum excipias, nullis sedentibus patriarchis, ac fere nullis extra dioecesim byzantinam episcopis; solae denique quae supersunt canonum et nominum tabulae, ipsae se corruptas atque interlitas esse clamant.

Malis ab initio avibus emicat purpureum Iustiniani nomen, de quo iuro suo Lupus pronuntiat: « Temeritate usque hac apud ecclesias inaudita, primus subscribit ante omnes patriarchas 1). » Longe clementior S. Nicephorus, qui, ut veterum imperatorum pietatem saevitiae Iconomachorum opponeret, pacato stylo tabulas nostras pene rescripsit: «Quibus episcopis, ait, dum communi suffragio et operae assentitur, is qui tunc erat imperator Iustinianus, et ipse quoque de illustri irreprehensibilique fide nostra se pie sensisse propria subscriptione declarat 2). »

Neque silet locus qui relictus est Sergio pontifici romano vacuus, Lupo rursus aiente: « Sperabant Sergium, uti et Vigilio pontifici evenerat (immo evenisse Vigilio nullus ego cedo neque assequor), aut precibus aut terroribus ad actuum suorum comprobationem et subscriptionem fore compellendum. » Ecce autem spem quam Lupus divinatur futuram fuisse, facto eam audet implere nescio quis scholiasta, a quo supra vidimus, pro Sergio Vigilium excitari redivivum et accersitum ineptissime.

Huc vero quis aderit Constantinopolitanus? Callinicus ne, quem volunt Baronius, Binius, Labbeus, Lupus; an Paulus, quem cum nostris codicibus omnino restituunt Catalanus, Quienius, Asseomanus? Θεῶν ἐν γόνασι κεῖται, neque lis dirimenda vel ἐν πέντε κριτῶν γόνασι. Verum de Paulo, plura suo loco.

Si quis autem in hac lite iudex sedeat et arbiter, ab eo edoceri velim, ubi ex quinque patriarchis tres caeteros in toto reperturus sit Oriente, quem Sarraceni sub hac tempestate populabantur; quis locus dandus sit Anastasio illi Hierosolymitano, de quo siluisse videntur chartae vel ab ipso imperatore Romam mandatae; quae pars Petri Alexandrini sit, quem alii Paulum faciunt 3), alii, quocumque nomine vestitum, inter larvata figmenta reputant 4). Sane inconcussa testimonia sunt, tum sedem hierosolymitanam vacavisse a S. Sophronio per LXX annos, tum alexandrinam usque ad medium octavum saeculum. Fuerit demum aliquis Georgius tunc temporis Antiochenus, cumque meminerit unus aut alter haud ita vetus; et suspicetur

1) *Patriarchas.* Dissert. de Syn. Trull. Opp. t. II p. 1075 ed. Lovan.

2) *Declarat.* l. c. Haud secus ac Tarasius, ac ferme iisdem verbis Nicephorus testatur vidisse se authenticas a Trullanis signatas canonum tabulas: « Iam et dignitas illorum qui eos condiderunt, et multitudo atque auctoritas personarum, christianis omnibus explorata est. Nam et qui tunc erant sacratissimi patriarchae et alii usque ad CCXL episcopi tamquam suos hos canones pronunciasse propriis subscriptionibus demonstrant. » Tum de imperatore statim: Οἷς σύμψηφος καὶ συνεργὸς γεγονὼς ὁ τηνικαῦτα βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς καὶ αὐτὸς περὶ τὴν εὐκλεᾶ καὶ ἄμωμον ἡμῶν θρησκείαν εὐσεβῶν διὰ τῆς ἰδίας ὑπογραφῆς δείκνυται. l. c.

3) *Faciunt.* Id quidem Assemanus, p. 31, diserte tribuit Matthaeo Blastari, eiusque verba citat: «Alter Paulus Alexandriae», sed nescio unde accepta; quum Πέτρος Ἀλεξανδρείας aperte legatur tam apud Beveregium (Pandect. t. II, p. II, praef.) quam in novissima editione, Rhalli procurante, Athenis ornata a. 1859, p. 23.

4) *Reputant.* Cf. Lequien. Oriens Christ. t. III, p. 280, 290.

Assemanus 1) cum ob mahumedana excidia exulavisse Constantinopoli, tam de antiocheno quam de caeteris, testis ait nulli secundus, Anastasius bibliothecarius, « nullam videlicet sedium patriarchalium inventam in hac synodo fuisse aut promulgantem, aut consentientem, aut saltem praesentem 2). » Mentitur ergo aut una cum multis deceptus fuit Matthaeus Blastares, dum scribit et adfuisse omnes Orientis patriarchas et nomen propria dedisse manu 3).

Porro autem inseritur pene inter patriarchas Ioannes Cypriorum exulum antistes, tunc temporis in novam Iustinianeam civitatem ad Hellespontum recens translatus. Vestigia enim senioris iunior eiusdem nominis imperator pressit: quemadmodum prior suam inter Bulgaros quasi natalem urbem habuit, quam, spretis nova et vetere Roma, insolitis auxit honoribus, ita posterior nihil non movit, inconsulta utraque Roma, ut Cyprus insula, unde oriundus dicitur, in alteram Iustinianopolim totam commigraret 4). Tum uti senior Iustinianus suas leges condidit ecclesiasticas, suumque, vel invito Vigilio, tenuit concilium; ita et iunior voluit universali superbire synodo, omnemque rem sacram, velint, nolint pontifices, suo miscere arbitrio. Cui certe Cyprius inter primos et in omnibus assentabatur.

Utrum vero imperator consentientes quoque habuerit nec ne apostolicos legatos, iure ambigitur, quidquid audeat Balsamon, dum e cerebro suo nobis ciet inter consignantes Ravennatem, Thessalonicensem, Heracliensem, Sardiniensem, Corinthium, totidem, ait, ἐκ προσώπου legatos 5); » at quibus singulis huiusmodi persona nunquam fuit, nec nisi vacuus, ut etiam nunc cernitur, locus in puris omnibus chartis manet illibatus et intactus.

Quid si caetera Cretensium mendacia cumulaverit Basilius ille Gortyniorum, « Christum amantis Cretae episcopus et legatus synodi sanctae romanae ecclesiae? » Certe ut legatus, nullam huiusmodi rem, nisi expresse iussus, attingere valuit, esto quod fuerit Apocrisiarius in aula, quodque voluerit post patriarchas, exarchas, metropolitas, laeso tam synodi quam romanae sedis honore, ultimus venire. Peccavisse tamen legatum aliquem Anastasius fatetur 6), deceptumque subscripsisse. Haec nempe fuit per aliquot saecula, inter Graecorum fraudes, iniqua ecclesiae romanae conditio, ut sacra sedis apostolicae iura sive a mutis premi, sive a cupidis legatis sub hasta venumdari, audiverit non semel orbis christianus et ingemuerit.

Vix igitur inter eos qui primi signantur, decem nomina recensuimus, partim ementita, partim mendicata undequaque, et male corrogata: legitimo ergo suspicio movetur, canones fuisse cusos clanculum, deinde ad consignandum huc illuc, haud sine tumultu, circumlatos 7). Nomina vero

1) *Assemanus*. l. c. p. 32, ubi de Georgio adducit Eutychium Alexandrinum et Macarium Antiochenum, Melchitarum patriarchas.

2) *Praesentem*. Praefat. conc. VII. Labb. VII, c. 30.

3) *Manu*. Οὕτω γὰρ ἐν τοῖς παλαιοῖς εὕρηνται βιβλίοις ἕκαστος τῶν πατριαρχῶν τε καὶ μητροπολιτῶν ὑπογραφῇ τὸ οἰκεῖον σημειωσάμενοι ὄνομα καὶ ἀξίωμα loc. cit.

4) *Commigraret*. Theophanes in Chronograph. a. 682, p. 304, 305, quo cum cf. Trullan. can. XXXIX.

5) *Legatos*. Ad serm. prosphonetic. post cuius Balsamonis terga, examine facto, erumpunt garrula agmina Graecorum usque ad Pedalii ναυάρχους recentissimos.

6) *Fatetur*. In Sergio. Sic Lupus rem conficit: « Sergius suae dioeceseos episcopos synodaliter consuluit, et ad principem misit legatos, qui vice sua synodum, non facerent, sed suspenderent ac impedirent. Ne a Graecis ad praesidendum compellerentur, eos, non suae sedis ac personae vicarios ac legatos fecit, sed suae dumtaxat synodi patriarchalis. » Diss. laud. p. 1073. Verum ne a synodo quidem romana mandatum fuisse Basilium, et quaecumque ad hunc spectant male intelligi, declaratur in egregio prooemio quod his canonibus romani conciliorum curatores graece et latine praefixerunt, apud Labb. VI. col. 1125.

7) *Circumlatos*. Id moris apud Aegyptios obtinuisse constat, ut synodis subscriberent etiam qui non adessent, neque latet aliquid simile Sardicae

eum locis collata efficiunt ad exignos unius patriarchatns fines synodum esse revocandam, cum praeter praesules sedi byzantinae subiectos, caeteri omnes una cum occidentalibus penitus abfuerint 1).

Re autem vera, quinam demnm, qnotve numerantur? Summa est CCXL in synodico prisco, quem sanctus Nicephorus, iam memoratus, ad verbum sequitur, quum receptae in vulgus sententiae consentaneus sit: « Nam et qui tnno erant sacratissimi patriarchae et alii usquo ad CCXL episcnpi tanquam suos hos cannnes pronnntiasse, propriis subscriptionibus demonstrant. » Sunt tantum CCXXVII apud Balsamonem et Zonaram, quibuscum plene consentit nota σκζ' quae in plerisque nostris codicibus post nomina recensita exprimitur. Nomina vero ipsa si ex vulgatis baetenus libris numeres, invenies CCXII, nec plura, vel addito nomine imperatoris; re tamen vera, si certis codicibus nostris fidem habeas, ex quibus novem nomina, nondum cognita, nunc primum e tenebris eruuntur, tum etiam si in censum veniant sex illa qnorum locus remansit vacuus 2), en iustissimo numero explebitur Trullanorum patrum coetus, qualem exhibent et nostrae veteres membranae et commentarii solemniores, videlicet σκζ' sive CCXXVII. Quibns vero iuverit albo excipere calculo hanc nomenclaturam, iidem sane iubebunt, inter orientales praesules, haud mediocre fieri augmentnm, octo ad minus episcoporum, de quibus altum antea silentium erat: videlicet Sisinnii Lampsaceni 3), Theodoti Carsliensis 4), Ioannis Germocolnniensis 5), Pauli Cybireni 6), Georgii Otreni 7), Ioannis Pnlybotani 8), Thenphylacti Phytiani, Constantini denique Tomandorum 9).

Qunt vero canones conditi ab iisdem fuerint, nullo vetustiore testimonio scimus, quam Nomocanone photiono, quo docemur a saeculo IX iam duos supra centum circumferri, etsi horum quinque nullibi apud eumdem Photium adhibeantur, neque apud Aristenium compareant plusquam XCII; immo, ut supra vidimus, non amplius quam LXXXVIII Simeon Logothetes compendio suo inseruit. Id vero ob peculiarem quemdam scopum epitomatorum accidisse, facile concedetur. Facilius intelligitur unde, uno alterove canone in duos diviso, CIII in editione primum tiliana 10), deinde a Baronio et aliis numerentur, contra unanimem omnium quos viderim codicum concordiam.

At numero hos canones valuisse, parum est; scire maxime oportet cuius fuerint ponderis, quantive pretii in communi hominum aestimatione, unde intelligatur quae in describenda orientali disciplina ratio eorumdem habenda sit. Iam vero quid Graeci hac de re existimaverint, tibi ob oculos ponit quae paulo supra exhibetur concordia inter hos canones et singulos

accidisse. Cf. Athanasii Opp. t. I. praef. et p. 718, ed. Veron.

1) *Abfuerint.* Vix velim unum excipias aut alterum, loco forte non sine corruptela nominato, at Edesseni, ἐδεσσηνῶν, alias αἰδέσσων. Praeterea nodio aliquem esse in danubianis partibus episcopum Edesseoum, et novi αἴδεσσαν vel ἔδεσσαν Macedonum.

2) *Vacuus.* Nil mirum a notariis receptos in album fuisse etiam eos qui abesse memorantur. Caeterum desperare nolim quin, diligentius excussis omnibus chartis membranisque, plenus demum index absolvatur, quum ex tribus tantum codicibus videam novem nomina excitari, nec iam plura quam sex desiderari.

3) *Lampsaceni.* Cf. Orient. Chr. t. I. col. 774.

4) *Carsliens.* Ib. col. 1008.

5) *Germocoloniensis,* quem codices nostri scribunt episcopum γερμοκονίτης vel γερμοκονιτῶν, sed mendose. Vid. col. 498. Iam vero Ioannem nostrum Eustathio unico huius sedis episcopo, usque dum agnito, addi oportet.

6) *Cybireni.* Ib. col. 904.

7) *Otreni.* Ib. col. 848.

8) *Polybotani.* Ib. col. 844. πολυβιτῶν codd. nostri. Eodem Or. chr. loco episcopi φυτείας recensentur.

9) *Tomandorum*, quem populum facio eumdem cum civitate dicta *Tymando* de cuius episcopis vid. col. 1061. l. c.

10) *Tiliano.* In qua, omisso numero ο϶', canones a LXXVI ad ultimum uno gradu crescunt. Alia varietate canon primus cum prooemio indistincte miscetur.

Photiani nomocanonis titulos. Praeterea unus pro sexcentis testibus erit S. Nicephorus, a quo vel ante Photium cum ea laude Trullani extolluntur, quam tamen video fuisse caute temperatam; verba ipsa referam, quae vix nota sunt: «Sin autem in horum testimoniorum numero synodici aliqui tomi comperti fuere, qui de imaginibus aliquid vetarent, hos ut piissimus imperator noster plenius edoceretur, Ecclesia admisit et explicavit. Quod si declaratio satis plena non fuisset, per sacros in ecclesia viros facta, iidem ecclesiastica consuetudine regulaque freti, ad oecumenicam synodum provocare solent, ita ut reliquarum sedium pontifices ac sacerdotes similium librorum examen et inquisitionem peragerent, et quod visum fuisset, Spiritus sancti nutu, de ipsis publice pronunciarent. Etenim necessario nunc etiam observantur et vigent sanctae synodi sextae canones, quos, ex quo cum divini Spiritus gratia promulgati fuerunt, Ecclesia admisit, perque eos sacerdotalia iudicia exercet 1).» Tum etiam post aliquanta verba de eorumdem canonum honore, pergit: «Qui nisi in Ecclesia extitissent, plurimum ea passa esset detrimentum, quia culpae multae in coetu sacerdotali sine remedio poenave mansissent.»

Ipse sui sanctus vir censor sit et διορθωτής, si quid nimium de trullana synodo dixerit, omnesque Graecos et orientales doceat, quodnam sit authenticum concilium, atque oecumenicum, nempe si legitime convocatum fuerit, si orthodoxum, si inculpatum, si ex universa Ecclesia congregatum, si denique supremo romanae ecclesiae sigillo confirmatum, quae omnia quantum de trullana synodo dici nequeunt, ita recte et plane pertinent ad alteram nicaenam, egregio iudice Nicephoro, cuius gravissimum hac de re testimonium Trullanos ferit, dum Nicaenos patres meritis laudibus exornat. «Et quidem, ait, haec synodus summae auctoritatis est, atque ad plenam fidem faciendam sufficiens, quia et oecumenica fuit, et omnino libera, et extra omnem calumniae reprehensionisque aleam posita, et cuiusvis alieni dogmatis insons culpaque carens: etenim celebrata fuit aequissime et in primis legitime: nam secundum edita antiquitus divina decreta, praeeminebat in ea praesidebatque ex occidentali fastigio,

1) *Exercet.* Obscurus apud Nicephorum locus est, obscurior fortasse vel in cl. interprete Maio, dignus tamen qui plenius declaretur. En graeca, quae pendent ab initio periodi καλῶς ἔχειν δοκεῖ, ubi primum memorantur testimonia quibus Iconomachi pessime utebantur; deinde lego: Ἐὰν δὲ ... τινὰ βιβλία πρακτικὰ εὑρεθῆσαν περὶ εἰκόνων τι διαγορεύοντα, διὰ τὴν εἰς τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα ἡμῶν πληροφορίαν, δέχεσθαι ταῦτα (cod. ταύτην) τὴν ἐκκλησίαν καὶ ἐπιλύεσθαι· εἰ δὲ οὐκ ἐξαρκέσει τὰ τῆς πληροφορίας διὰ τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἱερατικῶν ἀνδρῶν, οὗτοι τῷ ἐκκλησιαστικῷ ἔθει καὶ κανόνι ἐπερειδόμενοι, σύνοδον οἰκουμενικὴν ἀποκαλοῦνται· ὥστε τοὺς τῶν λοιπῶν θρόνων ἀρχιερεῖς καὶ ἱερεῖς ἐπὶ τῇ τῶν τοιούτων βιβλίων ἐξετάσει καὶ δοκιμασίᾳ καὶ τὰ δοκοῦντα ἐπινεύσει τοῦ θείου Πνεύματος περὶ αὐτῶν ἐκφωνηθῆναι· ὅτι ἀναγκαίως καὶ νῦν φυλάττονται καὶ κρατοῦνται οἱ τῆς ἁγίας ϛ συνόδου κανόνες, οὓς ἀφ᾽ οὗ χάριτι τοῦ θείου Πνεύματος ἐξεφωνήθησαν ἡ ἐκκλησία παραλαβοῦσα δι᾽ αὐτῶν τὰ τῶν ἱερέων μετέρχεται κρίματα. Si quid ego video, trullani tomi sunt τινὰ βιβλία πρακτικά, fitque primum respectus ad canones LXXIII, LXXXII, C, quibus plura et varia de variis imaginibus quum vetita essent, in promptu Iconomachis fuit iisdem abuti; piissimus vero imperator Iustinianus iunior est (non Constantinus Irenes, ut Maio placuit), cuius plenius edocendi gratia canones illos Ecclesia dicitur tulisse, admisisse, declaravisse. Necesse igitur visum est recedere ab illa Maii interpretatione: «Quod si demum in harum auctoritatum numero synodales aliquot libri comperti fuere, qui de imaginibus aliquid dicerent, hos ut piissimo imperatori nostro (Constantino Irenes) satisfieret, Ecclesia admisit et explicavit. Quod si censoriae solutiones non sufficiebant, per ecclesiasticos viros factae, hi quidem ecclesiastica consuetudine regulaque freti, oecumenicam synodum convocarunt, etc.» Inde Nicephorus minus de trullana synodo loqui videtur, quam generatim describere quid soleat ab Ecclesia fieri ad pleniorem rerum suarum explanationem et celebrius examen. Sic tamen haec, et certe ultima, de trullanis quoque esse intelligenda tam nexu verborum sequentium quam universa sermonis ratione, quivis facile suaderetur. Inde utramque sententiam et ambas interpretationes lectori prudenti committo, tum etiam moneo post ἐξετάσει καὶ δοκιμασίᾳ verbum deesse

id est ex veteri Roma, pars non modica; sine quibus (Romanis) ullum dogma, quod in Ecclesia ventilatum, decretis canonicis et sacerdotali consuetudine fuerit antea ratum, nunquam tamen probatum habebitur, neque in praxim deducetur, quia illi sacerdotii principatum sortiti sunt, atque coryphaeorum inter apostolos dignitatem sibi traditam habent 1).» Aurea sane verba, ex quibus quidquam tollere, piaculum erat.

Quid igitur actum fuerit a Romanis pontificibus iam videamus. Primum Sergii pontifici, «utpote capiti omnium sacerdotum,» canones, sex tomis contenti, iussu imperatoris, deferuntur; «quasi synodaliter definiti» modeste dicuntur, et a tribus tantum accepti patriarchis, Alexandrino, Constantinopolitano, Antiocheno, aç si nondum accessisset Hierosolymitanus. Atque nec a beatissimus pontifex Romanus Iustiniano augusto acquievit, nec eosdem tomos suscipere aut lectione pandere passus est. Porro eos ut invalidos respuit atque abiecit, eligens ante mori quam novitatum erroribus consentire 2).» Et quanta pertulerit, fuse in eius vita refertur. Aspera sane tempora romanae ecclesiae erant, quum vidisses aut vi aut fraude Byzantinos mille nocendi artes miscere, torpere ignavia Francorum reges, caeteros aut colluctari cum barbarie aut consentire, ad cumulum furere Arabum procellam, quae, Asia iam et Africa pene perflata, uno impetu ad ultimas usque plagas Occidentis ferebatur. Haec sub Sergio, paulo post synodum.

Elapso autem decennio, iidem tomi quum ab imperatore iterum mitterentur Romam, Ioannes nomine VII, Sergii vestigia secutus, scire satis habuit «in iis diversa capitula romanae ecclesiae contraria,» nec sine multa ecclesiasticae disciplinae iniuria scripta esse, ut nullo boni malive discrimine facto, « eosdem tomos inemendatos » remitteret 3). Cur vero prudens pontifex humanae aliquid fragilitatis passus fuisse existimetur, ut ab Anastasio ad Christianum Lupum, male a multis audiat, vix ego video, et laetor quod alii de eo longe aliter neque immerito sentiunt 4).

Nondum victus Rhinotmetus, a. Chr. 710, Constantinum papam hospitio excipere suo non valuit, quin eadem tertio urgeret: ve-

ad significandum quod antea legebatur: εἰς ἐξέτασιν καὶ δοκιμασίαν αὐτοῦ ἔρχεσθαι, legendumque fortasse postea ἐπιπνεύσει, et paulo superius ἐξαρκεῖν ἢ pro ἐξαρκέσει. Statim vero sequuntur quae supra iam rescripsi, p. 76, 77, 79.

1) *Habent.* Apologetic. maj. ib. p. 11, p. 30, p. 111, p. 174. Nobiliora verba graece dari praestat, quae cum religiosa sedulitate admovi ad optimos codices parisienses, et quae in primis ab omnium praestantissimo sub num. 911, repperi confirmata: Συγκεκρότηται γὰρ τοῦτο μάλιστα ἐνδίκως καὶ ἐννομώτατα· ἅπαπερ ἤδη κατὰ τοὺς ἀρχῆθεν τετυπωμένους θείους θεσμούς, προῆγε κατ' αὐτὴν καὶ προΐδρευεν ὅσον τε τῆς ἑσπερίας [Paris. 911: ὅσον τὸ ἐν τῆς ἑσπ.] λήξεως, ἤτοι τῆς πρεσβυτίδος Ῥώμης μέρος οὐκ ἄσημον ὧν ἄνευ δόγμα κατὰ τὴν ἐκκλησίαν κινούμενον, θεσμοῖς κανονικοῖς καὶ ἱερατικοῖς ἔθεσι κεκρυσμένον ἄνωθεν, τὴν δοκιμασίαν οὐ σχοίη [Paris. οὐ om.] ἢ δέξαιτ' ἄν ποτε τὴν πραξιν, ὡς δὴ λαχόντων κατὰ τὴν ἱερωσύνην ἐξάρχειν, καὶ τῶν κορυφαίων ἐν ἀποστόλοις ἐγκεχειρισμένων τὸ ἀξίωμα. [Ab initio emendavi vulgatum συγκεκρότηται.]

2) *Consentire.* Liber Pontific. In Sergio, edit. Blanchin. t. II, p. 160. Quem locum, post tot plaustra scholiorum, miror adeo hispidum remansisse et impolitum. Age, quaedam sollicitamus: «Quae igitur et quasi synodaliter definita et in sex tomis descripta... erant, manuque imperiali confirmata, *missis in lucellum quod scebrum carnale* (al. *chartale*) *vocitatur* (!) ad confirmandum vel in superiora loco subscribendum Sergio pontifici, utpote capiti omnium sacerdotum, direxit.» Quidni per me legas post *confirmata:* «missis (vel misit?) in *lucellum* (vel *locellum, loculum?*), quod σκεῦος (σκευάριον, vasculum) *chartale* vocitatur...» Omnia inde planissima erunt. Tum ut illud obiter addam, ad rem synodicam proprio pertinere id quod *tomus* dicitur, ad significandum sive epistolam, sive sententiam, sive canonem, qui in concilio paucis edi solebat, συντόμως sive συντετμημένως, uti fuse a Montefalconio disputatur, ubi unum ex primis huiusmodi libellis ab Alexandro Alexandrino memoratum proponit et explicat. Cf. Athan. Opp. t. I, in prooemiis animad. VI. Quum autem ab illa praecise et breviter agendi ratione non parum Trullani recessissent, dum praeter προσφωνητικὰ et ὑπογραφὰς prolixissimas, duos et centum canones congererent, nil mirum omnia una cum imperatoria epistola *VI tomis* contineri.

3) *Remitteret.* Liber Pontific. In Ioanne, p. 168.

4) *Sentiunt.* Sommier ad h. loc. Assemanus l. c. p. 92. Sergius tamen et remisit tomos et reprobavit.

rum abstinere se, vel coram imperatore, non destitit pontifex. Immo Gregorius, eiusdem subdiaconus sacellusque, futurum sanctae sedis ornamentum, oeque, ut videtur, iniussus, « de singulis caoonibus optima responsione qose solvenda eraot, eoodavit 1).» Et ibi novae multorum querelae sunt, quod illam nobis censuram tempus invideril. At scripto quidqoam fuisse mandatum, dubitare licet. Grogorii tamen, iam pontificis, scripta qnaedam verba maneot, notatu dignissima, sed ideo fortasse pene omissa ab omnibus, qood a solis Graecis tradita nobis fuerunt, in epistola ad Germanum CP., lecta in synodo VII in hunc modum: «Haud sioe maxima salutis causa sanctorum hominum coetus, Dei consilio, ecclesiae tradidit hoc capitulum, » scilicet canonem LXXXII, qnem inde totum pene recitat, neque ad alia aequum esset pontificis encomium extendere 2).

Quid plura? Saeculo tandem emenso, Adrianus I unius canonis particulam fecit suam 3); caetera, ut in publicis Anastasii prooemiis Adriano II et Ioanni VIII nuncupatis prostat, remanserunt a adulterina, praesumptuosa, priscae traditioni pene omnia valdo contraria 4). » Neque mitiora legimus apud Bedam, Paulum Diaconum, Humbertum Cardinalem. Et quidquid a Graecis vel sanctitate conspicuis dici potuit, ab cis emendari non valuit quod ecclesia mater et iudex reliquit inemendatum 5).

Alia tamen ae solemnia Trullaoorum de sacris imaginibus verba ad occidentales pervenisse, plus minus innocua, testator primum vetus quidam liber gandavensis 6), deinde priscus ille et egregius scriptor *Tripartitae* quae dicitur *Collectionis* 7), qui trullanos canones septem et decem in suam decretorum eclogem invexit, unde inoffenso pede eadem ad Yvonem, postea ad Gratianum pervenerunt. Haec vero quasi privatim acta sunt. Ecclesia enim, io orientalibus negotiis, ea usa est indulgentia simul et prudeotia, ut, praeter nicaenos et sardicenses canones, nullas alias veterum huiusmodi synodorum regulas, qua ad ecclesiasticam disciplinam pertinent, publicis verbis confirmaverit. Quae ergo spes erat futurum esse ut romano suffragio ea stabilirentur, quae conflata erant a coetu, oomen sibi arrogante oecumenici concilii, in quo omnia, inscio aut excluso summo pontifice, ad outum profani imperatoris, acta sunt, in quo denique byzantina invidia non semel romanas et apostolicas institutiones arrosit atque momordit?

Cur vero Graeci conspiraverint ut io regulis adeo caducis et lubricis arcem disciplinae suae collocarent, fecit quidem cum innata eorum κακοζηλία, tum etiam peior adversus Latinos aemulatio, tum quoque in aula byzantina praepotens et inveterata res sacras affectandi cupido, tum demum illud vel maxime, quod in veteri-

1) *Enodavit*. Liber Pontific. p. 172, 173, 177.

2) *Extendere*. Labb. VII, c. 285. De his iterum alias.

3) *Suam*. cf. can. LXXXII.

4) *Contraria*. In praef. ad Conc. VIII.

5) *Inemendatum*. Lupus, nescio quibus lynceis oculis vidit tam Isidori decretales quam canones trullanos fuisse ab Ioanne VIII. in concilio trecensi penitus cribro purgata. p. 1078. Quod ad trullanos spectat, ne latinitate quidem eos donari Ioannes VIII, Anastasio referente, videtur permisisse.

6) *Gandavensis*. Laurentius Surius detexit primus in vetusto codice monasterii S. Bavonis canonum collectionem a Gratiani decreto haud absimilem, sed in quinque partibus divisam, in cuius libro IV, cap. 56, sub hac epigraphe: *Titulus de canonibus apostolicis et de synodis principalibus*, primum legebatur aliquid ex canone I trullano et brevia notitia de synodo VI, deinde IX capitula quae ego vellem et sextae synodi esse et sinceriora. Omnia sane optimae frugi, sed plura ex concilio vormatiensi esse iam Surius vidit; alia in S. Benedicti regula ῥητῶς et disertius in cap. IV: « Quae sint instrumenta bonorum operum.» Tum alia aeque optima iubent ut presbyteri per vicos et villas scholas habeant, nihil a pueris aut parentibus stipendii gratia accepturi. Sed haec quam longissime a trullanis absunt. Adde quod Surius similia quaedam vidit in alio gandavensi libro quem nuncupat *rubeum* 2, num. 135, neque ego ipse negarem non versavisse me quaedam id genus in publicis Belgii tabulariis. Cf. Labb. t. VI, col. 1203 1207.

7) *Collectionis*, Vide indicem superius, p. 3.

bus ecclesiae synodis plenius et integrius regulerum ecclesiasticarum corpus nondum editum fuerat; quodque in eo, velut in speculo brevi et commodo, universa propemodum de rebus, causis personisque saeria tractatio inveniebatur, operose perfecta et expolita, tamque priscis quam novis, tam bonis quam malis artificiose mixta et composita. Quae quidem totius operis indolea, de qua superius pauciora verba fecimus, nova sane est, neque silentio praetermittenda. Mos erat veterum in ecclesia iudicum ea quae ipsis et Spiritui sancto visa erant, συντόμως dicere et σεμνῶς, brevi tomo concludere, in concinna et argota pronuntiare sententia, sua in primis, non aliena munire auctoritate, suis denique magistrorum, non aliorum verbis exprimere. Trullana vere synodus corrasis undequaque pannis induitur, rudi filo quo male laciniae iunguntur, minime dissimulato 1); utraque manu stipem accipit; hinc Africanos, illinc Armenos, immo Romanos habet vectigales; a foribus ostentat merces acceptas, neque tacet munera et tributa. Grandia quoque nomina praefert; a limine Theologi imago assurgit 2), non desunt alii, longo agmine: Basilius, Chrysostomus, Iacobus, frater Domini Salvatoris; tum ab imperaturibus pompa augetur. Quae sane, ut semel iam dixi, quum vix deceant antistites, inter aras et altaria de rebus sacris meditantes, eos magis redolent, quorum ipsa synodus mores insectatur, scilicet eos qui capillos ad spectantium perniciem artificiosis nexibus intorquent; » aut illos νομομαθεῖς, quos « Graecorum moribus usos, cylistras peragere, et insuntas vestes per compita circumferre non puduit. »

Στρωματώδες illud opus, qualecumque sit, cum diu in tenebris iacuisset, Parisiis primum prodiit graece excusum, anno 1540, ad fidem tiliani codicis, ex quo Gentianus Hervetus suam expressit interpretationem. Altera editio graece et latine prodiit in Germania, a. 1551, nullo interpretis addito nomine, apud Andream Gesnerum. Eodem anno iam Turrianum inter et Albertum Pygium de his canonibus disputatum est 3). Crevit pugna, pro dignitate concertantium, quum agmini Magdeburgensium obstitit unus, qui exercitus et imperator erat, Baronius.

Interea ex unico tiliano codice, neque adeo vetusto, graeca prope modum intacta de manu in manum ad nos usque pervenissent, nisi quaedam modo ex Balsamone vulgato, modo ex Zonara, modo ex Beveregianis Pandectis, et paucissima verba hic illic emendata, forte et corrupta, in varias conciliorum et canonum bibliothecas, insciis pene coratoribus, irrepsissent. Invaluit vero semper Hervetiana versio, vel quum graeca mutarentur; quam quidem expungere nobis integrum non fuit, quum eam legem nostram esse oporteat, a receptis in communi usu theologorum et iuris ecclesiastici peritorum formulis quam minime recedendi. Tollere eo minus fas erat graeca vulgata, aut illa anxie repurgare ac perpolire, etsi non semel veterum mss. consensus alio suasisset, ac saepius taeduerit me inveteratae multorum socordiae, qui alii post alios iisdem offendere saxis maluerunt, quam e via pellere offendicula. Mirabar, quum editioni, ut aiunt,

1) *Dissimulato*. Digito monstravi stramineam telam in notulis, p 23, 26, 27, 30, 34, 45, etc. ubi manifesto titulorum et vocularum nexu totum texturis artificium proditur. Timotheum nescio quem et unde, alii addunt. Fabr. B. gr. XI. 720; Montfauc. B. mss. 624.

2) *Assurgit*. Sententia Nazianzeni primus canon orditur, et ultima postrema dictio est ipsum Basilii nomen; a priore igitur ut scena panditur, ita clauditur a posteriore.

3) *Est*. Post tria iam elapsa saecula, Turriani, quo vix doctior alius fuit in aetate sua, opera quotquot extant, recentia mihi videntur, inexhausta, et quod dicere piget, intacta propemodum. De Trullanis fuse habet libellus inscriptus: *De Actis veris VI synodi deque canonibus qui eiusdem VI synodi falso esse feruntur, et de VII synodo atque multiplici VIII*, Florentiae, apud Laur. Torrentin. 1551. De iisdem Turrianus iterum egit, sed raptim, in aliis libris *De Ecclesia et de Ordinationibus*, Colon. 1574, et *De dogmaticis characteribus*, Florent. 1561.

principi nimium fortasse primum fuerit datum, eamdem postea penitus remansisse neglectam 1). Mirabar ne lipsianae quidem Brunsii eclogae ea profuisse, quae Wolfius in suis Anecdotis sedulo collegit, ut Pandectas emendaret Beveregianos 2). Mirabar demum a mendis latinorum Graecos non abstinuisse, neque Spiridionem Meliam, neque Pedalii gubernatores, neque petroburgensis Nomocanonis censores caesareos, donec novissima collectio A. Rhalli, quem honoris causa nomino, ex unico saltem codice trapezuntino, saniora demum restituere incoeperit. Sed haec ad recentiorem iuris byzantini historiam pertinent, quae suo loco fusiori calamo persequemur.

Iam quae de nonnullis canonibus separate notanda sunt, ut certo ordine dicantur, primum de prooemiis ad fidem et canonum syntagmata spectentibus, tum, ut ipsa nos rerum series commode trabit, de clericis, de monachis, de laicis sermo continuus erit.

I

(Can. I, II.)

Id sane laudi potius Trullanorum patrum, quam vitio vertitur, quod exemplum dederint, in plerisque post eos synodis observatum, a fide inchoandi, praemissa generali sententia de iis quae potissimum credere et agere in Ecclesia oportet. Huc pertinent, praeter sermonem acclamatorium, primus canon et secundus. Displicet vero quod arrogantiae facile argueretur, id nimirum statim ab initio buccis inflatis propositum, nedum quinto solum et sexto concilio supplendum esse, sed omnes sive praeteritas sive futuras synodos ita praeoccupari, ut et iuxta prius definita nolle se aliquid adiicere aut quidquam adimere, et postmodum, praeter acceptas in hac synodo regulas, nihil omnino innovandum esse, pronuntient 3). Viam interea inno-

1) *Neglectam.* A primigenia editione tiliana canonum graecorum caeteras ad unam omnes, sive latinas, sive graecas, pendere deprehendi, statim ut rarissimus libellus mihi occurrerit. Et mox de Trullanis rem experiri lubet, neque locus mihi opportunior visus est quam inter has secundae curae notationes, in quibus praecipuos saltem canones penitius scrutari soleo. Satius enim visum est in conspicuo illo et nobiliore loco tilianam scripturam cum Wolfianis mixtam ponere, quam principem editionem sepelivisse in densa lectionum variarum sylva, quam superius tu vidisti, fortasse haud sine taedio, singulis foliis crescentem et pullulantem.

2) *Beveregianos.* Extant in Wolfii Anecd. sacr. et prof. t. IV, p. 143-171 (Hamburgi 1724, apud Theod. Christoph. Felginer) variae illae lectiones ex tribus codic. qui sub litteris A,B,C, designantur, sine ullo de eorum origine, aetate, auctoritate testimonio, nisi quod in praefatione monet collationem istam a Guilelmo Lluydio praesule Anglicano profectam esse. Tres quidem codices laudantur quorum tamen, ipso monente Wolfio, unus A fere omnem paginam implet. Et quum libri huiusmodi extra Germaniam non nisi aegerrime reperiantur, nil mirum haud prius ad me usque pervenisse Wolfii anecdota, quam superiorem tomum absolverim. Caeterum post locupletiorem copiam codicum britannicorum, quam Bouthio et aliis acceptam retuli, exigua sane ea sunt quae Wolfius praestitit, suo tamen loco in proximis notis et ad calcem huius tomi inserenda.

3) *Pronuntient.* Exordium inde facio canonum retractationibus, de quibus modo sermo erat, admotis, ut dixi, Tilii libro et Wolfii codice, sub litteris T, A deinceps designandis. Ac primum in prosphonetica oratione, titulus est ut supra p. 14, in nota 2 loco, nisi quod Wolfius e codice suo male recipiat ὡς ante ὑπέταξα, pro ᾧ, perspicuo sphalmate. Mox alterum Tilii mendum erit v. 7: διέπαρσιν, pro δι' ἐπάρσεων. Caetera id genus plane omitti brevitas haud omittenda iubet. — v. 15 καὶ ἱερὰ T. — v. 16 ἐπ' ἐκκλησίαις T. — P. 15, v. 3 τῶν οὐρανῶν διαψάντας T. — v. 10 ἀντανιστῶν A. T. Tres ultimas lectiones in Zonaram vulgatum transiisse notare me fugit. — v. 15 τῆς καθ' ἡμῶν τυραννίδος κατέλυσαν A. T. — v. 16 τοὺς λαοὺς T. — v. 22 ἐξεῖναι T. — v. 23 ὑπολείξαντα T. — v. 31 τοῦ παντὸς κόσμου T. Om. totum A. — v. 48 προείλω T. — P. 16, v. 2 πταισμάτων A. T. — v. 5 ἐν om. T. — v. 13 σύνοδοι, αἱ κατὰ διαφόρους καιροὺς ἀθροισθεῖσαι, δι' ὧν sic codex angelicae bibliothecae, inscriptus B. 11, 2, a quo singularia quaedam, raptim fasciculos chartaceos versando excepi, quae deinceps sub littera B erunt. - v. 32 θεολεκτοι (sic) συναθροισθῆναι σύνοδον A. — v. 34 συννεύσει τε καὶ συμπνοίᾳ A. T. συμπνεύσει καὶ σ. B. — v. 43 ἐπὶ τοῦτο T. — v. 45 ἐνεγράψαμεν A. — P. 17, v. 1. βασιλέως Θεοδοσίου A. βάσεως Θεοδοσίου B. Ex illa varietate inaspectata ac vix toleranda statim

vandi et omnia sua deque vertendi aperiunt duplicem.

Ac primum sese ad nutum caesareum ita omnino componunt, ut sextam synodum oecumenicam dicere non dubitent, « maiorem firmitatem ex eo accepisse quod Constantinus imperator eam suo signaculo munivit, ad futuram in omnia saecula securitatem non movendam, neque agitandam.» Nec satis erat; de ipsa trullana sua aiunt: « Sanctam hanc et divinitus electam universalem synodum congregari decrevisti, . . propterea ergo tuae pietatis iussu, sacros canones scripsimus.» Et quum Caesari dedissent quod certe Caesaris non erat, synodum edicere et convocare, synodo iubere quae decernenda erant, eidem concesserunt ut decreta primus sua profana manu signaret, et ab eodem postulaverunt ut qui litteras ad convocandum ediderat, alias ad confirmandum promulgaret. Et hoc primum ecclesiae byzantinae peccatum est, et in nova et infausta quae incipit rei sacrae gerundae ratione, initiale crimen, ex quo prolixa malorum colluvies ad seros usque nepotes redundavit.

Alterum est, novae Romae in seniorem vituperium, arrogantisque filiae contemptus, in matrem et magistram insurgentis, suamque fidem legemque suam, vel in totius orbis catholici dedecus, iactantis et vindicantis: quae quidem tumida prurigo tam e primo quam e secundo canone emicat et pullulat. In primo quidem non omisere rancidam illam et recantatam in Honorium pontificem romanum refricare calumniam. Qua de re verba vel pauca facere taedet, post immensos tantorum virorum de eadem controversia sermones, quos in hac nostra palaestra claudit summus Assemanus, dum pene per totum bibliothecae suae tomum quartum, vindicias exhaurit Honorianas. Abstinere tamen nequeo, quin causam aperiam cur etiam romani antistites Honorii famam aut silentio deseruisse suo, aut expressa vulneravisse sententia videantur: quae prudentissima oeconomia dura nonnullis et inelegantior existimatur. Mitto de corruptis tabulis querelas iustissimas; mitto iustiores de ignavia legatorum nonnullorum gemitus. Summam rem aequo animo consideranti perspicuum est, cum fuisse Graecorum indomitam superbiam, tum maxime a VI et VII synodo et inde ad Photium, ut neque haereticorum nomina e sacris diptychis erui, neque inseri Romanorum memorias, neque Sergium, Pyrrhum, Paulum, aliosque istiusmodi haereticorum antesignanos publice, aperteque reprobari licuisset, nulla denique in-

agnosce locum tenebris et spinis oppletum. Ac prima crux in eo figitur quod a Trullanis manifeste verba revocantur cuiusdam synodi anterioris, quae aut prima erit constantinopolitana aut ultima; illa sub Theodosio magno habita, haec sub Constantino Iustiniani patre. Et quum prioris acta fere nulla supersint, nihil ex illo latere suppetit unde lis dirimatur. Alteram tibi crucem ferent haec tria verba: δι' εὐσεβῶν κεραιῶν. Hervetum, quem quis audacior emendavisset, vertisse vidimus: *per viros pios et sinceros*, ac si legisset: δι' ἀκεραίων καὶ εὐσεβῶν. sed quo consulo, quave nixus charta aut membrana, nescitur. Ad rem igitur propius: ut protasi: ὥσπερ κ. τ. λ. respondeat apodosis οὕτω καί, sensus requirit duplices litteras imperatorias, ad convocandam synodum alteras, alteras ad confirmanda decreta. Tum respectu ad similem et vicinum canonis primi locum: ὅτης ἁγίας συνόδου πίστιν ὁ μειζόνως τὸ κῦρος ἐδέξατο, δι' ὧν ὁ εὐσεβὴς βασιλεὺς σφραγῖσι τοὺς ταύτης τόμους κατησφαλίσατο, tam certum videtur superiorum locum esse intelligendum de Constantino, non de Theodosio, quam pronum est legere deinceps et scribere: δι' εὐσεβῶν σου χειρῶν vel χειρῶν ἐπισφραγίσῃς, idque confirmare ex varietate vaticana: δι' εὐσεβῶν σου κεραιῶν. At alius iubebit, dum alia sollicitat, latina quidem potius quam graeca, sed a solemni aulae et ecclesiae byzantinae haud aliena consuetudine, at ibi quaerantur latinorum *tabellae cereae*, vel ceratae, quae ut *primae* et *secundae*, ita *divinae*, *piissimae* dici solebant, δι' εὐσεβῶν σου κηραιῶν, una tantum littera mutata. Nonne haec nostris simillima sunt, nonne haec byzantinis affinia et gemina? Vereor autem ut alius cautior vir uno verbo omnia exsufflet, ne apice quidem mutato: κεραῖαι quippe illi erunt *apices*, *litterae*; ecce enim Theophylactus Simocatta nostris Trullanis sat aequalis semel et iterum habet in Hist. p. 29 A et 104 B: βασιλείους κεραίας. Graecis vero *tabulae cera* illitae sunt κηρώματα, *ceratae* κήριναι, non vero κηραῖαι. Nec plura, ne videar morosius disputare de apicibus.

ter utramque Romam permansisset concordia, nisi antiquior passa aliquid fuisset in Honorii detrimentum. Propterea, integerrima fide sanctae sedis remanente, ipsoque Honorio in pace Ecclesiae certissimis testimoniis quiescente, permissum interea fuit, eum de incauta vigilantia argui, « quod, non ut decuit apostolicam auctoritatem, haeresim incipientem extinxit, sed negligendo confovit 1).» Sunt verba S. Leonis II, nec plura dicta sunt, nec duriora; quae demum sartam tectam relinquunt ecclesiam romanam, nec nisi sollicitiorem eam exhibent in tuenda fidei suae castitate et integritate 2).

Aliud in altero canone Trullani dederunt invidiae et superbiae exemplum, quod etiam levitate non caret. Vix sancitum erat in primo, nihil esse legibus addendum, nihil adimendum, quum in secundo adiiciuntur innumera, multo plura expunguntur. Sane praeter ea quae dudum certo et communi iure recipiebantur, edduntur LXXX canones apostolorum, et ad universam diriguntur Ecclesiam, quantumvis invaluerit varia de iisdem sententia apud ipsos orientales, ne notam Gelasii censuram, et parcimoniam Dionysii Exigui consultissimam memorem. Additur cyprianica pseudosynodus, qua nicaeno decreto de pascha, qua constantinopolitano symbolo de uno baptismate, qua et romanae et universae Ecclesiae iniuria fit apertissima. Addere etiam est copiosum CXXXVIII canonum africanorum codicem, praegrande utique opus peregrinae ecclesiae, graecae antiquitati plane ignotum, in multis a byzantina consuetudine adeo alienum, ut ab ipsis Trullanis oportuerit haud semel iisdem aperta fronte obsistere. Adde quod, sive Ioannis Antiocheni titulos, paucis ante annis latissime circumscriptos, amplectaris; sive classicam respicias Dionysii eclogam, ad X synodos probe reductam; sive longa modestiorem romanae ecclesiae sobrietatem mediteris, quae, ut pleraque consuetudini permisit, ita nullum unquam de disciplinae legibus syntagma publici iuris fecit, nicaenas tantum et sardicenses regulas usurpare solita; admirationem prorsus habet audax ecclesiae byzantinae facinus. Nulla quam sciamus praehabita deliberatione, nisi acta omnia perierint, nulla consideratione facta canonum re, loco et tempore dissimilium, uno tractu ingens legis ecclesiasticae corpus circumscribitur; et similia et contraria miscentur; peregrina cum domesticis, privata cum publicis ambulant; et quod gravius est, aequo iure procedunt tam quae sunt generalium, quam quae particularium, tam maiorum patriarcharum, quam minorum praesulum sententiae: quae omnia Trullani non sui tantum, sed universi iuris esse statuunt.

Maior admiratio fit, si quae de medio tolluntur, advorteris. Parum est expungi haud exiguum illud neque unius diei κειμήλιον constitutionum apostolicarum, quas, quum a multis iam saeculis uno certe et satis tranquillo alveo cum canonibus apostolicis fluerent, aut cum iisdem claudi, aut una currere oportuit 3). Unum est multo

1) *Confovit*. Epist. ad episc. hisp. Labb. VI. 1247. Consona sunt aut vix asperiora, sed a Graecis conservata, quae idem scripsisse dicitur ad Constantinum imperatorem de Honorio, «qui hanc apostolicam ecclesiam non apostolicae traditionis doctrina lustravit, sed profana proditione immaculatam maculari permisit.» Ibid. col. 1118.

2) *Integritate*. Can. 1, in editione tilliana, sine ullo discrimine cum prooemio scribitur et una cum eo sub eodem numero 1 ponitur.—P. 17, v. ult. om. T. τῆς ἀγνωσίας.— P. 18, v. 6 ἐν αὐτῇ.— v. 8 om. T. περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος φωνὰς quae A et B retinent et nobiscum restituunt. — v. 10 συνελαύνοντες T. — v. 12 προσελόμενον T. — v. 13 ὡσανεὶ τὸν κύριον T. — v. 14 ἐν ἐφεσίων T.—P. 19, v. 3 καὶ Θεὸν ἰδικῶς om. T. — v. 9. παραδεδώκασιν T. — Dioscorum ante Nestorium idem ponit, id quod intellectum subvertit eorum quae sequuntur. — v. 16 ὑφ᾽ ὑμᾶς T. — v. penult. καὶ συνελόντι T. —P. 21, v. 3 οὓς ἀπ. καὶ ἀν. om. T, B. — v. 6, 7 κρατεῖ κ. ἀσπάζεται... δοξάζει τε κ. κηρύττει... ἐπιχειρεῖ T, B. κρατῇ κ. ἀσπάζηται sic porro A.— v. 10 ἐπιχειρείσθω T, ἐκπιπτέσθω A. — v. 11 ὑφαιρεῖν T.— v. 12 δεδυνήμεθα τρόπον B.

3) *Oportuit*. Cf. nostrum tom. I, p. 110 sqq.

luctuosius, minus licet hactenus consideratum; et de quo ego vellem vehementiores caeterorum ante me referre querelas. Quid igitur? Romanorum pontificum litteras et omnes latinae ecclesiae regulas, praeter africanorum, aut calamo aut silentio deleri. Age vero: nullius ne aut exigui ponderis erant quae adhuc supersunt, romana *potentioris principalitatis* edicta, quae ad Dionysium, Athanasium, Basilium, Chrysostomum, Eulogium, Anastasium, iure suo et praeterea sollicite interrogati, mandarunt Dionysius alter, Iulius, Damasus, Gregorius magnus, tot alii et tanti? Ignota aut oblita erant quae cum plausu christiani orbis, plenis amplexibus accepta promulgataque fuerunt, una cum ipsis Graecorum canonibus, Nicaeae, Ephesi, Sardicae, Chalcedone et Constantinopoli? Exiguus erat aut ignotus Leonis Magni tomus, quem etiam nunc dicunt ἀληθείας στῦλον, fidei firmamentum, et quae piissimorum imperatorum aut precibus aut nutu aut iussu, in ipsa sacerdotii et imperii luce, edita sunt? Quid plura? Africana accipiuntur et unde? Unde emanaverit codex ille africanus non video, nisi ex dionysiana collectione, fortasse Dionysio ipso interprete graeco. At ibi praesto quoque erant aliae et eximiae latinorum regulae; ibi, praestantiores Romanorum pontificum epistolae, germanae utique et sincerae. Hic supellex africana, illic romanae opes. Hic Carthaginiensium et illic Romanorum leges. Illas non potuit una manus tollere, quin altera manus in has incideret. Sed ita valuit Byzantinorum invidia et infelicitas, ut sinu premerent Afrorum folia, ubi spinae non deerant, Romanorum vero fructus melle conditos respuerent. Quo illud ego penitius scrutari moveor, eo magis urget quaedam similitudo inter bipartitam Dionysii collectionem, hinc regulae synodorum, illinc pontificum romanorum litteras pulchre et iuste disponentis, et alterum illud graeci iuris corpus apud Trullanos editum, aeque biceps, aeque canonibus pollens et epistolis, ut vix unum ab altero non dicerem repetundum. Quod qualecumque sit, certe in maximum ecclesiae orientalis cessit detrimentum. Iam enim fuit codex legum ecclesiasticus, Orienti proprius et singularis, ea cum solertia et cum ea fraude structus, ut, quum nihil fere ex toto orbe romano retineret, quasi libellus haberetur repudii, byzantinam inter et latinam ecclesiam renuntiati. Semel enim inserto illo iure inque mores populorum funditus immerso, iam schisma a radicibus haeret; iam quod Deus coniunxit, seiungunt homines; pax a bello uno die distat, uno gradu vita a morte dividitur 1).

Quo magis praestat, priusquam firmatum ab oriente ad occidentem sit chaos magnum, certis notare indiciis, et iis quae ex trullanis canonibus potissimum eligantur, qualis ecclesiastica lex tunc temporis steterit, quae universa sacri iuris facies, quae disciplina cleri, quis monachorum ordo, qualis laicorum religiosa conditio: id quippe ipsa horum canonum series tripartita ex ordine certo docet, quorum pars prima videtur hunc prae se titulum tulisse 2):

1) *Dividitur*. In can. II p. 21 a versu 15 ἁγίων ad similem vocem v. 17 fit saltus, caeteris omissis in T. — P. 22, v. 2 τῆς ἐκκλησίας T. — v. 10 ἐν καισαρείᾳ A. — P. 23, v. 1. Altera in T. similis omissio ac supra, ob repetitam vocem μάρτυρος, fallente praeterea transitu unius paginae ad alteram. — v. 2 καισαρείας T. — v. 4 νύσης T. — v. 5. Τιμοθέου ἀρχιεπισκόπου ἀλεξανδρομεγαλοπόλεως (una voce T ut Pedal.) — τοῦ πρότερον A, T. — v. 7 de Cyrillo nihil T. — v. 9. καὶ τοῦ κυπριανοῦ T. — v. 11 προειρημένων om. T.

2) *Tulisse*. Idem plane titulus eo in loco legitur in A.

II

Περὶ ἱερέων καὶ κληρικῶν (Can. III-XXXIX.)

Fidem de romano primatu inconcussam hactenos remansisse, ex una et altera ex trullanis vocibus evincitur: ex secundo scilicet canone, ubi sardicenses integri canones memorantur; atque iudex ideo primos et ultimus maiorum caesarum, omoiumque arbiter episcoporum, romanus pontifex asseritur; tum etiam ex canone XXXVI, ubi *secundus post eumdem* aperte is dicitur, qui primus audiebat inter patriarchas orientales 1). Inde praeterea colligitur haud aliam esse huiusmodi sublimitatis originem, quam collatam, non ab imperatoribus, non a sacerdotibus, neque ab ullis hominibus, sed ab ipso Christo clavium potestatem; nec nisi Petro primitus et plene concessam, cuius honorem in aevum esse servandum patres Sardicenses statuunt; quem summum totius apostolatus culmen suspiciunt septimae synodi praesules; ad quem demum, ut caput sacerdotum, in Conone, in Sergio, in Constantino, successoribus suis viventem, totum hoc quantum erat corpus legum sub Trullo edictum, non semel neque iterum, sed tertio confirmandum mittitur.

At in eodem quem memini canone, multiplici vitio peccatum est: primo nimium est quod conceditur, tantum valuisse canonem constantinopolitanum; deinde si quid idem sonuerit, primum de solo honoris titulo, ut mox declarabitur, is intelligendus erat; tertio, tam ineptum est ab inferioribus posse primatum creari duplicem, quam velle ex iure tantum ecclesiastico oriri romanum privilegium; datur praeterea, non concedatur autem, constantinopolitanum fuisse a synodis positum ante tres caeteros patriarchas Orientis: pessime infertur eumdem iam romano aequalem esse et passibus aequis ambulare. Summum denique peccatum est, sub Trullo renovari famosum illud chalcedonense decretum, quo non romani tantum pontificis praerogativa temere et frustra minuitur, sed patriarcharum omnium iura conculcantur, sed trium exarchorum nonnosa frangitur libertas, sed metropolitarum pene deletur nomen, sed omnium Orientis episcoporum iurisdictio dissipatur et profligatur.

Ut ut est, in quo iam rerum statu ecclesia sita sit, propius intueamur: ab unico petrae fundamento primum una et trino Ecclesia, ex triplici patriarchatu romano, alexandrino, antiocheno, creverat in robustum et immortale corpus, cuius romanum caput nobilissimum universo orbi imminebat. Haec primum a nicaenis patribus incrementum accepit, quum sedes Hierosolymitana, honoris causa, sine ulla novae ditionis accessione, immo salvo caesariensis metropolitae iure, ad patriarchatus fastigium ascendit. Ex alia, ut videtur, romani pontificis indulgentia, tribus exarchis Asiano, Pontico et Thracico, sed Romanorum salvo in Illyricum iure, quaedam *αὐτονομία* permittebatur. Nondum elapso post nicaenum decretum uno saeculo, concilium constantinopolitanum et byzantinis praesulibus viam aperuit, ut alterum novi patriarchatus honorem sibi vindicarent; et stimulos addidit, ut nominis umbra minime contenti, tum in vicinos exarchos irrumperent, tum in causis patriarcharum uti sequestri sederent et arbitri, tum denique ipsam antiquioris Romae maiestatem affectarent. Confecta pene res fuisset in subrepticio chalcedonensi decreto, nisi tam fortiter romani pontifices obstitissent, ut etiam legibus suis imperatores, quantumvis habenas byzantinis praesulibus laxas

1) *Orientales*. Brevis canon est et pauca variant: vid. p. 43, v. 2 συνελθόντων T. — v. 4 ἀπολαβεῖν T. — v. 6 μεθ' ὃν A. — v. 7 ἀριθμείσθω θρόνος, εἶτα ὁ ἀντιοχείας totum om. T gravissimo lapsu. De hoc can. cf. Asseman. B. Iur. t. I p. 426; t. V, p. 101, et qui viam caeteris egregie stravit Tarrianus l. cit. p. 73.

darent, eorumdem fastum ad limites saltem vastissimae dioecesis suae coercerent.

Notaverit aliquis Trullanos pene siluisse omnino de exarchis et metropolitis, sive ob recentes Iustiniani novellas quae litem omnem sustulissent, sive propterea quod, bello per orientem saeviente, inter arma silere quam loqui satius esset. Cuius desperatae conditionis exemplum habes in canone XXXIX. Constantiam enim, sive antiquam Salaminam, pene excisam, Iustinianus iunior instaurari, suoque iusserat ornari nomine, quum civitatem, iteratis oppressam cladibus, totam commigrare voluit in Hellespontum, neque omisit addere civilibus turbis gravissimos rerum sacrarum tumultus. Advenae enim cuidam et peregrino Cypriorum praesuli Ioanni ut locus fieret, oportuit et Cyzicenum episcopum a metropolitano decedere throno, et provinciam Hellesponticam, vetere truncatam capite, in alienam coalescere ditionem, et, nisi nos falsa verba decipiunt, ex aliqua parte novo primati ipsa traduci privilegia, quae sibi Constantinopolitanus tanto cum ambitu arrogaverat. Sed adde quod, Cypro mox recuperata ex Sarracenis, quidquid a Trullanis adeo temere de Iustinianopoli actum erat, rescissum evanuit, et priscus ordo rerum denuo integratus est 1).

Pauca in trullanis canonibus de metropolitis dicta sunt et quae nullum omnino dubium movent. Revocatur enim in c. VIII munus quotannis synodum provinciae convocandi metropolitae commissum 2). In c. XXXV consuetudo qua vacanti ecclesiae, donec alius eligeretur episcopus, metropolita providebat, in eo restringitur, quod ecclesiastica bona sub custodia cleri maneant, nec nisi quum clerus deficiat, a metropolita gerantur 3), ex integro post modum novo episcopo restituenda.

Quae vero proprie spectant ad episcopos, vix plura in hisce canonibus occurrunt: in XVII et XVIII iubetur, ne episcoporum clerici in alienam ecclesiam recipiantur 4), ne exceptis quidem iis, quos barbarorum incursiones pepulerunt 5). Duobus sequentibus (XIX, XX) revocatur praestantissimum episcopi munus praedicandi verbum, sed « sanum et irreprehensibile, » sacrae nimirum scripturae sanctisque patribus consentaneum; assidue vero, aut in singulis diebus aut saltem dominicis 6); nunquam autem in aliena ecclesia, nisi concionator velit cadendi ab officio poenam sustinere. In duobus aliis canonibus, XXXVII et XXXVIII, primum de episcopis in partibus infidelium, ut aiunt, sive inter barbaros positis, aperte agitur 7); deinde, ut duris satis fiat tempestatibus, permittitur mutatis civilibus typis ecclesiasticarum quoque rerum ordinem aptari, via sic facilius aperta innumeris ecclesiarum innovationibus, imperatorum iubente arbitrio, qualiter in sequente canone XXXIX, ut vidimus, Cypriorum simul et Cyzicenorum ecclesiis accidit.

Hic vero sistere te ne pigeat, ubi iam

1) *Est*. Cf. Assemau. t. 1 p. 389-392, t. IV, p. 142; t. V, p. 45. Tilius cum nostris consentit. De varietate gravissima κωνσταντιέων diximus p. 44.

2) *Commissum*. P. 28 v. 6 ὡς τρόπῳ T, B. — v. penult. καὶ ταῦτα ὑγιαίνοντας B.

3) *Gerantur*. P. 42 v. 1 τῶν πάντων T. — v. ult. ἀποδοὺς T.

4) *Recipiantur*. Can. XVII p. 33, 34, v. 5 ἄδειαν ἔχῃ T. — v. 7 καταισχύων (sic) τό γε ἐπ' αὐτῷ T.

5) *Pepulerunt*. Can. XVIII p. 31, v. 3 ἰδίαν τὴν ἀναχώρησιν A, T. — v. 6 ἐπαναδράμοι T.

6) *Dominicis*. Can. XIX, p. 34, v. 1 παραδοθέντας T. — v. 5 ἵνα μὴ om. A, T. — v. 10 προσήκοντες T. — v. 11 αὐτοῖς T. — Can. XX, v. ult. τοῦ πρεσβυτερίου T.

7) *Agitur*. Can. XXXVII, p. 43, v. 3 ἐπ' αὐτὸν T. — v. 5 πάντα αὐτῷ ἐπισκόπῳ T. — v. 11 τὸ ἀπόκριτον T, ἀπρόκριτον A. Hic frustra editos et mss. libros undequaque sollicitavimus, ut luxatae periodo medela, et obscurae pericopae aliquid lucis afferretur. Remanent multae in phrasi struenda ambages, neque etiam per me licuit auferre horridiorem vocem ἀπροχρηματίστου, quam refugisse lexicographi copiosissimi videntur, etsi ius quoddam civitatis dederint affini vocabulo seque peregrino προχρηματίζω, et etiam adverbio ἀπροχρηματίστως. — Can. XXXVIII p. 44, in fine: ἡ τάξις ἀκολουθείτω T.

Trullanos peccavisse non dixeris quin simul Chalcedonenses, quorum eadem verba sunt, peccavisse censeas. Notaro autem in primis est, ne ullum quidem in quinque prioribus saeculis certum dari vestigium penes imperatores fuisse quamcumque facultatem sive erigendi episcopatus, sive tollendi, sive transferendi. Neque de Occidente loquor, in quo palam est ad solum pontificem romanum id ab omni aevo pertinuisse, ac veluti unam ex maioribus causis rovocatam semper fuisse et reservatam. Verum in Oriente, usque ad Iustinianum et ulterius, vidimus novas cathedras erigi plerumque a patriarchis, potissimum a metropolitis, aut exarchis, nullibi vero et nunquam ab imperatoribus. Metropolita erat Phoedimus Amaseae, qui Gregorio Thaumaturgo recenti episcopo novae Caesareae ecclesiam decem et septem fidelibus constantem commisit. Uti Exarcha, sanctus Basilius dolentem Nazianzenum fecit episcopum in vieulo Sasimorum. Athanasius suum fecit canonem laodicenum LVII, in quo totum negotium solius episcopi conscientiae committitur. Et alia id genus multa, absque ullo ad imperatores respectu. Quid igitur de chalcedonensi et trullano decreto sentiendum? An merae assentantium Graecorum nugae? At necessarias alique modo esse christianorum imperatorum opes in condendis extruendisque novis aedibus, eorumque munus esse, piissimorum regum exemplo iussum et confirmatum, haud parca manu ad id largitiones effundendi, recte putaerunt existimare Chalcedonenses. Patronorum licuit fovere munificentiam, quin ullum creandi et instituendi ecclesias ius traderetur: aliud quippe sedem episcopalem erigere, aliud rei executioni ferre suppetias. Hec autem et illud grex byzantinus adeo perverse miscuit, ut Balsamonem, aut alium memorem, non puduerit in hunc modum delirare: « Fieri episcopos de novo in paroeciia sine regio mandato non permittitur, etiamsi millies consenserit, qui eas habet episcopus. Synodice enim constitutum est (ubi gentium, amabo?) ut nec ipsa magna synodus sine iussu regio possit novare episcopos 1). » Hactenus ille.

Pergere lubet ad alios canones trullanos, qui presbyteris et clericis ita non conveniunt, quin aeque in multis ad episcoporum officia pertineant; omnia vero adeo plana et obvia sunt, ut brevi compendio defungar 2): nulli videlicet fas esse cauponarias habere tabernas (can. IX); nulli, cum Iudaeis in azymis, in medicamentis, in balneis (can. X, XI); nemini, in sacros recipi ordines, nisi legitimam aetatem assequatur (can. XIV, XV); nemini, theatris, hippodromiis, nuptiis interesse (can. XXIV). Haud valere, nisi post XXX annos, sine lite transactos, ius possidendi ecclesias (can. XXV.); nunquam, vel in itinere, mutandam esse vestem clericis solemnem (can. XXVII). Tum haec et alia optimae frugi Graeci meditentur, qui ad nauseam usque trullana decreta nobis regerunt; neque omittant sive presbyteri, sive monachi, quorum quisque nunc miratur promissam passamque per humeros caesariem, ex can. XXIII discere, iure tonderi clericos; neque, nisi quum in laicorum locum ob scelera detrusi, non resipiscant, tunc iuberi ut comas inverecunda nutriant 3). At maximopere iisdem illud considerandum, quo insanabilia ecclesiae byzantinae plaga frustra detegitur, « eos qui pecuniis ordinantur, sive episcopos, sive qualescumque clericos, esse deponendos (can. XXII);» tum etiam « ut nullus sive episcopus, sive presbyter, sive

1) *Episcopos*. Ad can. chalcedon. XII, XVII.

2) *Defungar*. Can. IX, p. 28; can. X, XI, p. 29; can. XIV, p. 31; can. XV, p. 31; can. XXIV, p. 36; can. XXV, p. 37; can. XXVII, p. 38. Omnia cum tiliano libro concordant.

3) *Nutriant*. Can. XXI, p. 35. — v. 4 δι' ἧς T. — v. 5 καὶ τοῦ κλήρου T. — P. 36, v. 1 ἀφαιρῶνται T. — Can. XXII, XXIII ibid. sine varietate.

diaconus, ob sacrae communionis gratiam quidquam, ne obolo quidem excepto, recipiat (can. XXIII). Diaconis iubetur, ut saepe alias, ita canone VII, ne coram presbytero sedeant. Tum recte quidem asseritur (can. XVI), plures quam septem diaconos posse in singulis ecclesiis institui 1), sed ab inepta Actuum apostolorum interpretatione, primos scilicet septem diaconos profano potius mensarum ministerio, quam sacris fuisse mysteriis deputatos.

Maiorem sane observationem caetera merentur, quae de ritibus statuuntur: ne eucharisticae oblationi 2) uvae misceantur (can. XXVIII); ne ieiunium in feria V magna intempestivo frangatur (can. XXIX); ne minuatur reverentia baptismo sacrisque mysteriis debita (can. XXXI, LIX, LXXXIII); ne haeretici 3) aut peccatores temere in ecclesiam recipiantur (can. XCV, CII); ne denique nonnullae Armeniorum consuetudines 4) usurpentur (can. XXXII, XXXIII, LVI, LXXXI, XCIX). Hic vero aequum est non omittere quas egregie scripsit Assemanus Armeniorum vindicias, ut nisi omnia, plura tamen, quae Graeci reprehendunt, aut solverit omnino, aut multum mitigaverit. Haec vero quum uberiore iam aliorum commentario declararentur, ea paucis coercenda existimavi.

Utinam aequo liceat aut citato perstringere stylo, aut silentio praetermittere, aliam canonum seriem, eo caeteris celebriorem, quod praecipuam iodo et luctuosam Trullanis patribus famam creari oemo noscit. Ecce enim novum dissidium, quo vix aliud exitiosius, Graecos inter et Latinos oritur; ecce vulnus Ecclesiae adeo acerbum infligitur, ut post mille et amplius annos, quasi recenti sanguine madeat: uno verbo, de sacra cleri castimonia dicendum.

Sane Ecclesia Christi virginis virgo hactenus remanserat, qualis etiam nunc in clauso illo romani pomoerii horto, ubi sub oculis omnium pudica et candida Aaronia virga adeo firmas in petrae rimis radices egit, ut neque solis aestus florem excoquere, neque tempestatum turbo fructum unquam excutere valuerit; immo eadem virginitas universum Orientem odore suo perfuderat. Ea sane fuit in hac romana luce maiorum nostrorum integerrima sanctimonia, ut piaculo ducerent et inverecundiae, verba de tuenda Siriciana lege facere 5), quam ipse optimus pontifex, post Tertullianum 6), ab ipsis apostolis repetere non dubitavit, dum illam renuntiaret ad Gallos, ad Hispanos, ad Afros, ad ultimos occidentales. Testes habemus ipsos Trullanos hanc legem per totam Africam ab aevo obtinuisse 7). Immo

1) *Institui*. Uterque canon levioris momenti est, sed prolixe editur can. VII, p. 27, 28 cum his varietatibus: v. 4 τυγχάνοι T. — v. 8 τοιούτῳ τολμήσοι T. τοιοῦτόν τι τολμῆσαι B. — v. 13 παραβολὴν ἐπέχων πῶς τ. ϑ. ἐ. λ. π. ἀ. A. B. T. — in fine: καὶ ὁ ταπεινῶν, ὑψωθήσεται T. — Can. XVI, p. 32, v. 7 περὶ ταῖς χρείαις T. — P. 33, v. 2 ἀντιπαστήσωμεν T. — v. 3 προσκαρτερήσωμεν T. — λόγος ἐπὶ παντός T. — v. 5 πρόχειρον T.

2) *Oblationi*. Can. XXVIII, p. 38; can. XXIX, p. 38, 39; can. XXXI, p. 39; can. LIX, p. 53; can. LXXXIII, p. 63.

3) *Haeretici*. Can XCV, p. 67, v. 1. προτιθεμένους T. — v. 10 παυλιανιστῶν T. — id. om. εἶτα προσφ. — P. 68, v. 4 om. id. τὴν δὲ ἁ. κατ. — om. omnia inter duas voces αἱρέσεων v. 10 et 12 interposita, inde omnium editorum incredibiles turbae et turpia peccata. De eodem canone disputabitur in epistola ad Martyrium paulo infra. — Can. CII, p. 71, v. 4 τῇ ἁμαρτίᾳ T. — v. 6 κλίνης παραφυάδας A. — v. 7 ἀντιστραίη A, T. — v. 9 ἤτοι A, T. — P. 72, v. 2 αὔξανη T. — v. 6 ἐπιδοῦναι T. — v. 10 δοκιμάζοντι οἰκονομ. T. — v. 13 τῶν παραδοθέντων τύπων T.

4) *Consuetudines*. Can. XXXII, p. 39, 40, ubi v. 5. οἶνον παρέδωκε om. T. — v. 17 τῆς θείας πλευρᾶς καὶ τιμίας T. — v. 19 ἐξεχύθη... κατὰ πάσης δὲ ἐκκλησίας T. — can. XXXIII, p. 41, v. 2 καταγεσθαι T. — can. LVI, p. 52, 53. sub init. τεσσαρακοστῆς τῶν νηστειῶν ἡμέραις, ὡς A. — Can. LXXXII, p. 62, v. 4 ἀνπλασαν T. — Can. XCIX, p. 70. De his canonibus cf. Asseman. t. I. p. 409, 431, 578, 581; t. III, p. 2, 24-31, 48 62; t. V, p. 100, 201-214, 225, 242-272, 287-294.

5) *Facere*. Epist. I. ad Himerium c. 7; epist. V ad Afros n. 3. Custant. p. 630, 655.

6) *Tertullianum*. De Monogam. c. 8.

7) *Obtinuisse*. Carthag. conc. II a. 390. canone 2 nihil luculentius: «Gradus isti tres constrictione quadam castitatis per consecrationes annexi sunt... ut quod *Apostoli docuerunt et ipsa servavit antiquitas*, nos quoque custodiamus.» Sic Siricius ad Afros: «Quae *apostolica et patrum* constitutione sunt constituta.»

dum pro sua mira humanitate permittunt imbecilliores presbyteros barbarorum in continentia et sobrietate vivere, testimonium est etiam apud Scythas Slavosque aut vicinos Germanos, forte et usque ad hyperboreos tractus, floruisse clericorum virginitatem. Et Socratis testimonium affertur 1) de Hellade, de Macedonia, de utraque Thessalia. Cypriorum vero testem ciemus, omni exceptione maiorem, Epiphanium 2); Cretensium autem Pynitum, Gnossium, pene apostolicum virum, aientem haud sine nobilis gloriae sensu, « tantum adolevisse populum suum, ut hac perfectiore doctrina et solidiore illo cibo educaretur 3).» Cum his tamen nondum ex omni veteris latinitatis termino egressi, stamus adhuc intra ultimos romani patriarchatus fines.

Quid igitur in caetero orbe? Verum enim vero de toto Oriente Hieronymus 4) ad Vigilantium clamat: « Quid facient Orientis ecclesiae? Quid Aegypti, et sedes apostolicae, quae aut virgines clericos accipiunt, aut continentes? . . . Christus virgo, virgo Maria; utriusque sexus virginitatem dedicavere Apostoli, vel virgines, vel post nuptias continentes; episcopi, presbyteri, diaconi aut virgines eliguntur, aut vidui, aut certe post sacerdotium in aeternum pudici.» Sic ille, in Iudaea, quasi tubae vocem attollens, pro Hierosolymae, pro Alexandriae, pro Antiochiae ecclesiis, nisi pro universo potius orbe sonet. Haud aliter in Asia patres Chalcedonenses 5); neque dissimilia Basilius in Ponto, qui adeo urget eumdem castitatis canonem, ut, ne plebs laedatur, septuagenarium Gregorium presbyterum a mulieris contubernio arceat asperrime 6). Et asperior orat Eustathius in Armenia 7), et rigidiores alibi Novatiani, inter quos media Ecclesia, aeque prohibuit ne aut nimius zelator in haeresim rueret, aut dissolutus ἄσωτος in laxiora dissiparetur. Testis demum universae Ecclesiae sit christianorum annalium parens Eusebius, quum in frequentissima encaeniorum celebritate apud Tyros, templum Christo aedificatum describens, in sublimi eius loco ponit sacerdotum vivos et stabiles ac firmos lapides, ex quibus « assurgit ampla ac regia domus, splendoris ac luminis plena, tam intus quam extra; quandoquidem non anima solum eorum ac mens, sed etiam corpus castitatis ac modestiae florido ornatu resplendet 8).» Et ab eodem accipe quae fuerit praestantissimae illius legis causa potior ac sublimior oeconomia. Sermo quidem verbis longus est, sed rerum pondere, fortasse et novitate, insignis: « Quippe quum, Deo favente, per evangelicam Salvatoris nostri doctrinam, innumerabiles gentes et populos, in urbibus et regionibus et agris, liceat nobis oculis intueri, eodem animo festi–

1) *Affertur*. Hist. 1, 22; V, 21.

2) *Epiphanium*. Haeres. XLVIII, 7; LIX, 4; de exposit. fid. n. 21.

3) *Educaretur*. Euseb. H. E. IV, 23.

4) *Hieronymus*. In Vigilant. n. 2. Opp. t. II, p. 388.

5) *Chalcedonenses*. Can. XIV, v. t. II. p. 527.

6) *Asperrime*. Vide in tom. superiore p. 605.

7) *Armenia*. Ibid. p. 487.

8) *Resplendet*. H. E. X, p. 386. ubi Valesius subdit: « Est hic locus illustris de castitate et continentia clericorum, qui tamen hactenus in obscuro latuit ob pravam interpretum versionem.» Accedat vero eiusdem locus alter, illustrior certe, verum et obscuriori nocte sepultus, quantumvis perspicuus et manifestus. Extat in Demonstr. Evang. lib. 1, p. 31, 32 ed. Vigeri, cuius interpretationem quadam elegantia lascivientem ad strictos apices graecos revocavimus. Cum omnia aurea sint, immo praeter omnem Eusebii consuetudinem expolita et exquisita, pauca lubet describere: Ὅτε σὺν Θεῷ διὰ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν εὐαγγελικῆς διδασκαλίας μυρία ἔθνη καὶ λαούς, κατά τε πόλεις καὶ χώρας καὶ ἀγρούς, πάρεστιν ἡμῖν ὀφθαλμοῖς ὁρᾶν σπεύδοντα κατὰ τὸ αὐτό, καὶ συντρέχοντα ἐπὶ τὴν κατὰ Θεὸν μάθησιν τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας, οἷς ἀγαπητὸν δύνασθαι ἐξαρκεῖν τοὺς διδασκάλους καὶ κήρυκας τοῦ τῆς θεοσεβείας λόγου, πάντων ἀπολελυμένους τῶν τοῦ βίου δεσμῶν καὶ τῶν πολυμερίμνων φροντίδων. Μάλιστα δ᾽ οὖν τούτοις ἀναγκαίως τὰ νῦν διὰ τὴν περὶ τὰ κρείττω σχολὴν ἡ τῶν γάμων ἀναχώρησις σπουδάζεται, ἅτε περὶ τὴν ἔνθεον καὶ ἄσαρκον παιδοποιΐαν ἀσχολουμένοις, οὐχ ἑνὸς οὐδὲ δυεῖν παίδων, ἀλλ᾽ ἀθρόως μυρίου πλήθους τὴν παιδοτροφίαν καὶ τὴν κατὰ Θεὸν παίδευσιν, τῆς τε ἄλλης ἀγωγῆς τοῦ βίου τὴν ἐπιμέλειαν ἀναδεδεγμένοις κ. τ. ἑ.

pantes et ad sancta evangelicae doctrinae praecepta concurrentes, quibus peroptabile sit ut doctores ac praecones, qui de divino cultu loquantur, omnibus et vitae vinculis et saeculi sollicitudinibus liberati, sufficere valeant. His autem summopere necessarium est, quo melioribus studiis vacent liberius, ut a nuptiis amovere se studeant, veluti qui divina et incorporea sobole propaganda occupati teneantur, et non unius neque duorum liberorum, sed acervatim innumerabilis multitudinis educationem et divinam disciplinam ac reliquae instituendae vitae curam susceperint.» Tum prosecutus ab antiquo foedore plura castimoniae exempla esse, et quid sit «oportere episcopum unius uxoris virum esse,» pergit dicere: «Verumtamen eos qui semel sacrati sunt, atque in Dei ministerio cultuque occupati, continere deinceps seipsos a commercio uxoris decet; qui autem non ad tantum assumpti sunt sacerdotii munus, iis dicitur ac propemodum palam omnibus praedicatur: «Honorabile est coniugium, et torus immaculatus: fornicatores et adulteros iudicaturus est Deus.»

Quibus ad rem plane Eusebius, ea ipsa redarguit quae post Trullanos clerici φιλόγαμοι soluerunt tum ex antiquo, tum ex novo instrumento adducere. Quis vero a me requiret ut plura respondeam ad alias eiusdem modi argutias de uxoribus apostolorum, de mulieribus Pauli comitibus, de nicaena Paphnutii fabula, de Gregorio Nazianzeni patre episcopo, de Synesii Cyrenensium antistitis uxore, de aliis Afrorum episcopis, quos maleferiati Trullani volunt, testibus tabulisque silentibus, coniugio indulsisse contra ipsius leges imperii publicas et foribus affixas? quorum fallaciam quis non videt in iis ipsis quae effutiunt? Adeo perverse canonem carthaginensem XXXIII interpretantur, ut ex illo non presbyteris tantum et diaconis, sed episcopis certa tempora pro libero uxorum usu concedi pronuncient, neque Zonaram puduit dicere, neque Balsamonem credere, eam fuisse per VII saecula conditionem episcoporum, qui tum demum a trullana synodo legem continentiae, neque citius recepissent. Eadem et aeque stolida est interpretatio decantati canonis V apostolorum, prohibentis ne presbyteri, dum in saeculo erat, legitima uxor, eiiciatur sine ullo honestae vitae subsidio. Ab ipsis vero Trullanis quaere an quidquam ibi viderint, nisi quod ipsi in suo canone XII statuerunt de uxore presbyteri in episcopum assumpti, provide et honeste in monasterio collocanda; nisi quod iubet theodosiana lex XLIV de episcopis et clericis; nisi quod scribit S. Leo Magnus ad Rusticum Narbonensem; nisi quod semel et iterum Gregorius Magnus litteris renuntiat; nisi demum quod sancte et caste provisum est in concilio II turonensi, in III lugdunensi, in III toletano 1), in sexcentis quae vel nominare longum est?

Unum superest, quod et minuendae invidiae causa, ac ne in eosdem videar iniquior, haud dissimulaverim. Vera mali origo est, quam Christianus Lupus accurate et acute vidit, in Iustiniani novella ad Ioannem praetorio praefectum, et in codicis lege ad Iulianum alterum praefectum: quibus hic profanus triumviratus licentiosam libidinem, quae graecos inter clericos, post acacianum schisma, grassabatur, sancire potius publica potestate quam cohibere maluit. Ut Trullanos silere decuit de aulica et inhonesta canonis sui origine, ita eos non oportuit arrodere simul et romanae et africanae ecclesiae integritatem. Solatio utcumque sit, o palatio, non ab Ecclesia istam effluxisse corruptelam, neque proin desperandum futurum esse

1) *Toletano*. Quae hic sunt acervatim congesta, distinctius exhibent ad can. XIII. Lupus, Catalanus, Espenius. Cf. praeterea Asseman. t. I, p. 38, 121, 418, 494-500, 526; t. V, p. 99, 101, 109, 126 147. Haud omittendus Turrian. p. 41, *De actis*, etc., qui uberius eadem retractat *De dogmaticis characteribus* p. 82 84.

ut, restituta ecclesiae orientali prisca libertate, et fracta quacumque imperatorum sive infidelium sive christianorum tyrannide, iterum floreat qui per quinque aut sex saecula etiam in Oriente stetit integerrimus clericorum maiorum coelibatus, iuxta «sanctissimae Romanorum ecclesiae, ut cum Trullanis loquar, exactae perfectionis canonem.»

Interim operae pretium est novam illam Trullanorum legem certis suis circumscribere terminis; omnimoda quippe libertas minime concessa est, sed multa ex loco, ex tempore, ex personis, ex gentibus repagula posita fuere, quae frangi nequeunt. Ac primum ab omni clericorum catalogo excluditur qui bis nupsit vel ante vel post baptismum 1). Aeque ac bigamus, excluditur qui iungitur cum vidua, cum dimissa, cum meretrice, cum ancilla, cum mima (can. III), cum virgine 2) Christi sponsa (can. IV). Deponitur clericus, etiamsi eunuchus fuerit, qui domi retinet personam 3) quae non sit ab omni sinistra suspicione aliena (can. V). Deponitur quicumque presbyter, diaconus vel subdiaconus, post ordinationem 4), uxorem ducere ausus fuerit (can. VI). Episcopus ab omni coniugio 5) adeo iubetur abbarrere (can. XII), ut si forte uxorem prius habuerit 6), post ipsius consecrationem, eam remotum in monasterium retrudi perpetuo oporteat (c. XLVIII). Cui demum sive diacono, sive presbytero coniugium permissum est, nihilominus stricte iubetur, ut ab uxore abstineat intra hos dies sacrae liturgiae dicatos: unde satis esset, piam latinorum sacerdotum consuetudinem quotidie celebrandi, solemnem fieri apud Graecos, ut etiam, iubente trullano canone, eadem omnibus sit lex 7) perfectae et perpetuae castitatis (can. XIII). Unius vero matrimonii adeo arcta conditio est, ut si presbyter illicitis nuptiis implicetur 8), dissoluto matrimonio nefario, tum poenae, tum continentiae subiiciatur (can. XXVI). Verum aliud est quod putem proprie spectare ad presbyteros ritus graeci slavos, polonos, valachos, serbos et bulgaros, ad eos scilicet qui sunt, respectu ad Byzantinos, in barbarorum ecclesiis, quibus, «ob eorum pusillanimitatem et non satis firmos mores 9),» ita candida synodus ait, indulgetur, ut nuptiis et uxoribus nuntium remittant (can. XXX). Qua nimirum haud poenitenda copia per me licet illos quos vocant presbyteros barbares, uti iam et frui, eoque plures Trullanis gratias habere, quod, nedum eamdem facultatem romanis sacerdotibus concesserint, quin immo iubent ut sive presbyter nostras, sive diaconus, «qui uxorem pietatis praetextu eiecerit, segregetur; et si perseveraverit, deponatur.» Haetenus haec. Iam sermo brevior sit de altera canonum parte quae inscribenda est, ut diximus 10).

1) *Baptismum*. Can. III, p. 23, 24. — v. 11 ἔτους ἐσχ. B. — v. 14 πάθει περιπαρέντας T, πάθει περιπεσόντας A, ὑποπεσόντας B. — ἡμῶν συνελεύσεως A. — P. 25, v. 6 τοὺς δὲ om. T. et in fine χήρα δέ. — v. 9 ἠεχθέντας T. — v. 10 καὶ ἀποκινηθέντας A. — αὖθις αὐτοῖς T. — v. 14 μόνον ἱερατικῶς T. — v. 18 χήραν λαμβάνοντα T.

2) *Virgine*. Can. IV, p. 26.

3) *Personam*. Can. V, ib. v. 2 ἢ θεραπαινίδας A, T. — v. 5 παραφυλαττέτω A.

4) *Ordinationem*. Can. VI, ib. v. 1 ἐπειδὴ παρά T. — v. 2 προσταγόμενον T, B.

5) *Coniugio*. Can. XII, p. 29, v. 4 τοῖς ἄλλοις τιθέντες B, T. — v. 3, 4 ἐπ' αὐτοῖς προελθοῦσαν τῆς ἐπισκοπῆς χειροτονίαν οὐ παραιτοῦνται πρόσκομμα τοῖς τῆς ἐπισκοπῆς τιθέντες A.

6) *Habuerit*. Can. XLVIII, p. 50, v. 5 τῆς διακονίσσης A, T.

7) *Lex*. Audi sanctissima Innocentii I verba: «Multo magis sacerdotes quibus et orandi et sacrificandi iuge officium est, semper debent ab huiusmodi consortio abstinere.» Epist. II. Cust. p. 753.

8) *Implicetur*. Can. XXVI, p. 37. Huc etiam recidit satis intricata controversia de validitate apud Graecos matrimonii ordines sacros nefarie subsequentis, quam fuse et docte prosequitur Assemanus t. 1, p. 478 sqq. Huc velim omnino adeas, ut vim habeas verborum can. XXVII ὁ τοιοῦτος ἄθεσμος γάμος διαλυθήσεται. Locus erit plura disputandi ad Zonaram et Balsamonem.

9) *Mores*. Can. XXX, p. 39.

10) *Diximus*. Ad tilianum usque libellum idem titulus pervenit, sed paulo depravatus: μ' κανὼν περὶ μοναχῶν καὶ μοναστηρίων. Rectius A, ut caeteri codd. romani, quos vid. p. 45.

III

Περὶ μοναχῶν καὶ μοναστριῶν (Can. XL-XLIX).

Hisce X canonibus continuis providetur: ne puer ante annum decimum 1) vitae monasticae mancipetur, diuturniore mora praesulis arbitrio relicta (can. XL); ne quis inclusus segregetur, quin prius triennium se in communi convictu et anachoretica vita exercuerit, et alium annum se extra clausuram fortiter gesserit; semel vero sub benedictione episcopi clausus, nunquam e mansione exeat (can. XLI); ne in urbes vagi recipiantur eremitae, sed alterutrum eligant, aut tenere monasteria, aut in solitudinibus degere (can. XLII). Caetera, per se perspicua satis, sunt de recipiendis in monasterium peccatoribus (can. XLIII), de nuptiis monacho vetitis (can. XLIV), de modestia retinenda in prima monialium vestitione (can. XLV), de custodienda tam virorum quam mulierum clausura (can. XLVI), de vitandis incautis colloquiis, et socio itineris adsciscendo (can. XLVII), de conservandis denique monasteriis in perpetuum, ut semel fueriut episcopali auctoritate consecrata (c. XLIX).

Vita autem monastica in his canonibus dicitur μονήρης βίος, ἀσκητικὸς ἀγών, μοναχικὴ πολιτεία, μοναχικὸς ζυγός, ἀναχωρητικὴ διαγωγή, ἡσυχία, πολιτεία τὴν ἐν μετανοίᾳ στηλογραφεῦσα ζωήν, εὐλογία χάριτος, τοῦ ἀγαθοῦ ἐκλογὴ καὶ κατάστασις, ἡ ὁμολογία τοῦ κατὰ Θεὸν βίου, οἱ κατὰ Θεὸν ἀγῶνες: quorum quidem verborum alia sublimiorem illam philosophiam eodem modo describunt, quo melioris aevi veteres aureique scriptores; alia multiplex respiciunt monachorum genus. Frustra ibi quaeretur quoddam discrimen ascetas inter et monachos, quod ab initio fortasse intercessit, iam vero sublatum penitus est.

Tripartitam interea classem hactenus floruisse constat: primam et praecipuam, quae proprie monachorum est, sub uno praeside et communi regula viventium; alteram anachoretarum, sive in eremo clauso qui Laura dicebatur, et sub abbate manentium, sive in liberiori solitudine sibimet ad tempus permissorum. Alia erat tertia classis erémitarum, quibus certe solitudo unica cella erat et nullum omnino monasterium. Ad quos referre est stylitas, de quibus hi canones omnino silent, et inclusos qui in singulari et perpetua cella, post solemniorem episcopi benedictionem, claudebantur.

Adeo pauci antea fuerunt de monastico instituto canones, ut pigeret inde citius pedem referre. Veteres igitur hi ritus consideremtur: pueros ab infantia offerri, decennesque consecrari; haberi huius vitae primitias ut gratiae benedictionem, ut sacri sigilli impressionem, ut alterum pene baptismum; augustiorem etiam fuisse ad Christi virgines accessum, neque aditum caruisse nimiis floribus et ambitioso ap-

1) *Decimum.* Pag. 45, can. XL v. 3 et 5 προϊέσθαι A, T.— v. 7 τὸν μοναδικὸν A.— v. 13 κατακολουθήσαντες T.—P. 46, v. 7 ἐντεῦθεν αὐτῷ A.— v. 8 προσβιβάζοντες A. T.— Can. XLI, v. 4 Τοῖς... βουλομένοις T.— v. 7 κατὰ τὸν τόπον T.—P. 47, v. 9 om. αὐτοῦ post τὴν χεῖρα T.— Can. XLII, v. ult. καὶ τὴν ἐπωνυμίαν T. Moners hic me non pigeat, placuisse patribus concilii turonensis a. 1583 hunc canonem in suis decretis memorare.— Can. XLIII, p. 47, 48, v. 4 ζωὴν om. et legit T τῆς ἐν μετανοίᾳ στηλογραφούσης, continuo nexu cum πολιτείας.— Can. XLIV ibid.— Can. XLV ib. v. 4 προϊούσας T.— p. 49, v. 4 ἀφιεῖσαν τὴν ἐν τῷ T. —v. 6 μὴ μᾶλλον τις T.— Can. XLVI, p. 49.— Can. XLVII, p. 49, v. 1. Μόνη δὲ ἐν ἀνδρείῳ T.— p. 50, v. 2 εὐπρόσδεκτον A.— v. 3 πράξοι T. Etiam Hervetus supra legisse videtur εὐπρόσδεκτον, cum verterit *Deo gratum*. Totus vero locus liquido derivatur, ut recte me monuit vir doctus, ex D. Paulo, 1 Cor. VII, 35: τοῦτο δὲ πρὸς τὸ ὑμῶν αὐτῶν συμφέρον λέγω, οὐχ ἵνα βρόχον ὑμῖν ἐπιβάλω, ἀλλὰ πρὸς τὸ εὔσχημον καὶ εὐπάρεδρον (al. εὐπρόσεδρον) τῷ Κυρίῳ ἀπερισπάστως. Ad haec ultima vulgatus interpres: « Sed ad id quod honestum est et quod facultatem praebeat sine impedimento Dominum obsecrandi. » Hervetianam igitur interpretationem parce deflectendam esse iusserit aliquis in hunc modum: « Et ad id quod honestum est, et in assiduo ad Deum studio vitam recte componere. »— Can. XLIX, p. 50.

paratu, que magis fulgeret fortasse angelicus babitus, nigrum scilicet poenitentiae velum. Aliam demum celebritatem accessisse in severioris inclusorum cellae obsignationem, episcopi nimirum benedictionem, penes quem erat de arctiori illa solitudine pronuntiare. Absoluto igitur ad nutum praesulis sive abbatis tirocinie, receptoque in stadium monasticum novitio, campus illi triplicis cuiusdam agenis exercendi patebat: ac prima statio in vita communi degebat, quam triennie breviorem osse vetabatur; altera palaestra erat solitude anacboretica, remanente alique vinculo cum laura et menasterie, saltem per unum annum; quae quidem Trullanorum indulgentia forsan nimia fuit et ab omni antiquitate inselentier. Militia ultima erat, quae ad metam et coronam proxime ducebat fortierem quemque ut robustiorem, videlicet aut evehi ad columnam, aut in arctissimo carcere includi, et tanta fuit ultimi certaminis nebilitas, ut benedicendi illius gratia, episcopus cum abbate manus videtur conseruisse. Et cum hic tantum et vix alias loci episcopus memeretur, ad nermam chalcedenensis V canenis, satis apte eorum confirmatur sententia existimantium in eodem canone V, sub loci episcopo nen menaches peni, sed vages sive urbium, sive agrorum ascetas, neque inde ullatenus minui veterem monasteriorum libertatem. Sed, quemadmodum in Chalcedone vetitum fuit ne pius lecus, inconsulto episcopo, conderetur, consentaneum erat etiam inclusorum cellam, eedem invito vel inscie, aut claudi, aut aperiri nen posse; eodemque iure ad eum provocatur, ne menasteria, semel ab eo consecrata, unquam in profanes usus cedant 1). Sed pergendum ad alia.

IV

Περὶ λαικῶν (*Can. L-CIII*).

Ut in caeteris canonibus, ita in hisce ultimis sunt bona multa, sunt quaedam mediocria, mala quoque plurima sunt. Mala enim anathemata, temere ob ieiunium sabbati 2) in romanam illata ecclesiam (can. LV). Vix tolerabilius censuris prohiberi baptismum domi collatum (can. LIX). Et quis feret dira totidem eggeri 3) sanguinem et suffocatum tangenti, quet fornicanti (can. LXVII)? Gravius est coniugium cum baeretice 4) non prohiberi solum, sed dissolvi (can. LXXII). Item asperius intentatur et sacerdeti et fideli segregatio, si aliter quam manibus cancellatis 5) sacra eucbaristia recipiatur (can. CI).

Vel in ee tamen, ut in multis id genus praeceptis, rara et exquisita sunt vetustatis vestigia, quae deosculari licet: sic renevatur e synode laodicena praesanctificatorum 6) liturgia (can. LII). Quibus adde quae in superiore canone XXXII distincte, et fertasse tum primum ita memerantur, tres liturgiae sanctorum Iacebi, Basilii et Cbrysostomi. Spiritualis e baptisme affinitas cum naturali cenanguinitate 7) egregie confertur (can. LIII, LIV). Adhuc mel et

1) *Cedant*. Idem argumentum fusius in sequentibus conciliis recurrit, et peculiarem, ut spero, locum habebit ad calcem huius tomi.

2) *Sabbati*. p. 52, can. LV, v. 2 ἡμέραις καὶ νηστείαις T.—v. 4 τὸν κανόνα τὸν διαγορεύοντα T.—v. 8 τῇ ἁγίᾳ κυριακῇ T.

3) *Oggeri*. Can. LXVII, p. 57. Cf. Assemau. t. V, p. 99; Turrian. De Actis VI concilii, etc. p. 73, quae pagina rectius sub numero 81 poneretur, emendato typorum errore.

4) *Haeretico*. P. 59, can. LXXII, v. 2 ζευγνυσθαι, ἀλλ' εἰ καὶ φανεῖ τι T.— v. 7 καὶ οὕτω T.—v. 8 γάμου νόμῳ A.

5) *Cancellatis*. P. 70, can. CI, v. 5 ψυχῇ καὶ σώματι μετέχει A, T.— P. 71, v. 1 καὶ ἔμπροσθεν αὐτοῦ.—v. 5 προϊέμεθα T.— v. 6, 7 τοῖς τοιαῦτα δοχ. πρ. ἀφοριζέσθω T.

6) *Praesanctificatorum*. P. 51, can. LII.

7) *Consanguinitate*. Ib. can. LIII, LIV, v. 1 φωνῆς οὐκ εἰσελεύσει T.— 3 τινα τῶν T.— P. 52, v. 1 καταφυπαίνοιτο T; et sic mutila vox ad russicum usque nomocanonem sub oculis nostris venit. — v. 3 ἡ τοιαύτη σιωπῇ A, T.— v. 7 δυο κόραις T.

lao ad altaria 1) alicubi afferri narratur (can. LVII). Etiam alibi remansit, ut in persecutionum aevo, privata et domestica communio (can. LVIII). Iam acta martyrum 2) trutina expenduntur severiore, et martyrologia quaedam ab ethnicis conficta comburi iubentur (can. LXIII). Paschalis triumphus per octo dies 3) in psalmis et hymnis et spiritalibus canticis ducitur, silente circensium et theatrorum tumultu (can. LXVI). Interea ab ecclesiis arceantur 4) inordinatae vociferationes, et sacrae psalmodiae ratio et modus praescribitur (can. LXXV). Tam veteris et novi foederis divina bibliotheca, quam sanctorum Ecclesiae praeconum et magistrorum libri cum ea religione serventur 5), ut nihil ex illis vendi aut omi temere, neque conscindi, corrumpi aut tradi cauponatoribus vel myrepsis, unquam permittatur (can. LXVIII). Admirationem fortasse et curiosis veterum consuetudinum indagatoribus salivam movebunt ea quae spectant cynegetices ludos (can. LI), Hecatontarchas, ferarum domitores, nebulones 6), φυλακτηρίους, multiplices divinatores (can. LXI), et quae kalendas 7), vota, brumalia, veris et autumni ludibria (can. LXII), et quae neomenias 8) ac novilunii rogos (can. LXV), et quae nescio quos respiciunt νεμμαθεῖς 9), quorum tenebricosas κυλίστρας caeteris peritioribus declarandas permitto (can. LXXI). Prae caeteris demum celebria sunt decreta (can. LXXIII, LXXXII) de sacrae crucis honore et de sanctarum imaginum cultu 10) cum tanto plausu in VII synodo et ab orbe catholico excepta, ut inde moti plerique in caeteris quoque canonibus communi indulgentia recipiendis conspiraverint. Quibus ut ego satisfiam, et finem censuris notisque meis imponam, lubet huc adducere nova quaedam S. Gregorii II et S. Nicephori verba, egregiis praeconiis posteriorem canonem prosequentium.

Primus enim vero omnium quos historia nobis retulerit, et caeteris sane commendabilior, qui hunc de sacris imaginibus canonem in splendidam lucem produxerit, fuit S. Gregorius II, in iis quas ad S. Germanum scripsit litteras. Et mirari subit cur tam insignis locus fugere potuerit Lupum, Catalanum, Assemanum, et alios qui uberius de nostro disseruere argumento. Ideo fortasse latuit prope omnes, quod, neglecta vetere Anastasii interpretatione, neque oculis ad graeca conversis, plerique se contulerint ad recentiorem Gilberti Longolii versionem, qui hunc locum adeo misere discerpsit, ut omnem ferme sententiam dissipaverit. Unde graeca lubet ex integro hic reponere, et cum vaticanis codicibus simul ac vetere interprete Anastasio conferre diligenter.

1) *Altaria*. P. 53 can. LVII, LVIII, v. 3 παρὰ τὸ διατεταγμένον T.

2) *Martyrum*. P. 55 can. LXIII.

3) *Dies*. P. 57 can. LXVI, v. 6 συνευφραινόμενοι T.

4) *Arceantur*. P. 60 can. LXXV, v. 4 τὰς τοιαύτας ψαλμῳδίας T.

5) *Serventur*. Ib. can. LXVIII, v. 1 τῶν πάντων βιβλίων, quod Hervetus mutavit in βιβλίων; hanc vero vocem expungere, interpretationemque retinere in vulgatis conciliorum libris minime licuit. — P. 58, v. 3 ἑτέρῳ τόπῳ A. — v. 5 κατέχοι T. — v. 6 ἀποδῶνται T.

6) *Nebulones*. P. 54 can. LXI, v. 8 νεφοδιώκτας καὶ γοητευτάς T, quae ultima vox addenda erit caeteris plus minus corruptis variorum codicum. Tam mss. quam edd. libri consentiunt in sequentibus καὶ φυλακτηρίους καὶ μάντεις, quorum prius parvarum est, posterius vero glossema videtur a marginibus acceptum. — In fine συμφωνία T.

7) *Kalendas*. Can. LXII, p. 54, 55, v. 1 om. ὡς ἀσέμνους T.

8) *Neomenias*. Can. LXV, p. 56. Ultimi versus quantum a LXX recedant, tantum vulgatae cohaerent.

9) *Iuris candidatos* dixi, cum omnibus interpretibus et commentariis; id tamen par otiam est meditandum alterius, quum πολιτικοὶ νόμοι aliud fortasse non sint quam humanioris et elegantioris vitae leges, et κυλίστραι potius ad urbanitatem quam ad rem forensem aut theatra pertineant. Cf. p. 55, v. 2 ἀναγινώσκεσθαι T. — v. 4 ἀπέρχωνται T.

10) *Cultu*. Can. LXXXIII, p. 59, v. 3 παραπτόμενος T. — Can. LXXXII, p. 62, 63, de quo statim multo locupletius.

« Νομικὴ [1] μᾶλλον εἰπεῖν ἡ τοιαύτη ἔνθεος ἀνεστήλωσις, εἰ καὶ τῶν τύπων ἐκτυπωτέρα, καὶ τῆς σκιᾶς προτιμοτέρα [2] ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια. Διὸ μεγίστην σωτηρίας ὑπόθεσιν ἡ τῶν ἁγίων ὁμήγυρις θεοβούλως τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦτο [3] τὸ κεφάλαιον παραδέδωκεν [4]· ὡς ἂν ἐν ταῖς [5] ἁπάντων ὄψεσι, καὶ ἐν ταῖς χρωματουργίαις τὸν σεπτὸν καὶ ἅγιον χαρακτῆρα, κατὰ τὸ ἀνθρώπινον [6], τοῦ αἴροντος τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου ἀναστηλοῦσθαι [7], δι' αὐτοῦ τὸ τῆς ταπεινώσεως ὕψος τοῦ Θεοῦ Λόγου κατανοοῦντες [8], καὶ πρὸς μνήμην τῆς ἐν σαρκὶ πολιτείας, τοῦ τε [9] πάθους αὐτοῦ καὶ τοῦ σωτηρίου θανάτου χειραγωγούμενοι [10] καὶ τῆς ἐντεῦθεν γενομένης τῷ κόσμῳ ἀπολυτρώσεως.

Ac ne videantur haec a solis Graecis tradita nobis et conservata, eadem latine referat Anastasius prope aequalis; quem, nedum in Trullanos tenerior sit, animo saepe audivimus asperiorem quam verbis, quantumvis ferreus sit interpres: « Immo legalis, ut iam dicamus, huiusmodi est in Deo erectio, licet figuris magis signanda [11] et umbrae praeferenda sit gratia et veritas. Unde maximam salutis causam sanctorum coetus Dei consilio hoc capitulum tradidit[12]: [ut] in universorum vultibus, et colorum operationibus, venerabilem et sanctum characterem, secundum humanitatem, eius qui tollit peccatum mundi, erigamus, per eum humilitatis, celsitudinem Dei Verbi considerantes, et ad memoriam conversationis in carne factae, tam videlicet passionis eius et salutaris mortis, quam redemptionis, quae hinc mundo effecta est, manu quodammodo duci [13]. »

Quem vero taeduerit peregrinae huiusmodi tam latinae quam graecae ruditatis, velim is audiat, animum recreandi gratia, suaviorem Nicephorum, in confutatione pseudo concilii Iconomachorum.

1) Ex vaticanis 834 p. 108, 835 fol. 96, ottobon. 27 fol. 100. Cf. Labb. VII, col. 285. — 2) καὶ τῆς σκ. πρ. om. duo vatic. — 3) τοῦτο iid. delent. — 4) παραδέδωκεν. Ita fere Adrianus I eumdem canonem introducit in sua Nicaenorum patrum apologia ad Carolum imperatorem: « Ideirco testimonium de sancta sexta synodo protulerunt, ut clarifice ostenderent, quod iam, quando sancta VI synodus acta est, priscis temporibus sacras imagines et historias pietas venerabatur. Unde ipsa sancta VI synodus fideliter per canones orthodoxe (*forte:* pro canone orthodoxo?) statuens, ita constituit dicens: In quibusdam venerabilium imaginum picturis agnus digito praecursoris monstratus designatur, qui in signum relictus est gratiae. » Inde plura Adrianus omittit, quemadmodum Gregorius initium canonis neglexit. Labb. VII, col. 932. — 5) ὡς ἂν ἐν ταῖς iid. et ottob. ὥστε vulg. — 6) κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, optime illud hic dividitur ab adiunctis proxime: ἅγιον χαρακτῆρα τοῦ αἴροντος, ut ipsi nos interpunctione nova notare non dubitavimus. Et idem apposite distinxit quoque Adrianus, dum pergit: « Et post pauca: Secundum humanam figuram, et in imaginibus a nunc pro veteri agno retitulari decrevimus. » Hic vero stet quoque illud: κατὰ τὸν ἄνθρωπινον, ob supplendum τύπον. — 7) ἀναστηλούμενοι ottobon. — 8) κατανοοῦμεν id. — 9) τοῦ πάθους duo vatic. — 10) χειραγωγούμεθα ottobon. — 11) *Signanda*. Refinge, si iubet, omnia ab initio in hunc modum: « Immo legitima, ut ita dicamus, huiusmodi est divinitus erecta imago, licet figuris expressior... » Sanctus pontifex partim in his respicit canonem trullanum, quem mox adducturus est, et partim celebratissimam in Paneade civitate erectam imaginem de qua paulo ante loquebatur. — 12) *Hunc canonem ecclesiae dedit*, graece cf. Latina pergunt sine ulla distinctione: *in universorum vultibus* (*id est*, coram omnibus.) — 13) *Duci*. Anastasius secum, ut etiam graeca, consentit, tam in act. III, ubi Tarasius in epistola ad orientales patriarchas canonem recitat (Labb. VII, col. 165), quam in act. IV ubi tertia vice canon ex integro legitur et paulo elegantius vertitur ab Anastasio (ib. col. 233). Iam vero nullus omnino locus est, in quo novissimus interpres Longolius, non peccaverit ad risum movendum. En quae Gregorius dixerit, si quis id intellexerit Oedipus: « Ergo Ecclesiae capita et columnae talia fieri permiserunt et tradiderunt, ut in omnium oculis eiuscemodi picturas exhiberentur, sacer ille et venerandus typus, .. » Satis iam, superque.

Ἐπειδὴ δὲ καὶ οὗτοι οἱ θεῖοι ἡμῶν πατέρες κανόνας ἐτύπωσαν τῷ ἀποστολικῷ χαρακτῆρι ἀνήκοντας, κἀκεῖνοι, φασὶν, εὐαγεῖς κανόνας ἐξέθεντο, τούτους ἐκ παραλλήλου θέσθαι ἁρμόδιον, ὅπως ἂν γνῶμεν 1) ὅσον ἐν ἀλλήλοις τὸ σύμφωνον καὶ ὁμόλογον φέρουσιν. Ἡγείσθω δὲ τὰ τῆς ἀληθείας καὶ ἡμέτερα· ἐκπεφώνηται γὰρ παρ' αὐτοῖς κανὼν περί γε τῶν ἱερῶν τῆς σωτηρίου τοῦ Χριστοῦ οἰκονομίας συμβόλων, τοῦτον ἔχων τὸν τρόπον·

÷ Ἔν τισι τῶν σεπτῶν εἰκόνων γραφαῖς ἀμνὸς δακτύλῳ τοῦ Προδρόμου δεικνύμενος ἐγχαράσσεται, ÷ ὃς εἰς τύπον παρελήφθη τῆς χάριτος, τὸν ἀληθινὸν ἡμῶν... 2) Τοὺς οὖν παλαιοὺς τύπους καὶ τὰς σκιὰς, ÷ ὡς τῆς ἀληθείας σύμβολά τε καὶ προχαράγματα, τῇ ἐκκλησίᾳ παραδεδομένους κατασπαζόμενοι, τὴν ÷ χάριν προτιμῶμεν, καὶ τὴν ἀλήθειαν, ὡς πλήρωμα νόμου, ταύτην ὑποδεξάμενοι· ὡς ἂν οὖν τὸ τέλειον κἂν ÷ ταῖς χρωματουργίαις ἐν ταῖς ἁπάντων ὄψεσιν ὑπογράφηται, τὸν τοῦ αἴροντος τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κό- ÷ σμου 3) ἀμνοῦ, Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, κατὰ τὸν ἀνθρώπινον, χαρακτῆρα, καὶ ἐν ταῖς εἰκόσιν ἀπὸ τοῦ ÷ νῦν, ἀντὶ τοῦ παλαιοῦ ἀμνοῦ, ἀναστηλοῦσθαι ὁρίζομεν, διὰ τοῦτο 4) τῆς ταπεινώσεως ὕψος τοῦ Θεοῦ ÷ Λόγου κατανοοῦντες, καὶ πρὸς μνήμην τῆς ἐν σαρκὶ πολιτείας τοῦ τε πάθους αὐτοῦ καὶ τοῦ σωτη- ÷ ρίου θανάτου χειραγωγούμενοι καὶ τῆς ἐντεῦθεν γενομένης τῷ κόσμῳ ἀπολυτρώσεως.

Δυσωπείτω ταῦτα τῶν χριστομάχων τὴν μοχθηρίαν, καὶ πειθέτω ἃ καὶ τοὺς λίαν ἀγνώμονας πείθειν ἱκανά. Τί γὰρ τούτων λευκότερον ἢ λαμπρότερον πρὸς διδασκαλίαν καὶ πληροφορίαν τοῦ καὶ εἶναι ἐξ ἀρχῆς καὶ διαπρέπειν καὶ τίμια ὑπάρχειν, ταῦτα δὴ τὰ σεπτόγραφα, παρά τε ἱερεῦσιν καὶ βασιλεῦσιν καὶ χριστιανοῖς ἅπασιν; ἀξιόχρεοι γὰρ μάρτυρες τὸ ἀπαράγραπτον ἔχοντες, οἱ θεῖοι κήρυκες εἰσβαίνοντες, εὖ μάλα ταῦτα πιστώσονται· εἰ γ' οὖν οἱ παλαιοὶ τύποι ἐκεῖνοι τὸ ἄσπαστον καὶ τίμιον ἀπεφέροντο, τὸ ἐν τῇ χάριτι αὐτῇ πόσον· οὐκοῦν πεδείσθωσαν τὰς γλώσσας οἱ θεομάχοι, καὶ ἐμφραττέσθω πᾶν στόμα κενὰ καὶ παράνομα μελετώντων κατὰ τῆς χριστιανῶν ὑπολήψεως, καὶ πολλὴν τὴν συκοφαντίαν κατὰ τῆς ἐκκλησίας ἐξυφαινόντων. Καὶ τὰ μὲν τῶν ἁγίων ταῦτα (Codd. paris. 1250, coislin. 93.).

« Et quandoquidem illi divini patres nostri canones sculpserunt apostolico stylo conformatos, et isti quoque (Iconomachi) venerabiles, ut aiunt, suos canones ediderunt, eosdem iuxta alteros ponere commodum est, ne fortasse nesciamus quantum inter se convenientiam, quantumque consensum prae se ferant. Iam recenseantur quae veritatis et nostra sunt. Pronuntiatum est enim decretum apud illos de hisce sacris saluberrimae Christi oeconomiae symbolis, in hunc modum: ÷ In quibusdam sacrarum imaginum picturis, etc.» ÷

Pudore illa faciant antichristianorum improbitatem, eosque demum persuadeant ea quibus vel minimo sensu praeditos persuaderi promptum esset. Quid enim hisce verbis candidius aut quid splendidius, ut scire demum ac plene doceri detur, utrum ab initio et decus ac venerationem habere illas sacrae imagines tum a pontificibus, tum ab imperatoribus, tum ab omnibus christianis. Fidem enim vere martyres faciunt, id quod expungi nequit retinentes; divini praecones exurgant, optime eodem confirmatori. Antiquae igitur illae effigies si oscula et religionem susceperunt, quanto magis ipsa gratia obtinuit: ergo cohibeant linguas Dei hostes, et obturetur os quodcumque eorum qui vana et iniqua meditantur contra omnem christianorum existimationem, et plurimas in Ecclesiam calumnias assuunt. Sed haec sanctorum sunt....»

1) ἠγνοηκμεν in apographo meo, quod primum duxeram aliter emendandum: ὅπως ἂν μὴ ἀγνοήσωμεν vel μὴ ἀγνοῶμεν aut etiam μὴ ἀγνόωμεν, donec placuerit expungere potius unam aut alteram litteram quam modos et formas insolentiores introducere. —

2) ἡμῖν Coislin. Uterque parisin. om. clausulam integram: διὰ νόμου προϋποδεικνύντα ἀμνὸν Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν, ob occursu similis dictionis, ut fit saepissime. Ibi quoque alice peccatum est? — 3) ἁμαρτίαν τούτου ἀμνοῦ Tilian. — 4) δι' αὐτοῦ τὸ τῆς alias.

II.

CONCILII NICAENI SECUNDI

CANONES XXII.

I. Maurinos inter doctissimos qui saeculo proxime elapso floruerunt, fuit Carolus Tustanus, qui, quum nobilissimam in se provinciam suscepisset edendi opera sancti Iosephi Studitae, cum indefesso labore, per viginti et amplius annos, universam litterarum byzantinarum eiusdem aevi supellectilem nocturna diurnaque manu versaverat. Pendere iam interruptum tantae molis et laudis opus, eo magis dolendum est, quod egregium opificem ad alia longe abduxerunt et iniqua tempora sacrisque litteris adversa, et studia partium, ne iansenistici furoris deliria dicam, ac fortasse, sub obtentu rei diplomaticae, ambitiosa quaedam vanas captandi popularesque auras aemulatio. Interea Parisiis etiam nunc supersunt in residuis quas dicunt Sangermanensium schedis, immanes et spissi chartarum fasciculi, quos semel et iterum excutere non valui, quin scriptam fuisse a Tustano dissertationem viderim, « qua demonstrari voluit XXII canones, qui vulgo tribuuntur VII synodo, non fuisse ab ea conditos, neque editos 1). » Sed per laceras chartas et volatica folia immersus, ut adeo novem diatribam mihi expiscari contingeret, frustra nihil non movi. Inane desiderium auxit quod legebam ad calcem imperfecti operis quod idem reliquit, de Simoniacis et de Tarasii ad Adrianum pp. I epistola: « Hic locus est secundae dissertationis de XXII canonibus nicaenae II synodo vulgo ascriptis. » At is locus remanet vacuus. Frustra quoque fui in aliis libris aut viris interrogandis, qui idem argumentum aggrederentur. Multa quidem inter se Turrianus et Pygius, saeculo XVI exeunte, de auctoritate actuum nicaenorum disputaverunt, nulla tamen quem ego sciam, mota de canonibus suspicione. Nullam invenio in omni christiana antiquitate. Nullam inter ipsos coaequales, Photium, Nicephorum, Theodorum, Tarasium. Immo Photius eos XXII omnes, aut vix tribus quatuorve exceptis, in nomocanonem, qui eius nomine insignitur, inseruit. Tarasius, eius avunculus, scripsit epistolas, quae ab iisdem regulis nunquam separari solent, neque posse videntur. Theodorus Studites eiusque commilito grandiloquus Nicephorus ita de synodo generatim loquuntur, ut vix canones ipsos non respiciant 2). Ipsa demum acta locum quidem certum nostris canonibus non faciunt, sed quum nonus saltem clare a legatis romanis in actione V proponatur 3), causa satis perspicua est, cur omnes actioni septimae aut octavae annectantur. Adde et Anastasium tam canonum quam totius synodi synchronum interpretem, et turbam chronographorum, et populum

1) *Editos.* Idem expresse memoratur in historica notitia quae praefigitur tomo II de Re Diplomatica novis curis instaurata.

2) *Respiciant.* Cf. Theodori Studitae Opp. p. 471, 1113, 1218, 1306, 1515, 1527, 1591. Ed. Migne. — Nicephori Apologetic. min. in Bibl. nova Mai t. V, p. II, p. 5, Apolog. maior. ib. p. 175, et quae infra nunc primum proferuntur. Interea suspicor achilleum Tustani argumentum in eo fuisse quod neque Studites, neque Nicephorus ullum ex his XXII canonibus clare et distincte appellaverint. Quid vero tunc valeret crisis negativa, contra etiam sententiam iustissime receptam, nemo nescit.

3) *Proponatur.* Labb. VII, col. 387. Idem habet canones XXII, col 593 bis cum Anastasii interpretatione, Herveti vero col. 905-922.

ioris ecclesiastici magistrorum, unanimem in sententiam conspirantium. Donec igitur certiora edoceamur, nihil vetat quin receptae hactenus et communi sententiae adhaereamus.

II. His canonibus clauditur princeps editio tiliana, quae aucta vetere Anastasii interpretatione, inde per omnes conciliorum columnas graece et latine pervasit, ornata praeterea innumeris tum veterum Aristeni, Simeonis, Zonarae, Balsamonis, tum et recentiorum Lupi, Catalani, Espenii commentariis, qui, ut solemne hactenus fuit, tam multi de re dogmatica sunt, quam de sermonis verborumque tersa et sollicita crisi nulli propemodum.

III. Quibus igitur ut pro viribus suppleamus, codices nostros supra memoratos evolvere non neglexìmus, atque etiam addere operam, forte et taedium multum, quum praeter barberinianum, vallicellianum, monacensem, vaticanos 1, 2, 3, praesto etiam nobis sint vaticani 4, 5, 6, 7, 8, sive qui inscribuntur sub numeris 835, 836, 834, 1142, cum ottoboniano 27, in quibus aut acta synodi VII aut decretum fidei et canones continentur, tum parisiensis, sive coislinianus 364, atque oxoniensis illo cuius nobis Wolfius varietates tradidit.

IV. Argumento nullo in antecessum defungar, quum singulis suum canonibus lemma praefigatur, idque ab ipsis patribus Nicaenis ideo putem ortum habuisse, quod eadem capitula similibus verbis expressa legimus in omnibus fere exemplaribus mss. quodque ipse hos titulos vetus interpres Anastasius et legisse omnes et vertisse reperitur. Sed procemii instar et honoris causa, aequum est canonibus praeire decretum de fide, aeque ad disciplinam referendum, de quo eo minus dubitari licet, quo acrius de eo et protervius, a saeculo IX et concilio francofurdiensi inde ad tempora nostra, disputatum est 1). Cuius decreti interpres Anastasius erit, canonum vero Gentius Hervetus, iterum uti supra, quoties oportuit, caute emendatus.

DECRETUM DE FIDE. 2)

Τούτων οὕτως ἐχόντων, τὴν βασιλικὴν ὥσπερ ἐρχόμενοι τρίβον, ἐπακολουθοῦντες τῇ θεηγόρῳ 3) *διδασκαλίᾳ τῶν ἁγίων Πατέρων ἡμῶν καὶ τῇ παραδόσει τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας (τοῦ γὰρ ἐν αὐτῇ οἰκήσαντος ἁγίου Πνεύματος, εἶναι ταύτην γινώσκομεν), ὁρίζομεν σὺν ἀκριβείᾳ πάσῃ καὶ ἐμμελείᾳ παραπλησίως τῷ τύπῳ τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ ἀνατίθεσθαι τὰς σεπτὰς καὶ ἁγίας εἰκόνας, τὰς ἐκ χρωμάτων καὶ ψηφῖδος καὶ ἑτέρας ὕλης ἐπιτηδείως ἐχούσης, ἐν ταῖς ἁγίαις τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαις, ἐν ἱεροῖς σκεύεσι καὶ ἐσθήσεσι* 4), *τοίχοις τε καὶ σανίσιν, οἴκοις τε καὶ ὁδοῖς, τήν τε τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰκόνα* 5) *καὶ τῆς ἀχράντου* 6) *δεσποίνης ἡμῶν τῆς ἁγίας Θεοτόκου, τιμίων τε ἀγγέλων καὶ πάντων ἁγίων καὶ ὁσίων ἀνδρῶν. Ὅσον* 7) *γὰρ συνεχῶς δι' εἰκονικῆς ἀνατυπώσεως ὁρῶνται, τοσοῦτον καὶ οἱ ταύτας θεώμενοι διανίστανται πρὸς τὴν τῶν πρωτοτύπων μνήμην τε καὶ ἐπιπόθησιν, καὶ [τὸ] ταύταις* 8) *ἀσπασμὸν καὶ τιμητικὴν προσκύνησιν* 9) *ἀπονέμειν (οὐ μὴν τὴν κατὰ πίστιν ἡμῶν ἀλη-*

1) *Est.* A nobis vero tale exhibetur quale apud Chr. Lupum ex actis excerpitur. Opp. t. II, p. 1051. Prolixius vero in actione VII, Labb. t. VII, col. 552-557.

2) *Fide.* Abest in vatic. 835 et 836. Extat in vatic. 834 (sive 6), fol. 440, in vatic. 1142 f. 20 (vat. 7), in Ottobon. 27 fol. 214 (vatic. 8), quorum aetas vix saeculum XV excedit. — 3) ἐπακολ. τε καὶ vatic. 7. τῇ τε θεηγόρῳ vatic. 8. — ἁγίων om. vatic. 7. — 4) ἐσθῆσι vulgata conc. — 5) τήν τε... εἰκόνα cum vatic. 6, 7, 8 et Anastasio, contra vulg. τῆς τε... εἰκόνος. — 6) καὶ ante τῆς ἀχράντου om. eedd. — 7) ὅσῳ codd. et edd. συνεχῶς om. vatic. 8. — 8) ἐπιπόθησιν τοῦ ταύταις ib. — 9) καὶ τιμὴν καὶ προσκύνησιν vatic. 7. καὶ τιμητικὴν

ἀληθινὴν λατρείαν, ἡ πρέπει [10] μόνῃ τῇ θείᾳ φύσει, ἀλλ' ὃν τρόπον τῷ τύπῳ τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ καὶ τοῖς ἁγίοις εὐαγγελίοις καὶ τοῖς λοιποῖς ἱεροῖς ἀναθήμασι [11]), καὶ θυμιαμάτων [12]) καὶ φώτων προσαγωγὴν πρὸς τὴν τούτων τιμὴν ποιεῖσθαι, καθὼς καὶ τοῖς ἀρχαίοις εὐσεβῶς εἴθισται. Ἡ γὰρ τῆς εἰκόνος τιμὴ [13]) ἐπὶ τὸ πρωτότυπον διαβαίνει, καὶ ὁ προσκυνῶν τὴν εἰκόνα, προσκυνεῖ ἐν αὐτῇ τοῦ ἐγγραφομένου τὴν ὑπόστασιν· οὕτω γὰρ κρατύνεται ἡ τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν διδασκαλία, εἴτ' οὖν παράδοσις [14]) τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, τῆς ἀπὸ περάτων εἰς πέρατα δεξαμένης τὸ εὐαγγέλιον· οὕτω τῷ ἐν Χριστῷ λαλήσαντι Παύλῳ καὶ πάσῃ τῇ θείᾳ ἀποστολικῇ ὁμηγύρει [15]) καὶ πατρικῇ ἁγιότητι ἐξακολουθοῦμεν κρατοῦντες [16]) τὰς παραδόσεις ἃς παρειλήφαμεν· οὕτω τοὺς ἐπινικίους τῇ ἐκκλησίᾳ προφητικῶς κατεπᾴδομεν [17]) ὕμνους· Χαῖρε σφόδρα, θύγατερ Σιών, κήρυσσε, θύγατερ Ἱερουσαλήμ· τέρπου καὶ εὐφραίνου ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου· περιεῖλε [18]) Κύριος ἐκ σοῦ τὰ ἀδικήματα τῶν ἀντικειμένων σοι, λελύτρωταί [19]) ἐκ χειρὸς ἐχθρῶν σου· Κύριος βασιλεὺς [20]) ἐν μέσῳ σου· οὐκ ὄψῃ [21]) κακὰ οὐκέτι, καὶ εἰρήνη ἐπὶ σοὶ εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον [22]). Τοὺς οὖν τολμῶντας ἑτέρως φρονεῖν ἢ διδάσκειν ἢ κατὰ τοὺς ἐναγεῖς αἱρετικοὺς τὰς ἐκκλησιαστικὰς παραδόσεις ἀθετεῖν, καὶ καινοτομίαν τινὰ ἐπινοεῖν, ἢ ἀποβάλλεσθαί τι ἐκ τῶν ἀνατεθειμένων τῇ ἐκκλησίᾳ, εὐαγγέλιον [23]) ἢ τύπον τοῦ σταυροῦ ἢ εἰκονικὴν ἀναζωγράφησιν ἢ ἅγιον λείψανον μάρτυρος, ἢ ἐπινοεῖν σκολιῶς καὶ πανούργως, πρὸς τὸ ἀνατρέψαι τι [24]) τῶν ἐνθέσμων παραδόσεων τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, ἔτι γε μὴν ὡς κοινοῖς χρῆσθαι τοῖς ἱεροῖς κειμηλίοις ἢ τοῖς εὐαγέσι μοναστηρίοις, ἐπισκόπους μὲν ὄντας ἢ κληρικοὺς καθαιρεῖσθαι προστάσσομεν, μονάζοντας δὲ ἢ λαϊκοὺς τῆς κοινωνίας ἀφορίζεσθαι.

«His ita se habentibus, regia quasi incedentes via 1), sequentesque divinitus inspiratum sanctorum patrum nostrorum magisterium et catholicae traditionem ecclesiae (nam Spiritus sancti hanc esse novimus, qui nimirum in ipsa inhabitat), definimus in omni certitudine ac diligentia, sicut figuram pretiosae ac vivificae crucis, ita venerabiles ac sanctas imagines proponendas, tam quae de coloribus et tessellis, quam quae ex alio materia congruenter [se habente], in sanctis Dei ecclesiis et sacris vasis et vestibus, et in parietibus ac tabulis, domibus et viis: tam videlicet imaginem Domini Dei et salvatoris nostri Iesu Christi, quam intemeratae Dominae nostrae sanctae Dei genitricis, honorabiliumque angelorum et omnium sanctorum simul et almorum virorum. Quanto enim frequentius per imaginalem formationem videntur, tanto qui has contemplantur, alacrius eriguntur ad prototyporum earum memoriam 2) et desiderium, et ad osculum et ad honorariam illis adorationem tribuendam (non tamen ad veram latriam, quae secundum fidem est, quaeque solam divinam naturam decet, impertiendam), et ut istis 3), sicuti figurae pretiosae ac vivificae crucis et sanctis evangeliis et reliquis sacris monumentis, incensorum et luminum oblatio ad harum honorem efficiendum exhibeatur, quemadmodum et antiquis piae consuetudinis erat. Imaginis enim honor ad prototypum transit; et qui adorat imaginem, adorat in ea depicti subsistentiam. Sic enim robur obtinet sanctorum patrum nostrorum doctrina, id est 4) [*gr.* sive] traditio sanctae catholicae Ecclesiae, quae a finibus usque ad fines terrae suscepit

προσκ. vatic. 8. — 10) ἣν πρέπει ib. — 11) καὶ λοιποῖς ἀναθήμασιν ἱεροῖς ib. — 12) θυμιασμάτων vulg. — 13) ἡ γὰρ τιμὴ τῆς εἰκόνος, ὥς φησι Βασίλειος, ἐπὶ vatic. 7. — 14) ἤγουν παράδ. vatic. 8. — 15) ἀποστολικῇ πανηγύρει vatic. 7. ἀποστολικῇ ἁγιότητι, caeteris om. vatic. 8. — 16) ἐξακολουθοῦντες κρατοῦμεν vatic. 8. — 17) προσᾴδοντες vatic. 7. κατεπαγγέλομεν vatic. 8. — 18) περιεῖλε γάρ vatic. 7. — 19) λελύτρωταί σε vatic. id. — 20) βασιλεύσει ἐν ib. — 21) ὄψει vulg. concil. — 22) χρόνον. Sophon. III, 14, 15. — 23) ἢ εὐαγγέλιον vatic. 7. — 24) ἀνατρέψαι τὸ τῶν vatic. 8. ἔν τι τῶν vatic. 7 et vulg. conc.

1) *Regiae quasi continuati semitae* Anastas.

2) *Ad primitivorum* Anastas. et infra *primitivum*. — 3) *Ita ut*. id. — 4) ἤγουν legebat. id.

evangelium. Sic Paulum, qui in Christo locutus est, et omnem divinum apostolicum coetum et paternam sanctitatem exequimur, tenentes traditiones quas accepimus. Sic triumphales Ecclesiae prophetice canimus hymnos: « Gaude satis, filia Sion; praedica, filia Hierusalem; iucundare et laetare ex toto corde tuo. Abstulit Dominus a te iniustitias adversantium tibi; redemit te de manu inimicorum tuorum. Dominus rex in medio tui: non videbis mala ultra, et pax in te in tempus aeternum. » Eos ergo qui audent aliter sapere aut docere, aut secundum scelestos haereticos ecclesiasticas traditiones spernere, et novitatem quamlibet excogitare, vel proiicere aliquid ex his quae sunt Ecclesiae dedicata 1), sive evangelium, sive figuram crucis, sive imaginalem picturam, sive sanctas reliquias martyris, aut excogitare prave aut astute ad subvertendum quidquam ex legitimis traditionibus Ecclesiae catholicae, vel etiam quasi communibus uti sacris vasis aut venerabilibus monasteriis, siquidem episcopi aut clerici fuerint, deponi praecipimus; monachos autem vel laicos, a communione segregari.»

Κανόνες τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ἑβδόμης συνόδου.

Κανὼν α´. Ὅτι δεῖ 1) τοὺς θείους κανόνας κατὰ πάντα φυλάττεσθαι.

Τοῖς τὴν ἱερατικὴν λαχοῦσιν ἀξίαν μαρτύριά τε καὶ κατορθώματα αἱ τῶν κανονικῶν διατάξεών εἰσιν ὑποτυπώσεις [2]· ἃς δεχόμενοι ἀσμένως μετὰ τοῦ θεοφάντορος Δαβὶδ ᾄδομεν πρὸς τὸν δεσπότην Θεὸν λέγοντες· Ἐν τῇ ὁδῷ τῶν μαρτυρίων σου ἐτέρφθην, ὡς ἐπὶ παντὶ πλούτῳ [3]. Καί· Ἐνετείλω δικαιοσύνην, τὰ μαρτύριά σου εἰς τὸν αἰῶνα· συνέτισόν με, καὶ ζήσομαι [4]. Καὶ εἰς τὸν αἰῶνα ἡ προφητικὴ φωνὴ ἐντέλλεται ἡμῖν φυλάττειν τὰ μαρτύρια τοῦ Θεοῦ, καὶ ζῆν ἐν αὐτοῖς [5], δηλονότι ἀκράδαντα [6] καὶ ἀσάλευτα διαμένοντα [7], ὅτι καὶ ὁ θεό-

Quod oportet divinos canones omnino servari.

I. Iis qui sacerdotalem dignitatem sortiti sunt, testimonia et ad recte se gerendum instituta, sunt canonicarum constitutionum descriptiones. Quas cum Dei propheta David lubenter recipientes, ad Dominum Deum cantamus dicentes: « In via mandatorum tuorum laetatus sum, tamquam in omnibus divitiis. » Et: « Mandasti iustitiam, testimonia tua in saeculum; erudi me et vivam. » Et in saeculum nos iubet vox prophetica testimonia Dei servare, et in eis vivere, ut quae scilicet nequaquam concutienda nul-

Superior titulus satis communis est in Zonarae et Balsamonis codd. In tiliana editione prolixior: Κανόνες τῶν ἐν Νικαίᾳ πατέρων συνελθόντων τὸ δεύτερον ἐν ἔτει [illegible] (male vatic. 3. ἔτος [illegible], καὶ τῇ τοῦ κ. κ. neque melius vatic. 1: ἐν ἔτει [illegible]) τῆς τοῦ κόσμου κτίσεως ἰνδικτιῶνος ια´, εὐσεβῶς βασιλευόντων Κωνσταντίνου καὶ Εἰρήνης, τῆς αὐτοῦ μητρός vatic. 1, 3. vallicell. barberin. qui addit κανόνες κβ´.—Κανόνες ἐκκλησιαστικοὶ ἐκφωνηθέντες παρὰ τῆς ἐν Νικαίᾳ β´ συνόδου vatic. 4, 5, et in vulgata conciliorum editione.

Can. I. 1) Ὅτι δεῖ ἀσφαλῶς τηρεῖν τὰ τῶν ἀποστόλων καὶ πατέρων θεῖα διδάγματα coislin. 364, quem nisi legissem, quum ceteri prope omnes mss. in iisdem titulorum verbis consentiant, facile crederem tum primum hos titulos eodemque modo incoepisse, quum canones editi fuerunt. Vide annotatam inferius aliam insigniorem coisliniani in ipso canone primo varietatem. — 2) ὑποθῆκαι vatic. 4. — 3) πλούτῳ Ps. CXVIII, 14. — 4) ζήσομαι T. barberin. vat. 3. Ps. CXVIII, 144. — 5) αὐτοῖς Ps. CXVIII, 4. Piget notare in N. R. καὶ εἰς τὸν αἰῶνα. — 6) δῆλον ἀκράδαντα vat. 4, barber. Balsam. Zonar. T. — 7) διαμένουσι vat. 3, 4. barberin. T. Sever. Balsam. Zon. Mansi, qui cum Labbeo legit paulo supra, sed mendose ἐντείλω —

πτης Μωϋσῆς οὕτω φησίν· Ἐν αὐτοῖς οὐκ ἔστι προσθεῖναι, καὶ ἀπ' αὐτῶν οὐκ ἔστιν ἀφελεῖν [8]. Καὶ ὁ θεῖος ἀπόστολος Πέτρος [9] ἐν αὐτοῖς ἐγκαυχώμενος βοᾷ· Εἰς ἃ ἐπιθυμοῦσιν [10] ἄγγελοι παρακύψαι. Καὶ ὁ Παῦλός φησι· Κἂν ἡμεῖς, ἢ ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ [11] εὐαγγελίζηται ὑμῖν παρ' ὃ εὐηγγελισάμεθα ὑμῖν [12], ἀνάθεμα ἔστω. Τούτων οὖν οὕτως ὄντων [13] καὶ διαμαρτυρουμένων ἡμῖν, ἀγαλλιώμενοι ἐπ' αὐτοῖς, ὡς εἴ τις εὕροι σκῦλα πολλὰ, ἀσπασίως τοὺς θείους κανόνας ἐνστερνιζόμεθα [14], καὶ ὁλόκληρον τὴν αὐτῶν διαταγὴν καὶ ἀσάλευτον, κρατύνομεν [15], τῶν ἐκτεθέντων ὑπὸ τῶν ἁγίων σαλπίγγων [16] τοῦ Πνεύματος, τῶν πανευφήμων ἀποστόλων, τῶν τε ἐξ ἁγίων [17] οἰκουμενικῶν συνόδων, καὶ τῶν τοπικῶς συναθροισθεισῶν ἐπὶ ἐκδόσει τοιούτων διαταγμάτων [18], καὶ τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν. Ἐξ ἑνὸς γὰρ ἅπαντες [19] καὶ τοῦ αὐτοῦ Πνεύματος [20] αὐγασθέντες, ὥρισαν τὰ συμφέροντα. Καὶ οὓς μὲν τῷ ἀναθέματι παραπέμπουσι, καὶ ἡμεῖς ἀναθεματίζομεν· οὓς δὲ τῇ καθαιρέσει, καὶ ἡμεῖς καθαιροῦμεν· οὓς δὲ τῷ ἀφορισμῷ, καὶ ἡμεῖς ἀφορίζομεν· οὓς δὲ ἐπιτιμίῳ παραδιδόασι, καὶ ἡμεῖς ὡσαύτως ὑποβάλλομεν. Ἀφιλάργυρος γὰρ ὁ τρόπος, ἀρκούμενοι τοῖς παροῦσιν, ὁ ἀναβεβηκὼς [21] εἰς τρίτον οὐρανὸν, καὶ ἀκούσας ἄῤῥητα ῥήματα, Παῦλος ὁ θεῖος ἀπόστολος διαῤῥήδην βοᾷ.

laque ratione labefactanda permaneant. Nam et Dei conspector Moses sio ait: « Eis non licet addere, aec eis licet detrahere. » Et divinus apostolus Petrns in iis glorians, exclamat· «Ad quae Angeli prospicere desiderant.» Atqoe etiam dicit Paulus: «Etiamsi vel Angelus de caelo evangelizaverit vobis praeter id, quod evangelizamus vobis, sit anathema.» Cum haec ergo ita se habeant, et sint nobis testata, iis exultantes, ut si quis multa spolia iovenerit, divinos canones lubenter amplectimur, eorumque constitutionem integram et immotam confirmamus, quae edita fuerunt a sacris Spiritus tubis, omni ex parte benedictis apostolis, et sex sanctis nniversalibus synodis et iis quae ad eiusmodi decretorum traditionem localiter coactae fuerunt, et a nostris sanctis patribus. Ex uno enim omnes eodemqoe Spiritu illuminati, quae erant utilia, decreveruot; et quos anathemati quidem transmittont, nos qooque anathematizamus; qnos vero depositiooi, nos quoqoe deponimus; quos autem segregationi, nos itidem segregamus; qnos antem poenae tradunt, nos quoque similiter subiicimus. Sine avaritia namque sint mores, praesentibus contenti, is qui tertium coelum conscendit, et arcana verba audivit, Paulus divinus apostolus aperte vociferatur.

—8) ἀφαιρεῖν vatic. 1, 2, 4, vallicell. Balsam. Zonar. Deuteron. XII, 32.—9) Πέτρος om. vatic. 1, 2, 4 vallicell. barberin. monac. Balsam. Zonar. καυχώμενος vallicell. 3.—10) ἐπεθύμησαν vatic. 2.—παρακύψαι 1 Petr. 1, 12.—11) ὁ Παῦλός φησι· κἂν ἡμεῖς ἢ ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ om. vatic. 1, 3, 4, monac. vallicell. barberin. Balsam. Zonar. Mansi, T. in quorum loco solum habent: εἰ ἄγγελος εὐαγγελίζεται ὑμῖν.—12) Παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα iidem fere cum codice. Pedal. Herveto, cf. Galat. 1, 8.—13) οὕτως ἐχόντων Bevereg. ὄντων διαμαρτυρομένων Balsam. Zon. οὖν om. Mansi, barberin.—14) ἐνστηριζόμεθα vat. 3. T. αὐτὴν διαταγὴν T.—15) κρατυνομένων vat. 1, 3, 4, monac. vallic. T. Balsam.—16) καὶ σαλπίγγων barberin. vallicell. Mansi ὑπὸ τῶν σαλπίγγων vatic. 4, Balsam. Zonar. T. καὶ postea om. T. Mansi.—17) ἁγίων καὶ οἰκουμ. Mansi.—ἐξ ὅλων οἰκουμ. vatic. 4.—18 δογμάτων Labb. Mansi.—19) ἅπαντες vat. 4.—20) Πατρὸς barberin.—21) ὁ βεβηκὼς vatic. 1, 4, vallicell. Balsam. Zonar. Mansi. Cf. Hebr. XIII, 5. Anastasius in illo canone delevit quoque Petri nomen et ea quae in Pauli loco proxime sequenti multi omittunt.

Κανὼν β'. Ὅτι δεῖ τὸν χειροτονούμενον ἐπίσκοπον ἀσφαλῶς συντάσσεσθαι τοὺς κανόνας φυλάττειν, εἰ δὲ μή γε, μὴ χειροτονεῖσθαι 1).

Ἐπειδήπερ ψάλλοντες συντασσόμεθα τῷ Θεῷ· Ἐν τοῖς δικαιώμασί σου μελετήσω, οὐκ ἐπιλήσομαι τῶν λόγων σου· πάντας μὲν χριστιανοὺς 2) τοῦτο φυλάττειν σωτήριον, κατ' ἐξαίρετον δὲ, τοὺς τὴν ἱερατικὴν ἀμπεχομένους ἀξίαν. Ὅθεν ὁρίζομεν 3), πάντα τὸν προάγεσθαι μέλλοντα εἰς τὸν τῆς ἐπισκοπῆς βαθμὸν 4), πάντως τὸν ψαλτῆρα γινώσκειν, ἵνα, ὡς 5) ἐκ τούτου, καὶ πάντα τὸν κατ' αὐτὸν κλῆρον οὕτω νουθετῇ 6) μυεῖσθαι· ἀνακρίνεσθαι δὲ ἀσφαλῶς ὑπὸ τοῦ μητροπολίτου, εἰ προθύμως ἔχει ἀναγινώσκειν ἐρευνητικῶς, καὶ οὐ παροδευτικῶς, τούς τε ἱεροὺς κανόνας 7), καὶ τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον, τήν τε τοῦ θείου Ἀποστόλου βίβλον, καὶ πᾶσαν τὴν θείαν Γραφὴν, καὶ κατὰ τὰ θεῖα ἐντάλματα ἀναστρέφεσθαι, καὶ διδάσκειν τὸν κατ' αὐτὸν λαόν. Οὐσία γὰρ τῆς καθ' ἡμᾶς 8) ἱεραρχίας ἐστὶ τὰ θεοπαράδοτα λόγια, ἤγουν 9) ἡ τῶν θείων γραφῶν ἀληθινὴ ἐπιστήμη, καθὼς ὁ μέγας ἀπεφήνατο Διονύσιος. Εἰ δὲ ἀμφισβητοίη, καὶ μὴ ἀσμενίζοι 10) οὕτω ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν, μὴ χειροτονείσθω. Ἔφη γὰρ προφητικῶς ὁ Θεός· Σὺ 11) ἐπίγνωσιν ἀπώσω, κἀγὼ ἀπώσομαί σε τοῦ μὴ ἱερατεύειν μοι.

Κανὼν γ'. Ὅτι οὐ δεῖ ἄρχοντας ψηφίζεσθαι ἐπισκόπους.

Πᾶσαν ψῆφον γινομένην παρὰ ἀρχόντων 1), ἐπισκόπου ἢ πρεσβυτέρου ἢ δια-

Eum qui consecrandus est episcopus, oportet promittere diligenter se canones esse servaturum, alioquin non esse consecrandum.

II. Quoniam psallentes Deo illud promittimus: « In iustificationibus tuis meditabor, non obliviscar eloquiorum tuorum, » omnes quidem Christianos hoc servare salutare est, eos autem praecipue qui sacerdotalem dignitatem obtinent. Quamobrem decernimus quemlibet, qui ad episcopalem gradum est provehendus, psalterium omnino nosse, ut ex eo omnem quoque suum clericum ita instituí moneat: a metropolitano autem diligenter examinari, an prompto animo sit ad sacros canones, cum perscrutatione, non autem obiter legendos, et sacrum etiam evangelium et librum divini Apostoli, omnemque divinam scripturam, et in divinis praeceptis versari, et populum suum docere. Nostrae enim hierarchiae substantia sunt eloquia divinitus tradita, divinarum scilicet scripturarum vera scientia, sicut magnus ait Dionysius. Si quis autem dubius animi fuerit, et non lobenter haec facere et docere voluerit, non ordinetur. Prophetice enim dicit Deus: « Tu repulisti scientiam, et ego te repellam, ne sis mihi sacerdos. »

Ne magistratus episcopum eligat.

III. Omnem electionem, quae fit a magistratibus, episcopi vel presbyteri vel dia-

Can. II. 1) μὴ χειροτονείσθω Coislin. tituli inde incipiunt in vatic. 4, ac si primus canon haberetur prooemium praefixum caeteris qui continuo et sine numeris sequuntur. — 2) τοὺς χριστιανοὺς monac. — ταῦτα Labb. Mansi. cf. Ps. CXVIII, 16. — 3) ὁρίσομεν T. Balsam. ἔνθεν ὁρίζομεν vatic. 1. M. — προσάγεσθαι vat. 1. — 4) θρόνον colum. — πάντως om. vat. 2. — τὰ ψαλτήρια vatic. 4. — τὸ ψαλτήριον Mansi, Labb. — 5) ὡς iid. om. — 6) νομοθετῇ monac. barberin. mox ἔχοι Ped. — 7) ἱερατικοὺς κανόνας vatic. 2. καὶ postea om. T. M. Balsam. — 8) καθ' ὑμῶν vat. 3 καθ' ἡμῶν Bals. — 9) ὅτουν Mansi. Cf. Hierarch. eccles. Cap. I, § 4. In can. IV vide alia areopagitica. — 10) ἀσμενίζει T. Balsam. N. R. — 11) ὅτι σὺ rectius. Osea IV, 6.

Can. III. 1) παρὰ τῶν ἀρχόντων Bevereg. πᾶσαν παρὰ ἀρχόντων γινομένην ψῆφον ἐπισκόπων ἢ πρεσβυ-

κόνου, ἄκυρον μένειν κατὰ τὸν κανόνα τὸν λέγοντα· Εἴ τις ἐπίσκοπος κοσμικοῖς ἄρχουσι χρησάμενος, δι' αὐτῶν ἐγκρατὴς ἐκκλησίας γένηται, καθαιρείσθω, καὶ ἀφοριζέσθωσαν [2] καὶ οἱ κοινωνοῦντες αὐτῷ πάντες. Δεῖ γὰρ τὸν μέλλοντα προβιβάζεσθαι εἰς ἐπισκοπὴν, ὑπὸ ἐπισκόπων ψηφίζεσθαι, καθὼς παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ ὥρισται ἐν τῷ κανόνι τῷ λέγοντι· Ἐπίσκοπον προσήκει μάλιστα μὲν ὑπὸ πάντων τῶν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ καθίστασθαι. Εἰ δὲ δυσχερὲς εἴη τὸ τοιοῦτο, ἢ διὰ κατεπείγουσαν ἀνάγκην, ἢ διὰ μῆκος ὁδοῦ [3], ἐξ ἅπαντος τρεῖς ἐπὶ τὸ αὐτὸ [4] συναγομένους (συμψήφων γινομένων καὶ τῶν ἀπόντων καὶ συντιθεμένων διὰ γραμμάτων), τότε [5] τὴν χειροτονίαν ποιεῖσθαι· τὸ δὲ κῦρος τῶν γινομένων, δίδοσθαι καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν τῷ μητροπολίτῃ.

Κανὼν δ'. Περὶ τοῦ ἀπέχεσθαι τοὺς ἐπισκόπους πάσης δωροληψίας.

Ὁ κήρυξ τῆς ἀληθείας Παῦλος [1], ὁ θεῖος ἀπόστολος, οἱονεὶ κανόνα τιθεὶς τοῖς Ἐφεσίων πρεσβυτέροις, μᾶλλον δὲ καὶ παντὶ ἱερατικῷ πληρώματι, οὕτως ἐπαῤῥησιάσθη εἰπών· Ἀργυρίου ἢ χρυσίου ἢ ἱματισμοῦ οὐδενὸς ἐπεθύμησα, πάντα ὑπέδειξα ὑμῖν, ὅτι οὕτω [2] κοπιῶντας δεῖ ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν ἀσθενούντων, μακάριον ἡγουμένους [3] τὸ διδόναι ἢ λαμβάνειν [4]. Διὸ καὶ ἡμεῖς μαθητευθέντες παρ' αὐτοῦ [5], ὁρίζομεν μηδόλως [6] αἰσχροκερδῶς ἐπινοεῖσθαι ἐπίσκοπον, προφασιζόμενον προφάσεις ἐν ἁμαρτίαις [7], ἀπαιτεῖν χρυσὸν ἢ ἄργυρον ἢ ἕτερον εἶδος τοὺς ὑπ' αὐτὸν τελοῦντας ἐπισκόπους ἢ κληρικοὺς ἢ μο-

coni, irritam manere, ex canone dicente: « Si quis episcopus saecularibus magistratibus usus, per eos ecclesiam obtinuerit, deponatur et segregetur, et omnes qui cum eo communicant. » Oportet enim eum qui est promovendus ad episcopatum, ab episcopis eligi, quemadmodum a sanctis patribus Nicaeae decretum est in canone qui dicit: « Episcopum oportet, maxime quidem ab omnibus qui sunt in provincia, constitui; si autem hoc difficile fuerit, vel propter urgentem necessitatem, vel propter viae longitudinem, tres omni modo eodem convenientes, iis quoque qui absunt, simul suffragium ferentibus et assentientibus per literas, tunc facere electionem. Eorum autem quae fiunt, per unamquamque provinciam confirmationem tribui metropolitano.

Ut episcopi ab omni munere abstineant.

IV. Praeco veritatis, Paulus, divinus apostolus, quemdam veluti canonem Ephesiorum presbyteris imponens, vel universae potius sacerdotali multitudini, sic libere dixit: « Argentum vel aurum vel vestem nullius concupivi, omnia vobis ostendi, quod oportet sic laborantes infirmos suscipere, existimantes, dare beatum esse magis quam accipere. » Quocirca nos ab eo edocti, statuimus omnino, ne turpis lucri gratia episcopus excogitet, dum quaerit excusationes in peccatis, ut aurum vel argentum vel ullam aliam speciem ab iis qui sibi subsunt episcopis, vel clericis, vel monachis exigat. Dicit enim

τέρων ἢ διακόνων monac. ter fol. 107, 128, 312, iisdem verbis. — 2) ἀφοριζέσθω codd. praeter column. trapez. — 3) τῆς ὁδοῦ vatic. 3, 4. — 4) ἐπὶ αὐτὸ Balsam. — 5) καὶ τότε vat. 3, 4, Balsam. Zonar. T. palat. in quo can. 1, et 2 et partim 3 exciderunt. Cf. Can. App. XXX, nic. IV.

Can. IV. 1) ὁ μέγας Παῦλος Bever. N. R. — 2) οὕτω om. vat. 1. — 3) ἡγούμενοι trapez. vat. 4. Zonar. T. — ἡγούμενος Pedal. ἡγούμεθα monac. — 4) ἢ λαμβάνειν om. barberin. vatic. 2, 4, monac. trapezunt. T. A. Balsam. Zonar. Act. XX, 33-35. — 5) παρὰ τοῦ αὐτοῦ vatic. 2. — ὑπ' αὐτοῦ vatic. 1. — μαθόντες Bever. N. R. — 6) μὴ ὅλως T. Balsam. Zonar. — 7) ἁμαρτίαις Ps. CXL, 4. —

ναχούς. Φησὶ γὰρ ὁ Ἀπόστολος· Ἄδικοι βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι [8]. Καί· Οὐκ ὀφείλει τὰ τέκνα τοῖς γονεῦσι θησαυρίζειν, ἀλλ' οἱ γονεῖς τοῖς τέκνοις. Εἴ τις οὖν δι' ἀπαίτησιν χρυσοῦ ἢ ἑτέρου τινὸς εἴδους, εἴτε διά τινα ἰδίαν ἐμπάθειαν [9], εὑρεθείη ἀπείργων τῆς λειτουργίας, καὶ ἀφορίζων τινὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν κληρικῶν, ἢ σεπτὸν ναὸν κλείων, ὡς [10] μὴ γίνεσθαι ἐν αὐτῷ τὰς τοῦ Θεοῦ λειτουργίας, καὶ εἰς ἀναίσθητον τὴν ἑαυτοῦ μανίαν ἐπιπέμπων, ἀναίσθητος ὄντως ἐστὶ, καὶ τῇ ταυτοπαθείᾳ [12] ὑποκείσεται, καὶ ἐπιστρέψει ὁ πόνος αὐτοῦ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν [13] αὐτοῦ, ὡς παραβάτης ἐντολῆς Θεοῦ καὶ τῶν ἀποστολικῶν διατάξεων. Παραγγέλλει γὰρ καὶ Πέτρος [14], ἡ κορυφαία τῶν ἀποστόλων ἀκρότης· Ποιμαίνετε [15] τὸ ἐν ὑμῖν ποίμνιον τοῦ Θεοῦ, ἐπισκοποῦντες [16] μὴ ἀναγκαστῶς [17], ἀλλ' ἑκουσίως κατὰ Θεόν· μὴ αἰσχροκερδῶς, ἀλλὰ προθύμως· μὴ ὡς κατακυριεύοντες τῶν κλήρων, ἀλλὰ τύποι γινόμενοι τοῦ ποιμνίου· καὶ φανερωθέντος [18] τοῦ ἀρχιποιμένος, κομιεῖσθε τὸν ἀμαράντινον τῆς δόξης [19] στέφανον.

Κανὼν ε'. Ὅτι οἱ ὀνειδίζοντες τοὺς κληρικοὺς διὰ τὸ τετάχθαι ἐν ἐκκλησίᾳ χωρὶς δόσεων ἐπιτιμίῳ ὑποκείνται.

Ἁμαρτία πρὸς θάνατόν ἐστιν, ὅταν τινὲς ἁμαρτάνοντες ἀδιόρθωτοι μένωσι [1]. Τὸ δὲ τούτου χεῖρον, ἐὰν καὶ τραχηλιῶντες [2] κατεξανίστανται τῆς εὐσεβείας καὶ τῆς ἀληθείας [3], προτιμώμενοι τὸν Μαμωνᾶν τῆς τοῦ Θεοῦ ὑπα-

Apostolns: « Ioinsti regnum Dei non possidebuot. » Et: « Noo debent liberi parentibus thesaurum parare, sed parentes liberis. » Si quis ergo per oxactionem auri vel alicuius alterius speciei, vol propter aliquam propriam affectiooem a ministerio arcere ioventus fuerit, vol segregare soorum clericorum aliquem, vel venerandum templum claudere, ne in eo divina fiant ministeria, ad id quod non est sensu praeditum suam insaniam immittens, ost revera sine sensu, et talionis erit legi obnoxius, et labor ipsius io caput oius redibit, ut qui sit mandati Dei transgressor et apostolicarum ordinationum. Praecipit eoim et Potrus, illud apostolorum summum capot: « Pascite gregem Domini, episcopatum gerentes, ooo per vim, sed sponte ac volontario secundum Deum; oeque turpis lucri gratia, sed prompte et alacriter; nec ut dominatum in clerum obtinentes, sed gregis exemplaria oxistentes; et quum summus pastor apparuerit, quae numquam marcescere potest, gloriae coronam referetis. »

Qui vilipendunt clericos ideo quod admissi in Ecclesia fuerint sine muneribus, castigentur.

V. Est peccatum ad mortem, quando peccantes aliqui maooot incorrecti. Hoc aotem est deterius, quando et erecta cervice adversus pietatem et veritatem insurgunt,

8) κληρονομήσουσι I Cor. VI, 9. Deinde: II Cor. XII, 14.— 9) ἀπάθειαν vat. 2. barber vallic. A. T. Bals. Zonar. ἰδιοπάθειαν vat. 4. N. B Bever. Ped.—10) ὡς om. vallic. vatic. 2, 3. palat. T. Balsam. Zonar.—11) λειτουργίας εἰς ἀναίσθητα T. palatin. vallicell. vatic. 2, 3, 4. columm. Balsam. Pedal. Zonar. N. R.—12) αὐτοπαθείᾳ vatic. 4.—13) εἰς κεφαλὴν palat. Balsam. Pedal. Zonar.— ὡς παραβάτου monac. Mansi.—14) ὁ Πέτρος vallicell.— 15) Ποιμάνατε vat. 4. A.—ποίμνιον Θεοῦ Id. vallicell.— 16) ἐπισκοποῦντες om. trapezunt. vatic. 3, 4. barberin. T. Balsam. Pedal. Zonar. Bevereg.—17) ἀναγκαστικῶς Bevereg.—18) φανερωθέντες παρὰ τοῦ ἀρχιποιμένος palatin. vat. 3. T. A.—19) τῆς νίκης vat. 1.— cf. I. Petr. V, 2-4. Iterum areopagitica citantur paulo supra, de Petro ἡ κορυφαία τῶν ἀποστόλων ἀκρότης (hanc v. Bevereg. expunxit), de div. nominib. cap. III, § 2.

Can. V. 1) μείνωσι Zonar. T. Balsam. Bevereg. vallic.—2) ἐὰν τραχηλιῶντες T. Balsam. Bevereg. Pedal. Zonar.—3) καὶ τῆς ἀληθείας Hervetus legisse non videtur, inde καὶ addit vat. 3, palat. T. Zonar. Balsam.

Κανὼν ιβ'. Τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ἕκτης συνόδου τοὺς ἐν τοῖς εὐκτηρίοις οἴκοις ἔνδον οἰκίας οὖσι, λειτουργοῦντας ἢ βαπτίζοντας κληρικοὺς παρὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου καθαιρέσει καθυποβαλλούσης [1], καὶ ἡμεῖς τούτῳ συμψηφιζόμεθα· τῆς γὰρ ἁγίας ἐκκλησίας ὀρθοτομούσης, καὶ τὸν ἀληθῆ πρεσβευούσης [2] λόγον [3], καὶ τὸ σέμνον τῆς πολιτείας συντηρούσης τε καὶ ἐκδιδασκούσης [4], ἀπηχὲς καὶ ἀνόσιον παραχωρεῖν τοὺς ἀπαιδευσίᾳ καὶ ἀναρχίᾳ [5] συζῶντας, εἰς τὰς οἰκίας ὑποδυομένους, τὴν ταύτης εὐταξίαν διασπᾷν, καὶ πολλῆς ταραχῆς καὶ σκανδάλων ἀποπληροῦν· διόπερ ἡ νῦν ἱερὰ καὶ θεοσυνέργητος σύνοδος τῇ οἰκουμενικῇ καὶ ἁγίᾳ ἕκτῃ συνόδῳ συμφωνοῦσα, ἀποκεκληρωμένους εἶναι τοὺς ἐν τοῖς εὐκτηρίοις οἴκοις, ἔνδον οἰκίας οὖσι, λειτουργοῦντας, διωρίσατο, τῆς ἀποκληρώσεως δηλονότι, παρὰ τοῦ κατὰ τὸν τόπον ἐπισκόπου [4] αὐτοῖς ἀπονεμηθείσης. Εἰ δέ τινες παρὰ τούτους, τοῦ ἐπισκόπου μὴ εὐδοκοῦντος εἰς τὰς οἰκίας εἰσπίπτοντες [5] ἅπτεσθαι τῆς λειτουργίας ἀποτολμῶσι, τούτους μὲν καθαιρεῖσθαι· τοὺς δὲ τῆς αὐτῶν κοινωνίας μετασχόντας, τῷ ἀφορισμῷ καθυποβάλλεσθαι.

in clericorum catalogo, decernimus: quod si quis eorum saecularia officia assumat, vel eas quae in magistratuum aedibus vel agris dicuntur, curationes suscipiat, is ex clero expellatur. Nemo enim potest, ut est Christi veri Dei nostri vox ab ipso prolata, eaque longe verissima, duobus dominis servire.

XII. Cum sancta et universalis sexta synodus, clericos qui in oratoriis quae sunt intra domum, celebrant, vel baptizant, praeter episcopi voluntatem, depositioni subiiciat, nos quoque idem decernimus. Cum enim sancta Ecclesia recte dispenset, verbumque veritatis defendat, et venerabilem ac honestam bonae institutionis formam doceat et conservet, inconcinnum est et impium, ut qui in petulantia et insolentia ac in inobedientia vitam agunt, domos subeuntes, bonum eius ordinem convellant, et multa perturbatione et offensionibus impleant. Et ideo sacra nunc et divinitus coacta synodus, universali sextae synodo consentiens, eos qui in oratoriis quae sunt intra domos, celebrant, clero amotos esse statuit, a clero videlicet amotione eis ab eius loci episcopo edicta. Si qui autem praeter eos, non consentiente episcopo, in domos irruentes, celebrationis ministerium attingere audeant, ii quidem deponantur; qui vero eorum communionis sunt participes, segregationi subiiciantur.

2) ἐπικυροῦμεν vatic. 3. — 3) ἐν τῷ κλήρῳ Pedal. — 4) ἰδίου vatican. 3. — 5) δουλεύειν. Matth. VI, 24; Luc. XVI, 13.

Can. XII. 1) καθυποβάλλεσθαι vatic. 3. — 2) πρεσβευούσης καὶ ἐκδιδούσης Pedal. N. R. Mox ἐκδιδασκούσης Balsam. Bevereg. — 3) καὶ ἀναρχίᾳ Ped. om. — Paulo post καὶ ἁγίᾳ delet Beveregius. — 4) παρὰ τοῦ ἐπισκόπου αὐτοῖς μὴ εὐδοκοῦντος vatic. 1. — ἀπονεμηθείσης; Bevereg. — 5) ἐμπίπτοντες Pedal. — παρὰ τούτους; τολμῶσι vatic. 1.

Κανὼν ιγ'. Τὰς τῶν αἱρετικῶν ζιζανίων ἐπισπορὰς ἐν τῇ τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίᾳ ὁ παμπόνηρος καταβαλὼν, καὶ ταύτας ὁρῶν τῇ μαχαίρᾳ τοῦ Πνεύματος τεμνομένας [1] προῤῥίζους, ἐφ' ἑτέραν ἦλθε μεθοδείας ὁδὸν, τῇ τῶν σχισματικῶν μανίᾳ τοῦ Χριστοῦ σῶμα μερίζειν ἐπιχειρῶν. Ἀλλὰ καὶ ταύτην αὐτοῦ τὴν ἐπιβουλὴν [2] ἡ ἁγία σύνοδος ἀναστέλλουσα, παντελῶς ὥρισε τοῦ λοιποῦ, ἵνα εἴ τις [3] πρεσβύτερος ἢ διάκονος, ὡς δῆθεν ἐπ' ἐγκλήμασί τισι τοῦ οἰκείου κατεγνωκὼς ἐπισκόπου, πρὸ συνοδικῆς διαγνώσεως καὶ ἐξετάσεως καὶ τῆς ἐπ' αὐτῷ τελείας κατακρίσεως [4], ἀποστῆναι τολμήσοι τῆς αὐτοῦ κοινωνίας, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐν ταῖς ἱεραῖς τῶν λειτουργιῶν εὐχαῖς, κατὰ τὸ παραδεδομένον τῇ ἐκκλησίᾳ, μὴ ἀναφέροι, τοῦτον ὑποκεῖσθαι [5] καθαιρέσει, καὶ πάσης ἱερατικῆς ἀποστερεῖσθαι τιμῆς. Ὁ γὰρ ἐν πρεσβυτέρου τάξει τεταγμένος, καὶ τῶν μητροπολιτῶν ἁρπάζων [6] τὴν κρίσιν, καὶ πρὸ κρίσεως αὐτὸς κατακρίνων, ὅσον τὸ ἐπ' αὐτῷ, τὸν οἰκεῖον πατέρα καὶ ἐπίσκοπον, οὗτος οὐδὲ τῆς τοῦ πρεσβυτέρου ἐστὶν ἄξιος τιμῆς ἢ ὀνομασίας. Οἱ δὲ τούτῳ [7] συνεπόμενοι, εἰ μὲν τῶν ἱερωμένων εἶέν τινες, καὶ αὐτοὶ τῆς οἰκείας τιμῆς ἐκπιπτέτωσαν. Εἰ δὲ μοναχοὶ ἢ λαϊκοὶ, ἀφοριζέσθωσαν παντελῶς τῆς ἐκκλησίας, μέχρις ἂν τὴν πρὸς τοὺς σχισματικοὺς συνάφειαν διαπτύσαντες, πρὸς τὸν οἰκεῖον ἐπίσκοπον ἐπιστραφεῖεν [8].

Κανὼν ιδ'. Εἴ τις ἐπίσκοπος ἐγκλήματος πρόφασιν ποιούμενος κατὰ [1] τοῦ οἰκείου μητροπολίτου πρὸ συνοδικῆς διαγνώσεως, ἀποστήσοι [2] ἑαυτὸν τῆς πρὸς αὐτὸν [3]

XIII. Haereticarum zizaniorum semina in Dei Ecclesiam Malignus deiiciens, et eas videns gladio Spiritus excindi radicitus, ad aliam venit insidiarum viam, schismaticorum insania Christi corpus dividere aggrediens: sed et istiusmodi dolum sancta synodus reprimens, omnino definiit deinceps, ut si quis presbyter, vel diaconus, qui scilicet ob aliqua crimina proprium episcopum condemnarit, ante synodalem cognitionem et examinationem et perfectam eius condemnationem, ab illius communione discedere ausus fuerit, et eius nomen in sacris celebrationum precibus, ut Ecclesiae traditum est, non referat, is depositioni subiiciatur, et omni sacerdotali honore privetur. Qui enim est in sacerdotali ordine collocatus, et metropolitanorum iudicium praeripit, et ante iudicium, ipse quantum in se est, proprium patrem et episcopum condemnat, is nec presbyteri honore, nec nomine dignus est. Qui autem eos consequuntur, si sint quidem ex iis qui sunt sacris initiati, ipsi quoque a proprio honore excidant: sin autem sint laici vel monachi, ex ecclesia omnino segregentur, donec cum schismaticis coniunctionem respuentes, ad proprium episcopum reversi fuerint.

XIV. Si quis episcopus metropolitani crimen praetexens, ante synodalem cognitionem, seipsum ab eius communione subduxerit, et nomen eius, non prout consuetum

Can. XIII. 1) ἐκτεμνομένας Pedal.— πρὸ ῥιζῶν vatic. 3.— 2) ἐπιβολὴν Balsam. Zonar. Bevereg. Hervetus. — 3) εἴτε πρεσβύτ. εἴτε διάκ. Pedal. — 4) καὶ τῆς ἐπ' αὐτῷ τελείας κατακρίσεως om. cod. amerbach. Balsam. Zonar. — Mox τολμήσει Balsam. Zonar. quam vocem vatic. 3 delet.— 5) τούτους ὑποκεῖσθαι vat. 1. — 6) ἁρπαζόντων vatic. 1. trapezuntin. Bevereg. — 7) τούτοις, vatic. 1, Balsam. Zonar. τοιούτοις vatic. 3. — 8) ἐπιστραφεῖεν ἐπίσκοπον Pedal.

Can. XIV. 1) κατὰ om. trapezunt. Zonar. Balsam. Bevar.— 2) ἀποστήσοι cum Pedal. Caeteri omnes, nisi quid me fugerit, habent ἀποστήσει.—3) τῆς πρὸς αὐτὸν

κοινωνίας, καὶ μὴ ἀναφέροι [4] τὸ ὄνομα αὐτοῦ, κατὰ τὸ εἰθισμένον, ἐν τῇ θείᾳ μυσταγωγίᾳ, τοῦτον ὥρισεν ἡ ἁγία σύνοδος καθῃρημένον εἶναι, εἰ μόνον [5] ἐλεγχθείη ἀποστὰς τοῦ οἰκείου μητροπολίτου, καὶ σχίσμα ποιήσας [6]. Δεῖ γὰρ ἕκαστον τὰ οἰκεῖα μέτρα γινώσκειν, καὶ μήτε τὸν πρεσβύτερον καταφρονεῖν τοῦ οἰκείου ἐπισκόπου, μήτε τὸν ἐπίσκοπον τοῦ οἰκείου μητροπολίτου [7].

Κανὼν ιε'. Τὰ ὁρισθέντα ἐπὶ πρεσβυτέρων [1] καὶ ἐπισκόπων καὶ μητροπολιτῶν, πολλῷ μᾶλλον καὶ [2] ἐπὶ πατριαρχῶν ἁρμόζει, ὥστε εἴ τις πρεσβύτερος ἢ ἐπίσκοπος ἢ μητροπολίτης τολμήσειεν [3] ἀποστῆναι τῆς πρὸς τὸν οἰκεῖον πατριάρχην κοινωνίας, καὶ μὴ ἀναφέροι τὸ ὄνομα αὐτοῦ, κατὰ τὸ ὡρισμένον καὶ τεταγμένον [4], ἐν τῇ θείᾳ μυσταγωγίᾳ, ἀλλὰ πρὸ ἐμφανείας συνοδικῆς καὶ τελείας αὐτοῦ κατακρίσεως, σχίσμα ποιήσοι [5], τοῦτον ὥρισεν ἡ ἁγία σύνοδος πάσης ἱερατείας παντελῶς ἀλλότριον εἶναι, εἰ μόνον ἐλεγχθείη τοῦτο παρανομήσας. Καὶ ταῦτα μὲν ὥρισται [6] καὶ ἐσφράγισται περὶ τῶν προφάσει τινῶν ἐγκλημάτων, τῶν οἰκείων ἀφισταμένων προέδρων, καὶ σχίσμα ποιούντων [7], καὶ τὴν ἕνωσιν τῆς ἐκκλησίας διασπώντων [8]. Οἱ γὰρ δι' αἵρεσίν [9] τινα παρὰ τῶν ἁγίων συνόδων ἢ πατέρων κατεγνωσμένην τῆς πρὸς τὸν πρόεδρον κοινωνίας ἑαυτοὺς διαστέλλοντες, ἐκείνου τὴν αἵρεσιν δηλονότι δημοσίᾳ κηρύττοντος, καὶ γυμνῇ τῇ κεφαλῇ ἐπ' ἐκκλησίας διδάσκοντος, οἱ τοιοῦτοι οὐ μόνον τῇ κανονικῇ ἐπιτιμήσει οὐχ ὑποκείσονται [10], πρὸ συνοδικῆς διαγνώσεως ἑαυτοὺς τῆς πρὸς τὸν κα-

est, in divina mysterii celebratione referat, sancta synodus eum depositum esse statuit, si tantum convictus fuerit a proprio metropolitano recessisse, et schisma fecisse. Oportet enim unumquemque proprias partes cognoscere, et nec presbyterum proprium episcopum contemnere, nec episcopum proprium metropolitanum.

XV. Quae de presbyteris et episcopis et metropolitanis constituta sunt, multo magis etiam in patriarchis conveniunt. Quamobrem si quis presbyter, vel episcopus, vel metropolitanus a sui patriarchae communione recedere ausus fuerit, et nomen eius non referat, ut in divini mysterii celebratione constitutum est et ordinatum, sed ante synodale decretum, et perfectam eius condemnationem, schisma fecerit, statuit sancta synodus eum esse ab omni sacerdotio alienum, si in hoc solum deliquisse convictus fuerit. Et haec quidem constituta et obsignata sunt, de iis qui aliquorum criminum praetextu a propriis praesulibus recedunt, et schisma faciunt, et ecclesiae unionem convellunt. Qui enim propter haeresin aliquam a sanctis patribus vel synodis condemnatam, se a praesulis communione separant, illo haeresin scilicet publice praedicante, et nudo capite in Ecclesia docente, ii non solum canonicae poenae non subiicientur, ante synodalem cognitionem, seipsos a communione eius qui episcopus dicitur, seiungen-

om. vatic. 3. — 4) μὴ ἀναφέρει vat. 1, 2, edd. praeter Pedal. — 5) εἰ μόνον ἐλεγχθείη cum column. vat. 1, 3, palatin. Bevereg. N. R. — 6) ποιήσει Balsam. Zonar. ἐλεγχθείη omisso, σχίσμα ποιήσοι Rhalli, Ped. Mansi. σχισματοποιήσας vatic. 1. — 7) μήτε τὸν μητροπολίτην τοῦ οἰκείου πατριάρχου column. — τοῦ ἰδίου μητρ. Pedal.

Can. XV. 1) περὶ πρεσβυτέρων Pedal. N. R. — καὶ ἐπισκόπων om. vatic. 1. — 2) μᾶλλον ἐπὶ Balsam. Zonar. Pedal. — 3) τολμήσοι Pedal. — ὑποστῆναι Bevereg. N. R. — 4) καὶ τεταγμένον om. vatic. 3. — διατεταγμένον Zonar. Balsam. Bever. — 5) ποιήσει vulgo. — 6) ἐσφράγισταί τε καὶ ὥρισται Zonar. Pedal. — 7) σχίσματα Bevereg. — σχισματοποιούντων vatic. 1 iterum. — 8) ποιούντων Balsam. — 9) διαίρεσίν τινα Balsam. Bevereg. — 10) ὑπόκεινται vatic. 2, Pedal. —

*

λούμενον ἐπίσκοπον κοινωνίας ἀποτειχίζοντες, ἀλλὰ καὶ τῆς πρεπούσης [11] τιμῆς τοῖς ὀρθοδόξοις ἀξιωθήσονται· οὐ γὰρ ἐπισκόπων, ἀλλὰ ψευδεπισκόπων καὶ ψευδοδιδασκάλων [12] κατέγνωσαν, καὶ οὐ σχίσματι τὴν ἕνωσιν τῆς ἐκκλησίας κατέτεμον, ἀλλὰ σχισμάτων [13] καὶ μερισμῶν τὴν ἐκκλησίαν ἐσπούδασαν ῥύσασθαι.

Κανὼν ιϛ'. Διὰ τὰς φιλονεικίας τε καὶ ταραχὰς τὰς ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ [1] ἐκκλησίᾳ συμβαινούσας, καὶ τοῦτο ὁρίσαι ἀναγκαῖόν ἐστι· τὸ μηδενὶ τρόπῳ [2] ἐπίσκοπον καταστῆναι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ἧς ἔτι ὁ προεστὼς ζῇ, καὶ ἐν τῇ ἰδίᾳ συνίσταται τιμῇ, εἰ μὴ αὐτὸς ἑκὼν τὴν ἐπισκοπὴν παραιτήσεται· χρὴ γὰρ [3] πρότερον τὴν αἰτίαν τοῦ μέλλοντος τῆς ἐπισκοπῆς ἐκδιώκεσθαι, κανονικῶς ἐξεταζομένην εἰς πέρας ἄγεσθαι, εἶθ' οὕτω μετὰ τὴν αὐτοῦ καθαίρεσιν ἕτερον ἀντ' αὐτοῦ εἰς τὴν ἐπισκοπὴν προβιβάζεσθαι. Εἰ δέ τις τῶν ἐπισκόπων ἐν τῇ ἰδίᾳ συνιστάμενος [4] τιμῇ, μήτε παραιτεῖσθαι βούλοιτο, μήτε τὸν οἰκεῖον ἐθέλοι [5] ποιμαίνειν λαὸν, ἀλλὰ τῆς οἰκείας ἀποστὰς ἐπισκοπῆς ὑπὲρ τὸ ἑξάμηνον ἐν ἑτέρῳ διατρίβοι [6] τόπῳ, μήτε βασιλικῷ προστάγματι κατεχόμενος, μήτε ταῖς τοῦ οἰκείου πατριάρχου λειτουργίαις ὑπηρετούμενος, μήτε μὴν ὑπὸ νόσου χαλεπῆς τε καὶ ἀκινησίαν [7] ἐμποιούσης παντελῆ συνεχόμενος· ὁ τοιοῦτος οὖν ὁ κατὰ μηδεμίαν τῶν εἰρημένων προφάσεων κωλυόμενος, τῆς οἰκείας ἀφιστάμενος ἐπισκοπῆς, καὶ ὑπὲρ τὸν ἑξαμηνιαῖον χρόνον ἐν ἑτέρῳ διατρίβων [8] τόπῳ, τῆς τοῦ ἐπισκόπου τιμῆς τε καὶ ἀξίας ἀλλοτριωθήσεται παντελῶς· τὸν γὰρ τῆς ἐμπιστευθείσης αὐτῷ καταμελοῦντα ποίμνης, καὶ ἐν ἑτέρῳ ὑπὲρ τὸ ἑξάμηνον χρονοτριβοῦντα τόπῳ, ὥρισεν ἡ ἁγία σύνοδος τῆς ἀρχιερωσύνης [9], δι' ἧς ποιμαί-

tes, sed et honore qui orthodoxis convenit, digni habebuntur. Non enim episcopos, sed pseudoepiscopos et falsos doctores condemnarunt; et non schismate Ecclesiae unionem consciderunt, sed a schismatibus et divisionibus Ecclesiam liberare studuerunt.

XVI. Propter contentiones et tumultus, qui in Dei Ecclesia contingunt, hoc quoque est definire necessarium, ut episcopus nullo modo constituatur in ecclesia, cuius praeses adhuc vivit, et est adhuc in proprio honore constitutus, nisi episcopatui sua sponte renunciaverit. Oportet enim causam eius, qui est episcopatu expellendus, canonice examinatam ad finem prius deduci; deinde post eius depositionem, alterum in eius episcopatum provehi. Si quis autem episcopus in proprio honore constitutus, nec vult renunciare, nec proprium populum pascere, sed a suo episcopatu recedens, plusquam sex mensibus in alio loco degat, nec regio iussu detentus, nec sui patriarchae ministeriis deserviens, neque a gravi morbo, et qui ut omnino moveri non possit, efficiat, retentus: is nulla ex supra dictis causa prohibitus, et a suo episcopatu absens, et ultra semestre tempus in alio loco degens, ab episcopi dignitate et honore omnino alienabitur; cum enim qui suae fidei commissum gregem negligit, et in alio loco supra semestre tempus de-

11) προσηκούσης trapezuntin.—12) ψευδεπισκόπων διδασκάλων Bevereg. καὶ ψευδεπισκ. διδασκ. trapezunt. — 13) καὶ σχισμάτων trapezunt.

Can. XVI. 1) ταῖς τῇ τοῦ Θεοῦ Beveregi.—2) τοῦ μηδενὶ τρόπῳ ἐπίσκοπον oxon.—3) καὶ γὰρ χρὴ Balsam. Zonar. — 4) ἰδίᾳ συνιστατο, vatic. 2. idemque mox βούλεται.—5) ἐθέλοι expunxit Pedal.—6) διατρίβει id. —7) χαλεπῆς τὴν ἀκινησίαν Balsam. Zonar.—8) ἐν ἑτέρῳ τόπῳ χρονοτριβῶν Balsam. Zonar. — 9) καὶ τῆς ἀρχιερωσύνης vatic. 3, palatin. Zonar. Balsam. Pedal. N. R.

νειν[10] ἐτάχθη, παντελῶς ἀλλότριον καθιστάναι, καὶ εἰς τὸν αὐτοῦ τῆς ἐπισκοπῆς τόπον ἕτερον ἀντ᾽ αὐτοῦ προχειρίζεσθαι[11].

Κανὼν ιζ΄. Ἐν πᾶσι τῆς ἐκκλησιαστικῆς εὐταξίας φροντίζοντες, καὶ τοῦτο ὁρίσαι ἀναγκαῖον ἐθέμεθα· ὥστε τοῦ λοιποῦ μηδένα τῶν λαϊκῶν ἢ μοναχῶν, ἀθρόον[1] εἰς τὸ τῆς ἐπισκοπῆς ὕψος ἀνάγεσθαι, ἀλλ᾽ ἐν τοῖς[2] ἐκκλησιαστικοῖς βαθμοῖς ἐξεταζόμενον πρότερον, οὕτω τῆς ἐπισκοπῆς τὴν χειροτονίαν ὑποδέχεσθαι. Εἰ γὰρ καὶ μέχρι τοῦ νῦν ἀπὸ τῶν λαϊκῶν ἢ μοναχῶν τινες, ἀπαιτούσης χρείας, παραυτίκα τιμῆς ἄξιοι γεγόνασιν ἐπισκοπικῆς[3], ἀρετῇ τε διαπρέψαντες, καὶ τὰς κατ᾽ αὐτοὺς ἐκκλησίας[4] ὑψώσαντες, ἀλλὰ τό γε σπάνιον[5], οὐδαμοῦ νόμον τῆς ἐκκλησίας τιθέμενοι, ὁρίζομεν τοῦ λοιποῦ μηκέτι τοῦτο γίνεσθαι, εἰ μὴ κατὰ λόγον ὁ χειροτονούμενος διὰ[6] τῶν ἱερατικῶν προέλθοι[7] βαθμῶν, ἐν ἑκάστῳ τάγματι τὸν νενομισμένον χρόνον ἀποπληρῶν.

git, statuit saucta synodus, ut a sacerdotio, per quod pascere ordinatus est, alienus omuino constituatur, et iu eius episcopatus locum, alius pro ipso promoveatur.

XVII. Iu omnibus boui ecclesiastici ordinis curam gerentes, hoc quoque definire necessarium duximus, ut uullus deinceps laicus vel monachus repente ad episcopalem altitudinem eveheretur, sed in ecclesiasticis gradibus primum examinatus, sic episcopalis dignitatis ordinationem susciperet. Etsi enim huc usque quidam ex monachis et laicis, exigente necessitate, episcopali honore statim digui facti sunt, qui et virtute excellenti fuere, et suas ecclesias in altum extulere, id tamen quod rare evenit, Ecclesiae legem uequaquam statuentes, decernimus ut id deinceps minime fiat, uisi is qui rite ordinatur, per gradus sacerdotales processerit, in unoquoque ordine tempus praestitutum adimplens.

—10) ποιμαίνειν Pedal. constanter.—11) ἀντ᾽ αὐτοῦ καταλέγεσθαι Zonar. Balsam. Pedal. non habuit mosquensis, nisi post correcturam; omnino delent petroburg. oxon. vatic. 2, palatin.

Can. XVII. 1) ἀθρόως vat. 2,3, palatin. oxon.—2) Ἀλλά τοῖς vatic. 2, palatin. Balsam. Zonar. Pedal. ἀλλ᾽ ἐν τῆς N. R. mendose. — 3) ἐπισκοπῆς oxon. palatin. Pedal.— 4) κατ᾽ αὐτῶν ἐκκλησίας vatic. 3. — καὶ τὴν κατ᾽ αὐτοὺς ἐκκλησίαν vatin. 1, 2, trapezuntin. Zonar. Balsamon. Bevereg. N. R. — 5) τὸ σπάνιον Zonar. Balsam. τό γε σπανίων N. R. — οὐ νόμον Pedal.— 6) διά delent oxon. Balsam. — 7) παρέλθοι vatic. 3.

II.

ΚΑΝΟΝΕΣ ἐκτεθέντες παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου τῆς ἐν τῷ περιωνύμῳ [1] τοῦ τῆς Θεοῦ Λόγου σοφίας [2] συστάσης, καὶ τὴν οἰκουμενικὴν [3] ἑβδόμην σύνοδον ἐπιβεβαιωσάσης, πᾶσαν δὲ σχισματικὴν καὶ αἱρετικὴν πλάνην ἀπελασάσης.

CANONES editi a saacta synodo, quae in celebri templo, Dei Verbi Sapientiae dicato, habita est, et oecumenicam VII synodum confirmavit, omnemque achismaticum et haereticum errorem expulit.

Κανὼν α'. Ὥρισεν ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ [1] σύνοδος, ὥστε, εἴ τινες τῶν ἐξ Ἰταλίας κληρικῶν, ἢ λαϊκῶν ἢ ἐπισκόπων, ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἢ Εὐρώπῃ [2] ἢ Λιβύῃ διατρίβοντες, ὑπὸ δεσμὸν ἢ καθαίρεσιν ἢ ἀναθεματισμὸν παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου Πάπα Ἰωάννου ἐγένοντο, ἵνα ὦσιν οἱ τοιοῦτοι καὶ παρὰ Φωτίου τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως ἐν τῷ αὐτῷ τῆς ἐπιτιμίας ὅρῳ, τουτέστιν ἢ καθῃρημένοι ἢ ἀναθεματισμένοι [3] ἢ ἀφωρισμένοι· οὓς μέντοι Φώτιος ὁ ἁγιώτατος ἡμῶν πατριάρχης κληρικοὺς ἢ λαϊκοὺς ἢ τοῦ ἀρχιερατικοῦ καὶ ἱερατικοῦ [4] τάγματος, ἐν οἱᾳδήποτε παροικίᾳ, ὑπὸ ἀφορισμὸν ἢ καθαίρεσιν ἢ ἀναθεματισμὸν ποιήσῃ [5], ἵνα ἔχῃ αὐτοὺς καὶ ὁ ἁγιώτατος Πάπας Ἰωάννης, καὶ ἡ κατ' αὐτὸν ἁγία τοῦ Θεοῦ Ῥωμαίων ἐκκλησία, ἐν τῷ αὐτῷ τῆς ἐπιτιμίας κρίματι, μηδὲν τῶν προσόντων πρεσβείων τῷ ἁγιωτάτῳ θρόνῳ τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας [6], μηδὲ τῷ ταύτης προέδρῳ τὸ σύνολον καινοτομουμένων, μήτε νῦν, μήτε εἰς τὸ μετέπειτα.

Κανὼν β'. Εἰ καὶ μέχρι τοῦ νῦν [1] ἔνιοι τῶν ἀρχιερέων εἰς τὸ τῶν μοναχῶν κατιόντες σχῆμα ἐπὶ τῷ τῆς ἀρχιερωσύνης [2] ἐβιάζοντο διαμένειν ὕψει,

I. Statuit eancta et universalis aynodus, ut si qui ex Italiae clericis vel laicis vel epiecopis, in Asia vel Europa vel Libya versantes, sub vinculo vel depositinne vel anathematizatione apud sanctisaimum papam Ioannem fuerunt, ut ii quoque sint einsmodi etiam apud Photinm sanctissimnm patriarcham Constantinopolitanum in eadem poenae definitione, id est, vnl depositi vel anathematizati vel segregati; et quos Phntius quidem sanctissimus noster patriarcha, clericos vel laicos vel episcopalis vel sacerdotalis nrdinis, in quacumque parochia, segregationi vel depositioni vel anathematizationi subiecerit, sanctiasimns quoque papa Ioannes, et sancta Dei Romanorum ecclesia eosdem in eodem poenae iudicio habeat, privilegiis, quae adaunt sanctiasimae Romanorum ecclesiae sedi et eius antistiti, nihil penitus innovatis, nec nunc, nec in posterum.

II. Etiam si hucusque nonnulli antiatites, qui ad monachorum habitum descenderant, ut in episcopali fastigio manerent, vim adhibnerunt, et cum hoc facerent, ne-

In titulo 1) περιωνύμῳ καὶ ἐπωνύμῳ trapezuot. vat. 1, oxoo. Balsam. — τῆς ante τοῦ Θεοῦ om. Balsam. — 2) σοφίας om. vatic. 1, barberin. Baisam. Zonar. — 3) οἰκουμενικὴν om. barber. — a voce πᾶσαν omoia delent vatic. 1, Balsam. — βεβαιωσάσης Bevereg. ἀπελάσας Mansi mendose.

Can. I. 1) καὶ οἰκουμενικὴ om. Balsamoo. Zooar. codex amerbachlao. — σύνοδος om. vatic. 1. — σύνοδος αὕτη Ped. — εἴ τινας barber. — ὥστε οἵτινες Ped. — 2) ἢ Εὐρώπῃ om. vatic. 1. — 3) ἀναθεμ. omnes edd. et mss. Cor non ἀνατεθεματισμένοι? — ἢ ἀφωρισμένοι om. ottob. 27. καὶ οὓς μέντοι Bevereg. N. R. — 4) καὶ ἱερατικοῦ om. vatic. 1. — 5) ποιήσει Rhalli. — 6) ἁγιωτάτης ῥωμαίων ἐκκλησίας Berolio. — καὶ τῷ ταύτης Bever. N. R.

Can. II. 1) μέχρι νῦν trapezuotin. barberin. Zonar. Balsam. Bevereg. — 2) ἐν τῷ τῆς ἀρχιερωσύνης Beve-

καὶ τοῦτο πράττοντες παρεωρῶντο [3]· ἀλλ' οὖν ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ αὕτη σύνοδος, καὶ τοῦτο ῥυθμίζουσα τὸ παρόραμα, καὶ πρὸς τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς θεσμοὺς τὴν ἄτακτον ταύτην ἐπανάγουσα πρᾶξιν, ὥρισεν, ἵνα εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ εἴ τις ἄλλος τοῦ ἀρχιερατικοῦ ἀξιώματος πρὸς τὸν μοναδικὸν θελήσοι [4] κατελθεῖν βίον, καὶ τὸν τῆς μετανοίας τόπον ἀναπληρῶσαι [5], μηκέτι τοῦτον τῆς ἀρχιερατικῆς ἀντιποιεῖσθαι ἀξίας. Αἱ γὰρ τῶν μοναχῶν συνθῆκαι ὑποταγῆς ἐπέχουσι λόγον καὶ μαθητείας, ἀλλ' οὐχὶ διδασκαλίας ἢ προεδρίας [6], οὐδὲ ποιμαίνειν ἄλλους, ἀλλὰ ποιμαίνεσθαι ἐπαγγέλλονται· διὸ, καθ' ἃ προείρηται, θεσπίζομεν, μηκέτι τινὰ τῶν ἐν ἀρχιερατικῷ καταλόγῳ καὶ ποιμένων ἐξεταζομένων, εἰς τὴν τῶν ποιμαινομένων καὶ μετανοούντων χώραν ἑαυτὸν καταβιβάζειν· εἰ δέ τις τοῦτο τολμήσειε πρᾶξαι μετὰ τὴν ἐκφώνησιν καὶ διάγνωσιν τῆς νῦν ἐκπεφωνημένης [7] ψήφου, αὐτὸς ἑαυτὸν τοῦ ἀρχιερατικοῦ ἀποστερήσας βαθμοῦ, οὐκέτι πρὸς τὸ πρότερον, ὅπερ δι' αὐτῶν τῶν ἔργων [8] ἠθέτησεν, ἀξίωμα ἐπαναστρέψει [9].

Κανὼν γ΄. Εἴ τις τῶν λαϊκῶν αὐθεντήσας, καὶ καταφρονήσας μὲν τῶν θείων καὶ βασιλικῶν προσταγμάτων, καταγελάσας δὲ καὶ τῶν φρικτῶν τῆς ἐκκλησίας θεσμῶν τε καὶ νόμων, τολμήσειεν [1] ἐπίσκοπόν τινα τύψαι ἢ φυλακίσαι [2], ἢ χωρὶς αἰτίας, ἢ καὶ συμπλασάμενος αἰτίαν, ὁ τοιοῦτος [3] ἀνάθεμα ἔστω.

glecti sunt: sancta tamen et universalis haec synodus, hanc negligentiam quoque corrigens, et ad ritus ecclesiasticos hanc inordinatam actionem redigens, statuit ut si quis episcopus vel aliquis alius ex pontificali dignitate, voluerit ad vitam monasticam descendere, vel poenitentiae locum implere, ne amplius antistitis dignitatem usurpet. Monachorum enim professinnes, subiectionis et disciplinae rationem habent, non autem doctrinae vel primatus; nec alios pascere, sed ipsos pasci profitentur. Et ideo, quemadmodum praedictum est, decernimus, ut nemo eorum qui in episcopalem pastorumque catalogum relatus est, ad eorum qui pascuntur et agunt poenitentiam, locum se demittat. Si quis autem hoc facere ausus fuerit, post denuntiationem et declarationem huius editae sententiae; ipse qui seipsum episcopali gradu privavit, non amplius ad priorem quam factis irritam fecit, dignitatem revertetur.

III. Si qnis laicus auctoritate sna usus, divinis quidem et regiis iussis contemptis, reverendisque Ecclesiae ritibus et legibus irrisis, aliquem episcopum verberare ausus fuerit, vel in custodiam tradere, vel sino causa, vel aliqna conficta causa, is sit anathema.

reg.—3) παρεορῶντο Pedal. mendose. At rectius aliquis emendaret fortasse περιεωρῶντο.—4) θελήσει Zonar. Balsam. θελήσειεν vatic. 1. θελήσει N. R.—ἐθελήσῃ barberin.—5) ἀποπληρώσαι barberin.—μηκέτι τὸ τοῦτον Balsam. τοιοῦτον N. R.—μηκέτι λοιπὸν Bevereg.—6) οὐ διδασκαλίας καὶ προεδρίας barberin.—7) ἐκφωνουμένης Pedal.—8) διὰ τῶν ἔργων Bevereg.—9) ἀναστρέψει N. R. Balsam. Zonar. Mansi.

Can. *III.* 1) τολμήσει Pedal.—2) φυλακίσαι χώρις ib.—3) ὁ τοιοῦτος om. barber.

APPENDIX COISLINIANA.

Τῆς ἐν τῷ περιωνύμῳ ναῷ τῆς τοῦ Θεοῦ Σοφίας, ἥτις τὴν ἑβδόμην ἐκύρωσεν, κεφάλαια ια΄.

Α΄. Ἡ ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου σύνοδος α΄ τῶν τιη΄ θεοφόρων ἁγίων πατέρων, ἥτις ἐστὶ μεγάλη καὶ οἰκουμενική, ἡ τὸν Ἄρειον καθελοῦσα, ἀπαρασάλευτος, ἤγουν ἐν Νικαίᾳ τὸ πρῶτον.

Β΄. Ἡ ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου ἐν Κωνσταντινουπόλει τῶν ρν΄ ἁγίων πατέρων, ἥτις ἐστὶ μεγάλη καὶ οἰκουμενικὴ β΄ σύνοδος, ἡ Μακεδόνιον διαῤῥήξασα, ἀπαράτρεπος.

Γ΄. Ἡ κατὰ τὴν Ἔφεσον ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος γ΄, ἐπὶ τοῦ μικροῦ Θεοδοσίου, ἡ Νεστόριον καθελοῦσα, ἀμετακίνητος· οὐ μὴν δὲ ἡ δευτέρα, ἀλλ' ἡ πρώτη τῶν σ΄ ἁγίων πατέρων, ἡ γὰρ γενομένη ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως Θεοδοσίου τοῦ μικροῦ ἐν τῇ Ἐφέσῳ τὸ δεύτερον, ἀπεβλήθη τελείως ἀπὸ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, ὡς τὰ Εὐτυχοῦς φωραθεῖσα κρατεῖν.

Δ΄. Ἡ ἐν Καλχηδόνι ἐπὶ τῆς βασιλείας Μαρκιανοῦ μεγάλη καὶ οἰκουμενικὴ δ΄ σύνοδος τῶν χλ΄ ἁγίων πατέρων, ἡ Εὐτυχέα καὶ Διόσκορον κατακρίνασα καὶ ἀποβαλοῦσα, πανόσιος, ἀδιάβλητος.

Ε΄. Ἡ ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ τοῦ πάλιν τῶν ρξε΄ ἁγίων πατέρων, ἡ μεγάλη καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος ε΄, ἡ Ὠριγένην τὸν παράφρονα ἀναθεματίσασα, καὶ αὐτὴ ἀπαράτρεπτος.

ϛ΄. Ἡ ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου καὶ Ἰουστίνου, τῶν ρο΄ ἁγίων πατέρων, οἰκουμενικὴ μεγάλη σύνοδος ϛ΄, ἡ Ὀνώριον καὶ Σέργιον καὶ Κῦρον τοὺς Μονοθελήτας καταβαλοῦσα, ἀπαρασάλευτος.

Ζ΄. Ἡ ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου καὶ Εἰρήνης τῆς μητρὸς αὐτοῦ ἐν Νικαίᾳ τὸ δεύτερον, τῶν τξ΄ ἁγίων πατέρων συναθροισθεῖσα, ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ μεγάλη ζ΄ σύνοδος, ἡ κατὰ τῶν χριστιανοκατηγόρων εἰκονομάχων γενομένη, ἀδιάβλητος.

Η΄. Εἴ τις ταύτας οὐ δέχεται, καὶ τὰ ἐν αὐταῖς ἐκτεθέντα καὶ λαληθέντα ὑπὸ τῶν ἁγίων πατέρων τὰ σωτήρια καὶ θεῖα διδάγματα καὶ τοὺς ἱεροὺς καὶ θείους κανόνας ὡς ἅγια, ἀνάθεμα.

Synodi quae in nominatissimo Divinae Sapientiae templo habita est, et quae septimum concilium confirmavit, capitula XI.

I. Quae sub imperio Constantini Magni synodus prima fuit CCCXVIII Deo plenorum sanctorum patrum, quae quidem magna est et oecumenica, et Arium deiecit, immota maneat: quod est primum nicaenum concilium.

II. Quae fuit sub Theodosio magno habita Constantinopoli CL sanctorum patrum, magna scilicet et oecumenica altera synodus, quae Macedonium discerpsit, indeclinabilis esto.

III. Quae acta fuit Ephesi, sancta et oecumenica synodus tertia, sub iuniore Theodosio, ea quae Nestorium evertit, inamovibilis esto. Non illa vero secunda, sed prima CC patrum; quae enim facta est sub eodem imperatore Theodosio minore in civitate Ephesi altera vice, reiecta omnino fuit a catholica Ecclesia, utpote quae Eutychen amplecti deprehensa est.

IV. Chalcedonensis sub imperio Marciani magna et oecumenica quarta synodus DCXXX sanctorum patrum, quae Eutychen et Dioscorum damnavit et reiecit, sanctissima, irreprehensibilis esto.

V. Constantinopolitana sub Iustiniano iterum imperatore CLXV sanctorum patrum, magna et oecumenica synodus V, quae Origenem insanum anathemate percussit, ipsa quoque sine mutatione stet.

VI. Constantinopolitana sub imperio Constantini et Iustini, CLXX sanctorum patrum, oecumenica magna Synodus VI, quae Honorium, Sergium et Cyrum Monothelitas repudiavit, non moveatur.

VII. Quae sub imperio Constantini et Irenae matris eius, Nicaeae iterum, CCCLX sanctorum patrum, congregata fuit sancta et oecumenica magna synodus VII, quae adversus christiani nominis hostes Iconomachos facta est, nulli exceptioni submittatur.

VIII. Si quis eas synodos non recipit, et quae in ipsis acta et pronunciata fuere a sanctis patribus salutaria ac divina praecepta et sacros ac divinos canones, ut sancta non habet, anathema sit.

Θ. Οἱ ὑπὸ δεσμὸν ἢ καθαίρεσιν τοῦ πάππα Ῥώμης ἢ ἀνάθεμα παρ' αὐτοῦ γενόμενοι, καὶ παρὰ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως, οὕτω μενέτωσαν καὶ ἔμπαλιν.

Ι. Εἴ τις ἀπὸ ἱεραρχικοῦ ὕψους εἰς μοναχικὸν κατελθῇ βίον, μηκέτι τῆς ἱεραρχικῆς ἀντιποιείσθω ἀξίας.

ΙΑ'. Εἴ τις τῶν λαϊκῶν ἐπίσκοπον φυλακίσειεν ἢ τυπτήσειεν, εὐλόγως ἢ ἀλόγως, ἢ χωρὶς αἰτίας ἢ καὶ συμπλασάμενος, εἴη ἀνάθεμα.

IX. Qui sub vinculo aut depositione papae sunt Romani aut anathema ab ipso facti, et qui simul a Constantinopolitano, ita maneant et in posterum.

X. Si quis a sublimi hierarchia se in monasticam vitam recipiat, ne amplius sibi supremam vindicet dignitatem.

XI. Si quis laicorum in carcerem episcopum tradit aut percutit, sive iure sive iniuria, aut nulla causa, aut conficta, anathema esto.

ANNOTATIONES

Cum alius, ut dixi, certus locus erit Photii technas et artificia, quae iuris nostri negotia pertingunt, explicandi commodius, hic pauca lubet raptim apponere. Haec vero prope omnia refero accepta cl. Frontoni Ducaeo, qui Zonaram scholiis instruxit, nisi forte vetus interpres Ioannes Quintinus Aeduus, meus aliquo iure πατριώτης, has potius notulas libro suo primus inspersit.

Hos igitur canones Photius ipse composuit, ut testantur Zonaras et Balsamon, in quos non pauca inseruit, ut sibi consuleret. Ita inter prioris pseudo-synodi canones, decimum quartum caeteris attexuit, quo uteretur, quamvis aequitatis speciem praeferat, ut suam tyrannidem firmaret. Et in altero quoque XV, sibi idem lenocinatur, quod eius communionem, quippe illegitimi patriarchae, non pauci aversarentur, et potius cum Ignatio vero antistite communicarent. Sed maxime in ultimo XVII cavit, ut aliquo modo exulceratos eius facinore legatorum et catholicorum episcoporum animos leniret.

In altera pseudo-synodo primus statim canon occurrit, quem Graeci, ut cum Frontone loquar, lambunt et liguriunt, quo videlicet interceptae appellationes ad Pontificem, totaque auctoritas apostolicae sedis sublata. Secundus quoque canon a Photio in odium Ignatii adiunctus, quasi videlicet metueret, alter Herodes, ne quem ipse e medio sustulerat, reviivisceret. Ultimo demum frustra providit ne ipse poenas daret quas saevissime viris innocentissimis ad immanitatem usque et absque ullo iure irrogaverat.

His quaedam adiiciendа praestitit in appendice codex coislinianus non semel memoratus, cuius certe scriptor, qui manum operi recentem admovit, scrinia tamen patriarchatus constantinopolitani rimari, ignota luci dare, arcana fortasse investigare permittebatur. Alia ab eodem infra mutuabimur, quae eius solertiam et diligentiam docent. Neque fundamento carent quae ad synodum sophianam retulit, breviori licet compendio coacta, quum amplissimo et constanti horum trium canonum titulo superius posito declaretur ab illa qualicumque synodo septimam quoque fuisse confirmatam.

Tum etiam alias appendices duas statim nectere hisce animus est, et locus suadet; quarum prior, similem ac praecedentia nacta originem ex codice coisliniano, manifesto se vinculo cum iisdem coniungit; utraque eiusdem esse fabricae duxeris,

si rerum nexum et indolem ac plurima verba, horridiora quidem et rudi barbarie expressa, diligentius consideravoris. Sana ea sunt quae suspicionem, quam semel et iterum movere non dubitavi, vehementer augent, Photio nimirum plurima ad manum fuisse, ex quibus callidissimus veterator sua consarcinavit. Pleraque enim quae nunc primum in lucem hic damus, ita cum tribus canonibus concilii quod sanctae Sophiae nuncupatur, conveniunt, ut vel a photiana synodo collector sua sumserit, vel Photius ab aliqua simili membrana canones refinxisse ex arbitrio et descripsisse existimabitur, vel denique multiplex fuerit eiusdem conciliabuli tomus, toties in eadem incude percussus, quoties artifici Photio placuerit. Haec et illa, qualiacumque demum sint, gemina adeo ut affinia sunt, ut eodem in loco omnia poni oportuerit.

Mantissam ultimam nobis obtulit codex quidam inter eximios B. Mariae Cryptae Ferratae thesauros, cum diligentissima doctorum Basilianorum cura servatos, sub hisce litteris inscriptus B. δ. 1: in quo, ex vetere scriptura saeculi circiter XII, inter plura antiqui iuris decreta, novam repperi epistolam synodicam, ad Antiochenum quemdam patriarcham, tempore plane incerto, missam. Sed post Photianum aevum quum a fundamentis pene convulsa fuerit Theopolitana civitas, nihil omnino vetat quin litterae illae ad tempora paulo superiora referantur. Tum canon quidam apostolicus, de qua meminit synodica epistola, in eodem codice subiicitur, quem iungere praecedentibus, praeter communis argumenti necessitudinem, loci quoque proximitas suasit. Eadem denique opportunitate ad haec accedat lex quaedam typica, qua celeberrimum de pascha decretum nicaenum, iam superiori insertum tomo, iterum confirmatur.

I.

Τῆς ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ τοπικῆς συνόδου κεφαλ. γ.

Α'. Ὁ Ἀλεξανδρείας [1] μετὰ τῆς οἰκείας συνόδου ἀπεφήνατο, ὅτι ἡ τάξις τῶν μοναχῶν ἀποβάλλεται τὴν ἱερωσύνην τελείως.

Β'. Ἱερεύς τις, ὢν τοῦ σχήματος ἐκδυόμενος, καὶ συρόμενος, καὶ ἱστάμενος γυμνός, ὡς κατάδικος, οὕτω εἰς τὴν χώραν τῆς μετανοίας εἰσέρχεται [2] φρατριαζόμενος ἐπιμέσως, ὡς ἁμαρτήσας καὶ ἐξετασθείς.—Ἄδεκτον τὸν τοιοῦτον εἰς τὴν τῆς ἁμαρτησίας [3] χώραν ἐπιπηδᾶν τῆς ἱερωσύνης.

Γ'. Εἴ τις τῶν λαικῶν αὐθεντήσας, κ. τ. ε. [uti supra p. 143, in can. III.].

1. *Synodi particularis in Alexandria capitula III.*

I. Alexandrinus episcopus una cum synodo sua exposuit ab ordine monachorum sacerdotium subverti penitus.

II. Sacerdos quidem, postquam fuerit sacro habitu spoliatus, et palam traductus, steteritque omnino exutus, utpote damnatus iudicio, sic in locum poenitentiae revertitur, in medio conventu versatus, tamquam peccator et publice convictus. — [Statuitur] recipi non posse istiusmodi hominem in locum ubi peccaverit, ut invadat sacerdotium.

III. Si quis laicus, etc. [Vide. can. III concilii praecedentis].

I. 1) Ἀλεξανδρείας. Titulus fortasse totus ex hac voce oritur, neque synodus, si qua fuerit, aliter alexandrina dicta est. Extat in cod. coislin. 364, f. 216.—2) fort. εἰσέλκεται melius.—3) Sic barbare.

II.

Ἐκ τῆς α' ἁγίας 1) συνόδου γραφὲν τῷ 2) ἐν Ἀντιοχείᾳ πατρ.

Ἠκούσαμεν, ἀγαπητὲ καὶ συλλειτουργέ, ὅτι τινὲς τὴν λειτουργίαν [3] τοῦ Θεοῦ καταφρονήσαντες, ἀπὸ τῶν σφραγισθέντων παρὰ σοῦ ἱερέων, καὶ διά τινας μικρὰς ἐπιδόσεις [4], εἴτε τῶν τεθνεώτων [5] εἴτε τῶν ζώντων πολλὰς λατρείας ἐπικομίζουσιν· καὶ ἰδοὺ γράφομεν [6] τῇ σῇ ἁγιωσύνῃ, ἵνα τοὺς τοιούτους διορθώσῃς, ὡς ἀμέλειά τις [7] παρὰ σοῦ γενομένη, καὶ τὸ κρίμα ἐπὶ σοῦ διαφέρεται, καὶ μὴ εἴτε τὸ δι' ἄγνοιαν [8], εἴτε τὸ δι' ἀμέλειαν ἐπιφορτίζειν παρασκευάζῃς, ἀλλὰ τούτους διορθώσῃς κατὰ τὸν κανόνα τὸν πρέποντα. Εἰ δὲ [9] μή γε κάθαρσίν [10] τινα ἀποφαίνομεν κατὰ σου καὶ κατ' αὐτῶν, ὅτι τὸ ὡρισμένον ἀπὸ τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ἐκεῖνον καὶ μόνον προστάσσειν, εὐχὲ δὴ [11] καὶ ἃ μὴ προέταξαν [12], τοῦτο δέ ἐστιν, ἀγαπητέ, ὅτι διὰ δέκα νομίσματα, ἤτε καὶ [13] διὰ βράχιον, ἀδύνατόν ἐστι πολλὰς λειτουργίας φέρειν, μίαν [δὲ], καὶ μόνον ἐν σαββάτῳ, ἐπιτελεῖν ἐν καθαρότητι καὶ ἁγνείᾳ [14], καθὼς σοι προεγράψαμεν, οἱ τῆς ἁγίας συνόδου ἀδελφοί· εἰ δὲ καὶ πένητος [15] ὑπάρχει ἡ δωρεά, καὶ ἔστι βραχύς, δυνάμεθα ἐπικομίσαι αὐτὴν τὴν βραχὺν δωρεάν, ὡς καὶ τὴν εὐρύχορον [16].

III.

Κανόνες τῶν ἁγίων ἀποστόλων 1).

Οἱ ἐπίσκοποι καὶ οἱ πρεσβύτεροι, οἱ τῶν τεθνεώτων τὰ χρήματα λαμβάνοντες (οὕτως αὐτοὺς προστάσσομεν), τὰ μὲν τῆς λειτουργίας, τὰ δὲ τῆς ἐκκλησίας σκεύη ἐξ αὐτῶν κτησάτωσαν, τὰ δὲ ἐπὶ χηρῶν καὶ ὀρφανῶν, τὰ δὲ [ἐπὶ] τῶν ἐν ἀνάγκαις [2], ὡς διάκονοι Χριστοῦ καὶ λειτουργοὶ καὶ ψυχῶν ἀντιλήπτορες· καὶ αὐτοὶ ἐν πολλῇ προσευχῇ καὶ ἁγνείᾳ τοῦτο ποιήσωσιν, καὶ ἐν σαββάτῳ τὴν αὐτῶν λειτουργίαν προσφέρειν [3], ὡς [εἰς τὴν τοῦ] Θεοῦ κατάπαυσιν καὶ τοῦ τεθνεῶτος ἀνάπαυσιν, καὶ μὴ [τις]

II. *Ex sancta synodo prima scriptum ad Antiochiae patriarcham.*

Audivimus, dilecte et comminister, quosdam esse divini sacrificii contemptores, inter eos qui consignati a te sacerdotes fuerunt, qui ob exigua quaedam dona sive pro mortuis sive pro vivis multas liturgias procurant. Et ecce ad tuam scribimus sanctitatem, hosce homines emendare, ut si quid aut neglectum a te fuerit, aut tua ex sententia dilatum, nihil omnino sive per ignorantiam, sive per incuriam sustineas amplius committas, verum istiusmodi homines corrigas iuxta regulam convenientem. Et si nullam depositionem proferimus sive in te, sive in eosdem, [iubet] id quod a Deo sanctisque apostolis definitum est, idipsum idque tantum praecipere, minime vero ea quae prius statuta nondum fuere; illud vero est, dilecte, quod ob decem nummos aut pauciores nefas sit plures peragi liturgias, sed unam et duntaxat in sabbato exequendam in puritate et innocentia, perinde ac tibi praescripsimus nos huius sanctae synodi fratres; et si pauperis donum occurrit et exiguum est, valeamus quoque tenuem illam recipere oblationem, uti et opulentam.

III. *Canones sanctorum apostolorum.*

Episcopis et presbyteris, qui defunctorum possessiones capiunt, similiter illis praecipimus ut partim ex illis aut sacrificii aut ecclesiae vasa comparent, partim in viduas et orphanos et in eos qui in necessitatibus sunt impendant, ut ministri Christi et sacerdotes animarumque curatores; ipsi vero hi agant in omni obsecratione et innocentia, sabbato autem sacram eorum liturgiam offerant, tam propter Dei cessationem

II. 1) ἁγίας. Ex cod. Biblioth. cryptaeferr. B. δ. 1. olim B, 14, f. 34. Cur vero ea dicantur esse primae synodi, et quid referri tuto possit sive ad priorem, sive ad posteriorem nicaenam synodum, sive ad aliam quae α' et β' dicitur, alius pronunciet, et tanti non est.—2) τῷ addidit altera manus.—3) τῆς λειτουργίας melius. — 4) ἐπιδώσεις cod.—5) ἤτε τ. τεθν. ἤτε τῶν ζωντ. ib.—6) γράφωμεν multa id genus notare non vacat. —7) τινα παρα σοῦ γεναμένη ib.—8) ἀγνοίαν cod.—9) ἤδε ib.—10) καθαίρεσιν lego.—11) δὲ cod. —12) τὰ μὴ προσταξαντα ib.—13) εἴτε και διὰ βραχίων ib.—14) ἀγνοιᾳ ib.—15) πένητες ib.—16) εὐρύχορων ib.

III. 1) Ἀποστόλων in eod. cod. p. 33. — Nihil simile, quod sciam, legitur sive in constitutionibus, sive in canonibus, sive in miscellaneis, quae sub apostolorum nomine, neque chartae neque operae parcens, congessi nuperrime.— 2) ἐν ἀναγκες cod.— 3) προσφερει ib. prima manu.—post ὡς aliquid exci-

δι' αἰσχροκερδίας ἑνὸς χρυσίου ἢ ἀργυρίου φανῇ [4] βεβηλῶν τὴν θείαν λειτουργίαν καὶ σφετερίζων, ὡς ὁ Σίμων ὁ μάγος παρ' ἡμῶν τῶν ἀποστόλων καταδικασθεὶς, καὶ ἀπώλετο [5]· ἀλλὰ τοῦτο ἔστιν τοῦ ἱερέως, ὡς ποιμὴν καὶ μέλλων ἀποδοῦναι λόγον περὶ αὐτοῦ ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως μετὰ καθαροῦ συνειδότος τὰ περὶ αὐτοῦ ἐκπληρώμενα.

IV.

Πάντας [1] τοὺς τολμῶντας παραλύειν τὸν ὅρον τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης συνόδου τῆς ἐν Νικαίᾳ συγκροτηθείσης ἐπὶ τῆς παρουσίας τοῦ θεοσεβεστάτου βασιλέως Κωνσταντίνου περὶ τῆς παναγίας ἑορτῆς τοῦ σωτηριώδους πάσχα [2], ἀκοινωνήτους καὶ ἀποβλήτους εἶναι τῆς ἐκκλησίας, εἰ ἐπιμένοιεν [3] φιλονεικότερον ἐνιστάμενοι πρὸς τὰ καλῶς δεδογμένα· καὶ ταῦτα εἰρῆσθαι περὶ λαικῶν· Εἰ δέ τις τῶν προεστώτων τῆς ἐκκλησίας ἐπισκόπων ἢ πρεσβυτέρων ἢ διακόνων, μετὰ τὸν ὅρον τοῦτον, τολμήσειεν [4], ἐπὶ διαστροφῇ τοῦ λαοῦ καὶ ταραχῇ τῶν ἐκκλησιῶν, ἰδιάζειν, καὶ μετὰ τῶν Ἰουδαίων ἐπιτελεῖν τὸ πάσχα, τοῦτον ἡ ἁγία σύνοδος ἐντεῦθεν ἀλλότριον ἔκρινε τῆς ἐκκλησίας, ὡς οὐ μόνον ἑαυτῷ ἁμαρτίας ἐπισωρεύοντα, ἀλλὰ καὶ πολλῆς [5] διαφθορᾶς καὶ διαστροφῆς αἴτιον γενόμενον, καὶ οὐ μόνον τοὺς τοιούτους καθαιρεῖν τῆς λειτουργίας, ἀλλὰ καὶ τοὺς τολμῶντας τούτοις [6] κοινωνεῖν μετὰ τὴν καθαίρεσιν, τοὺς δὲ καθαιρεθέντας ἀποστερεῖσθαι, καὶ τῆς ἔξωθεν τιμῆς ἧς ὁ ἅγιος κανὼν καὶ τὸ τοῦ Θεοῦ ἱερατεῖον μετείληχεν [7].

quam in defuncti requiem, neque ullos turpis lucri respectu, ob unum auri vel argenti nummum, videatur dehonestare divinam liturgiam et venumdare, ut Simon ille magus, qui a nobis apostolico iudicio damnatus, interiit; sed hoc munus est sacerdotis, qui pastor agit, et rationem redditurus est in die iudicii, cum impolluta conscientia, eorum quae ab ipso impleta sunt.

IV.

Eos omnes qui audent irritam facere definitionem quam sancta synodus Nicaeae congregata coram religiosissimo imperatore Constantino edidit de sanctissima festivitate salutaris Paschae, arceri a communione et reprobari, si pergant insurgere obstinatius contra ea quae sancita egregie fuerunt: et haec quoque dici de laicis. Si quis vero eorum qui praesunt in Ecclesia, sive episcoporum, sive presbyterorum, sive diaconorum, post hanc definitionem, ausus fuerit, haud sine subversione populi aut tumultu ecclesiarum, partium studio indulgere, et cum Iudaeis peragere pascha, illum sancta haec synodus exinde adversarium Ecclesiae censuit, ut qui non sibi tantum iniquitates cumulat, sed et multis nequitiarum et turbarum causa evadit, neque solummodo istiusmodi deiectos esse e sacro ministerio, sed eos quoque qui audent cum illis communicare post depositionem, depositos vero privandos insuper esse publica reverentia quae sacro ex canone divinoque sacerdotio collata fuit.

dissa videtur. Vix autem non spopondérim hic non expressis recoli verbis illud Exodi XXXV, 2: Ἓξ ἡμέρας ποιήσεις ἔργα, τῇ δὲ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ κατάπαυσις, ἅγια σάββατα, ἀνάπαυσις Κυρίῳ. Utraque enim dictione κατάπαυσις et ἀνάπαυσις, is canon satis apte comminiscitur tum defunctorum pacem, tum quietem diei dominicae, quae in Oriente remansit unica liturgiae perficiundae addicta dies. — 4) φανεῖ βεβηλῶν ib. — 5) ἀπωλέτω ib.

IV. 1) Πάντας. ib. p. 181, 182. — 2) πάσχα. Cf. t. 1, p. 435; Spicil. Solesm. t. IV, p. 541. — 3) εἰ ἐπιμένοι ἐνφιλονεικότερον cod. — 4) τολμήσοι ἐν ἐπιδιαστροφῇ ib. — 5) πολλοῖς ib. — 6) τούτους ib. — 7) μετείληφεν ib. Mutata quidem una littera cum vicina, providetur commode ne quid detrimenti syntaxis patiatur. Dici enim μεταλαμβάνειν τινά τινος si omnino ferat, hominum certe nemo non accipiet μεταλαγχάνειν τινί τινος, post Aelian. V. H. XII, 43, et alios. Ultimam talem medelam totus locus merebatur, sanior certe caeteris tribus et commendabilior. In quibus etsi plurima aut mutavi aut uncinulis supplevi, meo periculo, nonnulla obscura et soloeca supersunt, quae latine plerumque divinando feci. Caeterum ne quid fortasse me in codice fugeret, R. P. Ios. Cozza pro sua diligentia et humanitate iterum omnia contulit.

Art. II.

PRAESULUM ORIENTALIUM DECRETA.

Quam hactenus ex intercisa conciliorum serie telam aegre teximus, eamdem alacrius et pressius lubet iterum ordiri, dum canonica summorum orientis antistitum acta relegere, ac maxime patriarcharum Byzantinorum decreta, quae ecclesiastici fori ac nostri iuris sunt, recensere et persequi animus est. In eodem igitur stadio versamur iterum, sed altero cursu certandum est, novo nitendum et improbo labore, et cum longo colluctantium agmine conserenda manus. Utinam scopus alius esset, atque felicior exitus! Tendimus utroque cursu ad eamdem metam, ruinis et stragibus funestatam, luctu infamem et tumultu, scilicet ad dira schismatis feralia, quae porro novae Romae excidium erunt.

Ad hanc vero, neglecto caetero Oriente, necesse fuit gradum dirigere, et figere tentoria. Hic campus enim et acies, hic currus et arma. Quid praeterea Ecclesiae superest in Oriente, saeviente usque ad gentium internecionem primo Persarum, deinde Arabum gladio? Silet Aegyptus, squallida horrent hypogea, ubi sanctorum numerus crevit, ubi populus monachorum tot laudes Deo cecinit. Sedet quoque sola civitas, et altera septuaginta annorum, throno S. Sophronii vacante, vastitas incipit. Et quo magis tumet fastus byzantinus, quasi ira Dei premente, eo atteritur amplius imperium, et in dies minuitur, ac pone ad maenia unius urbis adigitur. Frustra quos in aere vidisse tunc temporis ferunt, Angeli, civitatis ἀντιλήπτορες, trisagion e coelo supplici voce clamasse dicuntur. Et alma Virgo ὁδηγήτρια, quae pariter narratur, inter circumvallantium hostium fremitus, adfuisse praesens, velum extendisse, expandisse zonam, frustra ut Christus e monte Oliveti fleverit super civitatem, et dixerit: « O si cognovisses et tu, et quae ad pacem tibi! »

Eadem fuit continua et praesaga sollicitudo Romanorum pontificum: sive nimirum solliciti fuerint Romam novam uti filiam monere, optimos illi eligere episcopos, sanctos procurare magistros, plausu excitare bonos praecones, effusis laudibus cumulare pios imperatores, sanctasque adhortari reginas; sive, quum virga et baculo errantes consolarentur, potius quam plecterent improbos, quocumque periculo haereticos e sacris diptycis expungere, fulmine eos conterere conciliorum, ab omni Oriente exterminare, et usque in praesidiis insequi principum, atque regum e throno deiicere. Sponte caecus erit, si quis aliud in summis pontificibus viderit, quam Ecclesiae simul et imperio pacem et prosperitatem conciliandi studium perpetuum et indefessum.

Cur vero nec superis placuerit, nec romanis licuerit pontificibus tam exoptabile bonum assequi, praeter alia fortasse multa, causa duplex potissimum consideranda est, una quae ad patriarchas spectat, et altera ad imperatores.

Ac primum, ut illud candide dicam, sane munus antistitum erat, statim ut nobilissimam caesareae urbis ecclesiam in sponsam suscepissent, non solum iura eius legitima tueri, bona servare, vindicare privilegia; sed novis eam honoribus ornare, decus amplificare, et quacumque opera, sancta videlicet et iusta, aequissimam eius procurare tutelam et gloriam. Et quo sanctiores erant eo iusti tenaciores, eo magis, nemine diffitente, omnibus nervis ad id, salvo semper iure, eniti potuerunt. Sed vel sanctis-

nimis hominibus quam lubrica esset via, quamque caute et moderate pergendum in ea foret, perspicuum est. Fac igitur periculum ferat tumultuosus homo ac praeceps; pro sancto et temperato da audacem et improbum; pro miti et modesto, arrogantem et superbum; pro homine Dei, aulicum aut plebeculae servum: is suae honorem ecclesiae dicet, caeteras opprimere; pacem habebit, bella in omnes exercere; legitimam vocabit tutelam, irrumpere in omnium provincias, ne excepto quidem supremo christiani orbis moderatore et vindice; summum denique illi ius, summa audacia: iam Photium appellavi.

Nec satis erit, etiamsi byzantinus praesul quamdam prae se ferat sanctae mediocritatis speciem; neque satis, si anachoretas ieiunio vincat, aut causidicos arte et scientia superet. Tantis enim in periculis versantur qui summas ecclesias tenent, iuxta regum et imperatorum domos, ut eos solummodo tanto oneri non fuisse impares ab omni hominum memoria constet, qui insigni laude floruerunt sanctitatis, et proinde arctissimo cum apostolica sede vinculo iuncti remanserunt. Et bene est, quod favente singulari quadam Dei munificentia, vix ulla inter maiores sedes alia fuit ac byzantina, maxime illo in quo sumus, aevo decurrente, quae nacta praesules fuerit plures, aeque omni laudum cumulo insignitos. Et iidem quasi certatim effuderunt tam luculenta suae in apostolicam Petri sedem observantiae testimonia, ut si nulla aliunde suppeterent, byzantina satis essent, singulis colligata saeculis, ut perpetuae quam vocant praescriptionis argumentum necterent, quo facile contumaciorum impetus continuo caeterorum morem gerentium exemplo eliderentur.

Suos quidem nova Roma duces errorum habuit, Eusebium, Macedonium, Nestorium, et alios et multos, ita Deo rursus permittente, ac iubente statim singulos insaniae praecones ea ignominiae nota inuri, ut fulmine ambusti et transfixi anathemate, potius in fidei vindicias surgerent, quam in perversionis incitamentum. Et Dei fortasse consilium fuit, ut Byzantium per tria saecula primum in oblivio sepeliretur, tum usque ad Nazianzenum vix ab Arianismo eriperetur, unde ab humilitate et opprobrio oriunda, non tanto fastu superbiret; cuius certe in eo salus erat, ut, nisi post quatuor sedes apostolicas ultima remaneret, saltem esset veteris Romae, non famula, sed verecunda et obsequens filia. Neque matri displicuisset id filiae dare, quod a sola Petri sede sperandum illi erat, non solum honoris et potestatis incrementum, sed tutelam, libertatem, et in aevum securitatem. Ambitum etiam quemdam Romani Pontifices in constantinopolitanis tulissent, salvo Ecclesiae fundamento, ac semper aequo bonoque animo existimavissent longe aliud esse studium amplificandae sedis, aliud miscendi turbas et schismata fovendi apertum praefractumque consilium.

Illiberale etiam esset non eodem uti moderamine, dum ecclesiastica imperatorum decreta et facinora consideramus. Et aliud hic esse et maxime quidem orientalis ecclesiae periculum, nemo inficias ibit. Age vero: Caesarem haud posse christianum esse, Tertulliani quidem, minime Ecclesiae, vox asperrima fuit, et quam nemo feret. Immo quae tria saecula ad sanguinem usque Ecclesia sudaverat ut homines faceret christianos, per sex inde saecula omni ope nitebatur, ut Christo addictos nuncupatosque haberet, non privatos solum, sed cives et magistratus; non subditos tantum, sed reges et imperatores; non modo unum populum, tribum unam, familiamve, sed omnes gen-

tes universamque omnium hominum communitatem. Rex igitur christianus esto, fidelisque imperator. Ut quisque tinctus in Christo renascitur, ita civitas mergatur in Ecclesiam; ut fide novus homo creatur, ita exoriatur gens electa, regale sacerdotium. Virtute enim baptismi haud minus quam maiestatis iure, maneat princeps, gentis electae caput, rex vere christianissimus. Dei quippe minister in bonum, sine causa gladium non gestet; Dei ministri sunt, idem Apostolo ter ad Romanos scribente (1). Et Chrysostomus in ipsa novae Romae cathedra, ad haec de imperatore in auxilium Ecclesiae adscito ait: «Tantum abest, ut te terreat, ut etiam laudet; tantum abest ut impediat, ut etiam tecum cooperetur. Nam et alias faciliorem tibi virtutem reddit, malos quidem puniens, bonos autem beneficiis et honore donans, Denique voluntati cooperans. Perpende autem: ego ut temperans sis, consulo; et ipse per leges ita dicit. Ego hortor ne quis avaritiae studeat, ne rapiat; et ille super haec iudex sedet. Itaque is est cooperator est, et nobis auxiliator, et eam in rem a Deo missus est (2).» Et ideo pro regibus precari iubemur, «ut placidam et quietam vitam agamus (3).» — «Neque enim parum nobis conferunt ad praesentis vitae statum, arma moventes, hostes propulsantes, seditiosos in urbibus cohibentes, subortas in omnibus lites solventes.» Et praeter ea quae rei publicae communia sunt, nonne etiam christiani imperatoris munus est legibus Ecclesiae opem ferre, dare iesta subsidia, aedes sacras erigere et renovare, religiosos quoscumque coetus tueri, haereticos pellere, uno verbo, Christi promovere regnum eiusque fines per universum urbem extendere?

Quid vero mirum, si tanto tamque multiplici officio imperatores fungi non potuerint, quin multa aut omiserint, aut egerint secus, nunc desidia ignavi, nunc prae ferocia et cupidinis impetu susdeque res sacras miscentes? Alii quidem iuste ac moderate summas tenebant, imperioque utebantur ut sedes sacras aedificarent aut ornarent, episcopos tuerentur, synodis faverent, canones publicis munirent legibus, nec nisi requisiti et ubi oportuit, manum ecclesiasticis rebus admoverent. Vidisses vero alios ultro et temere obsoleta pontificis maximi munera exercere, sacros movere cancellos veteremque terminos subvertere, typica, ectheses, novellas divinas, ut aiebant, cumulare. Grave iam erat, in aedibus publicis remansisse tot priscae superstitionis vestigia, dum vix cruci locus erat, nedum in viis, plateisque et theatris, nedum inter magistratuum sedes et ducum vexilla, sed etiam in domesticis exedris, in ipsis pientissimorum virorum sepulchris. Inconcinnum et ineptum erat, castra numinibus repleri, scholis praeesse fanaticos magistros, triumphos ac festa peragi non posse sine impiis tropaeis concionibusque, ipsos christiani imperatoris nummos sacro simul monogrammate ornari, foederique aris, signis, iconculis. Foedius fortasse fuit Christianorum legibus praefigi, immo ostentari inter conciliorum monimenta, divina quaedam hominum nomina, sacras spices, adorandas personas, aeternae maiestatis nova numina, ac si divisum cum Caesare adhuc Iovis imperium esset, aut Iovis in loco solus imperator sederet. Esto quod multo id genus, quum ad civilem quemdam cultum pertinerent, uti formulas inanes et vacuas, tolerari aut sperni licuit. Aliud vero nunquam ferendum Ecclesia duxit, neque tulit, scilicet omne ius, quodcumque erat, totum esse pe-

(1) *Scribente* Cap. XIII. 4, 6.
(2) *Est.* In Epist. ad Rom. homil. XXIII, n. 2.
(3) *Agamus.* 1 Tim. II, 1, 2.

nes caesarem, ab unius arbitrio fas nefasque pendere, et quidquid ei placuerit, legem esse, et pro re nata, ab eius unica voluntate rationem valere.

Quae quum summopere detestaretur, non tamen destitit Ecclesia, quoties pro animarum salute id commodum censuit, ad Caesarem provocare; neque solum orientalium praesulum, sed et Romanorum innumerae litterae, omniumque fere tam Orientis quam Occidentis synodorum perpetua decreta idem contestantur. Et multa admiratione dignum est, quantum pii homines, pontificesque allaboraverint, ut fide res publica imbueretur. Quam eximiae leges, qui religiosi ritus, quae augustae consuetudines! Et quantas malis erat christianam condere civitatem! Longum est vel unius Iustiniani novellas ecclesiasticas recensere, quas nemo atro omnes calculo notabit. Neque ego spoponderim in hac mole librorum τῶν βασιλικῶν nullius sancti hominis latere operam, neque velim omitti aulae caeremonias imperatoriasque preces ac liturgias, quarum adhuc extant euchologia et tactica vetustissima (1). Neque alienum nobis esset vel summo mane ad palatium accedere, inter salutantium agmina, ac notare quo ordine dies integra peragatur, et si festiva fuerit, cum quali pompa; quo ritu sive sacra, sive forensia misceantur, qua religione christiani principes in purpura nascantur, unctione et corona ornentur, ad exequias usque honesti ac venerabiles evadant. Nihil certe Ecclesia omiserat, ut, salva incolumique Dei maiestate, suorum regum ac principum nomen, plebisque in magistratus debitum cultum augeret. Quae suo loco et Deo favente, ut spero, prolixius.

Haec prius dici oportuit, quum singula quae ad manum sunt, ex ordine persequamur, ut plurima quae argumenti nostri esse nonnullis videbuntur, ad caeteros iuris ecclesiastici tractatus, aut in generales historiae sacrae annales, monito iam lectore, mittere commodum sit. Nemo igitur a nobis plura expectet quam huiusce operis ratio tulerit, quum iis tantum praesulibus locum dari oportuerit, quorum leges et tabulae de rebus ecclesiasticis componendis ad nos usque pervenerunt.

(1) *Vetustissima*. Ut unum alterumve κειμήλιον hic tibi memorem, habes Barberinianum euchologion saeculi fortasse VIII, nono minime recentius, si tantum elegantiam uncialium notaveris, at longe vetustius, si ad eius te originem recipias, in quo iam nobilissimae preces in imperatorum salutationem et auspicia recitantur. Habetur in mosquensi bibliotheca τακτικὸν sacrae liturgiae, regiis praeclbus ornatum, ac fortasse e sacro acceptum scrinio palatii constantinopolitani. Et praeter notissima Porphyrogeniti et Codini opera de aulae byzantinae officiis et caeremoniis, habemus Ioannis Cantacuzeni peculiare festorum typicon in codice Paris. 389, etc.

I.

SANCTUS GREGORIUS NAZIANZENUS.

A. C. 379–381.

I. Ut finem superiori tomo Nazianzeni nobilissimum nomen imposuit, parum est quin idem quoque exordium incoepto secundo dederit; praemissis vero, uti demum satius visum est, conciliorum canonibus, iam nihil vetat quin longo praeconum et praesulum agmini inde profecturo, dux ille et antesignanus praeeat, quem facile dicunt Graeciae christianae vatum et oratorum principem. Piget vero, iuris nostri Byzantinos magistros adeo exiguam fecisse tanto viro partem, ut silentio lateret, nisi forte syllabum duplicem sanctorum librorum, paucis metris contentum, alii excepissent; alii vero inter civilia quaedam instrumenta servavissent ultimas eius tabulas emortuales, huc iam inserendas. An sincerum sit hoc Gregorii monumentum, non defuere qui dubitaverint. Rem vero Tillemontius, harum causarum tam morosus quam aestimatus iudex, uno verbo conficiat: « Nullus, inquit, dubitandi locus, nullaeque obiiciuntur rationes, quae non levi opera possint refutari 1). » Summus enim Baronius multum et graviter disseruit de eo ab exceptionibus vindicando, scholiisque illustrando 2). Ego quidem hoc facile adducor, ut persuadear et germanum opus esse, et dignum plane quod rarissimas rei diplomaticae apud Graecos tabulas auspicetur, quodque exordium faciat solemnium quae nuper publici iuris esse coeperunt, byzantinae sedis actuum et formularum. « Praeterea dignissimum est, inquit Possevinus 3), in quod episcopi, quique sacerdotia pinguia tenent, serio inspiciant, eumque imitentur, si velint procul a carne et sanguine sibi et animarum saluti consulere. »

II. Cuius testamenti adeo multi non sunt codd. mss. quin facile elenchus eorum, vix non integer, exigatur:

Vatic. 472 f. 331, X saec.	Scorialens. X. III. 7, fol. 265.
— 463, et 471 (vid. ad calcem. tomi)	Paris. 533, XI saec.
Palat. 13, f. 345, a. 1147.	— 546, XII saec.
Ottobon. 15, f. 237, XIV saec.	— 822, XII saec.
Laurent. Pl. IV, cod. 10, XI saec.	— 983, XIV saec.
Chisianus, de quo vide ad. BB.	— 1346, XI saec.
S. Marci 173, f. 272, XII saec.	Barocc. 173, XII, XIII saec.
— 177.	Vindobon. Iur. 1. XII saec.
— 178.	Lipsiensis apud Haenel A.

III. Prodiit primum graece a. 1583, in libro quem Barnabas Brissonius edidit *De formulis et solemnibus populi Romani verbis* 4). Latine vero Baronius in suos annales inseruit; graece et latine, Leunclavius in iuris graeco-romani tomum alterum 5). Ia-

1) *Refutari*. Tillemont *Mém. sur l'hist. ecclés.* Cf. Maffei *Hist. diplom.* p. 1, n. XVIII.

2) *Illustrando*. Ad ann. 389, t. IV, p. 592. Inter insignia Bollandiani operis ornamenta nemo non habebit quae primum ibi edita fuit vita sanctissimi doctoris ex eius operibus et universis huius aevi testimoniis ab ipso Baronio descripta, suas Papebrochio, quale nomen iterum! addente notas, suosque commentarios. Maii t. II, p. 373. Instruitur vero testamentum scholiis nonnullis p. 411.

3) *Possevinus*. In appar. sacr. p. 671.

4) *Verbis*. Lib. VII, p. 760.

5) *Alterum*. p. 203, ex antiquis membranis electoral. bibl. palatinae.

cobus vero Sirmeedus, duos nactus antiquissimos vaticaeae bibliethecae codices, idem accuratius graece et latine vulgavit, post eum Mauriei, collato ueico codice Chisiaee 1). Novissimam editionem Lipsieeses in *Iuris Romani tabulis negotiorum solemnium*, a. 1822, procurarunt 2).

IV. Qui vero mihi praesto fuerunt vaticaei codices, iidem videetur, quos primum Leueclavins, Sirmoedus post eum versavit. Supra sunt vatic. 472, palat. et ottob. mihi vero vaticani 1, 2, 3 sruot. Et obstupuerit aliquis remansisse, uoe solum piogoem variae lectioois manipulum, sed iotegros versus restituendos. At eovissima morituri Theologi verba prinsquam recolamus, aequom est meminerim ab eo tum primum erupisse et ie eo purissimam emicuisse laudem sedis byzaetieae; imme in eodem illud summum decus fuisse suae Anastasiae vale supremum dicere, et qnam cygnea voce! priusqnam ne ullum quidem verbum de affectato primatu audiretur, etsi aliquid iam spiret, quod nemo tamen reprehenderit, in his versiculis, eo lubentius afferendis, quod ob oculos ponant qnid licitum, quidve timendum in Byzantinis foret, uti superius dixi, et quam teneri aliquando in suos, ie caeteros quam morosi et asperi vel optimi essent.

Natura bieos haed quidem seles dedit:
Dedit ipsa tamee binas mundi faces,
Romas, vetustam acilicet Urbem ac novam:
Hoc discrepaotes iovicem, quod, qua cadit
Sol, illa fulget; fulget baec, qua se exerit.
Par utriusque pulchritudo, par decus.
Fides vetustae recta erat iam antiquitus
Et recta peratat euoc, salutis dogmate
Quodcumque labees sol videt, devincieos:
Ut universi praesidem moedi decet,
Totam colit quae numinis coecordiam 3).
Nova vero quondam (de mea, iam noe mea
Nunc sermo nobis) rectipes erat in fide,
At non item post, mersa sed letbo gravi,
Ex quo laboraes urbs Alexandri eota
Levitatis, omni crimieum genere obruta,
Siee mente fervens, Ariom iefaedum tnlit.

1) *Chisiano*. Cf. opp. Nazianz. t. II, p. 199-204. Imperfectum opus posthumum, quod certe edi, intactis codd. parisiensibus, non debuit.

2) *Procurarunt*. Spangemberg *Iur. rom.* p. 71-79.

3) Τούτων δὲ πίστις, ἡ μὲν ἦν ἐκ πλείονος
Καὶ νῦν ἔτ' ἔστιν εὔδρομος, τὴν ἑσπέραν
Πᾶσαν δέουσα τῷ σωτηρίῳ λόγῳ,
Καθὼς δίκαιον τὴν πρόεδρον τῶν ὅλων
Ὅλην σέβουσαν τὴν Θεοῦ συμφωνίαν.
Ἡ δ' ἦν τοπρόσθεν ὀρθόπους· νῦν δ' οὐκέτι,
Ἀλλ' ἐν βυθοῖς ἔκειτο τῆς ἀπωλείας κ. τ. ἑ. Opp. t. II, p. 706.

Τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου ἴσον τῆς διαθήκης, μεταγραφὲν ἐκ τοῦ ἀρχετύπου δικαιώματος, ἐν ᾧ καὶ ἰδιόχειροι ὑπογραφαὶ σώζονται ὑπ' αὐτοῦ τε καὶ τῶν ὑπογραψάντων μαρτύρων.

Ὑπατείᾳ Φλαβίου Εὐχερίου, καὶ Φλαβίου Εὐαγρίου, τῶν λαμπροτάτων, πρὸ μιᾶς Καλανδῶν Ἰανουαρίων.

Sancti Gregorii Theologi exemplum Testamenti descriptum ex archetypo exemplari, in quo propriae manus subscriptiones extant, tam ipsius, quam testium, qui subscripserunt.

Flavio Eucherio et Flavio Evagrio viris clarissimis, consulibus, pridie kalendas ianuarias.

Γρηγόριος ἐπίσκοπος τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας τῆς ἐν Κωνσταντίνου πόλει, ζῶν καὶ φρονῶν, καὶ ὑγιεῖ γνώσει, καὶ ἐρρωμένοις τοῖς λογισμοῖς [1], διεθέμην τὴν διαθήκην μου [2] ταύτην· ἣν κελεύω [3] καὶ βούλομαι εἶναι κυρίαν καὶ [4] βεβαίαν ἐπὶ παντὸς δικαστηρίου καὶ πάσης ἐξουσίας. Ἤδη μὲν γὰρ τὴν ἐμαυτοῦ γνώμην κατέστησα φανεράν, καὶ πᾶσάν μου τὴν οὐσίαν καθιέρωσα τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ τῇ κατὰ Ναζιανζόν, εἰς τὴν τῶν πτωχῶν διακονίαν, τῶν ὑπὸ τὴν προειρημένην [5] ἐκκλησίαν. Διόπερ καὶ τρεῖς προεστησάμην πτωχοτρόφους εἶναι [6], κατὰ ταύτην μου τὴν προαίρεσιν, Μάρκελλον τὸν διάκονον καὶ μονάζοντα, καὶ Γρηγόριον τὸν διάκονον, τὸν ἐκ τῆς οἰκίας [7] μου γενόμενον, καὶ Εὐστάθιον τὸν μονάζοντα, τὸν καὶ αὐτὸν [8] ἐκ τῆς οἰκίας μου γενόμενον. Καὶ νῦν δὲ τὴν αὐτὴν συνείδησιν τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ τῇ κατὰ Ναζιανζὸν φυλάττων, ἔχομαι τῆς αὐτῆς προαιρέσεως. Ἐὰν οὖν συμβῇ με τέλει τοῦ βίου χρήσασθαι, ἔστω μου κληρονόμος ὁ προειρημένος Γρηγόριος ὁ διάκονος [9] καὶ μονάζων, ὁ γενόμενος ἐκ τῆς οἰκίας μου, ὃν πάλαι ἠλευθέρωσα, ἐξ ὁλοκλήρου πάσης [10] μου τῆς οὐσίας, κινητῆς τε καὶ ἀκινήτου, τῆς πανταχοῦ μοι ὑπαρχούσης· οἱ δὲ λοιποὶ πάντες ἔστωσάν μου ἀποκληρονόμοι. Οὕτω μέν τοι, ὥστε αὐτὸν πᾶσάν μου τὴν οὐσίαν,

Gregorius episcopus catholicae Constantinopolis ecclesiae, vivens ac prudens, sanoque iudicio, et integris animi sensibus, condidi hoc Testamentum: quod iubeo et volo in quovis foro, et quavis potestate ratum ac firmum esse; iam enim mentem meam declaravi, omnemque meam substantiam catholicae Nazianzi ecclesiae consecravi, ad pauperum, qui sub eadem sunt ecclesia, ministerium. Qua etiam de causa tres iuxta hanc meam voluntatem alendis pauperibus curatores institui, Marcellum diaconum et monachum, Gregorium item diaconum, qui fuit e familia mea, et Eustathium monachum, qui et ipse fuit a domo mea. Nunc vero eumdem animum retinens erga sanctam ecclesiam nazianzenam, eodem persisto in proposito. Quum igitur contigerit me ex vita decedere, haeres meus esto praedictus Gregorius diaconus et monachus, domesticus quondam meus, quem pridem manumisi; ex universa substantia mea, mobili et immobili, ubicumque ea mihi sita est. Caeteri omnes, exhaeredes mihi sunto. Ita qui-

Titulus in vatic. 1: ἴσα διαθήκης Γρηγορίου τοῦ θεολόγου ὑπατείᾳ φλαβείων (sic) εὐχερίου καὶ φιλαγρίου κ. τ. λ. pal. vatic. 2, 3. ἴσον δ. τοῦ ἁγίου Γρηγορίου ὑπ. φλαβίου ε. καὶ φλαβίου εὐαγρίου. ibid. om. in fine ἰανουαρίων. Leunclavius refinxisse videtur ex arbitrio: τύπος τοῦ διατίθεσθαι παλαιός, ᾧ περιέχεται τὸ ἴσον τῆς διαθήκης Γρηγορίου τοῦ Ναζιανζηνοῦ ὑπατείᾳ κ. τ. λ. omissa voce ultima, quam Baronius emendavit ἰουνίων.—Fl. Evagrius alias dicitur Syagrius.

1) καὶ ὑγιεῖ γνώσει καὶ ἐρρωμένοις τοῖς λογισμοῖς om. vatic. 1. — 2) μου om. chigian. Leunclav. — 3) καὶ κελεύω chig. — ἣν κελεύομαι vatic. 2, 3. — 4) κυρίαν καὶ om. vatic. 2, Leunclav. — 5) εἰρημένην vatic. 2, 3. Leunclav.—6) πτωχοτρόφους, ἕνεκα ταύτης μου τῆς προαιρέσεως. L.— 7) τὸν καὶ αὐτὸν ἐκ τῆς οἰκίας vatic. 2.— 8) καὶ εὐστάθιον μονάζοντα vatic. 1, Leunclav.—τὸν αὐτόν. vatic. 2. —9) ὁ διάκονος om. vatic. 2. καὶ μοναχὸς vat. 1.—10) πάσης μοι chig. —

κινητήν τε καὶ ἀκίνητον, ἀποκαταστῆσαι τῇ ἁγίᾳ 11) καθολικῇ ἐκκλησίᾳ τῇ ἐν Ναζιανζῷ 12), μηδὲν τὸ παράπαν ὑπεξελόμενον 13), πλὴν ὧν ἂν ἐν ταύτῃ τῇ διαθήκῃ μού τισιν ἰδικῶς καταλίπω, λεγάτου ἢ φιδεκομμίσσου 14) χάριν· ἀλλὰ πάντα, ὡς προεῖπον, ἀκριβῶς ἀποσῶσαι τῇ ἐκκλησίᾳ, ἔχοντα τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον πρὸ ὀφθαλμῶν, καὶ εἰδότα ὅτι εἰς διακονίαν τῶν πτωχῶν τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας προσέταξα πᾶσάν μου 15) τὴν οὐσίαν προσχωρῆσαι, καὶ ἐπὶ τούτῳ αὐτὸν ἐνεστησάμην κληρονόμον, ὥστε δι' αὐτοῦ τῇ ἐκκλησίᾳ πάντα ἀπαραλείπτως ἀποσωθῆναι.

Τοὺς οὖν οἰκέτας, οὓς 16) ἠλευθέρωσα, εἴτε ἐξ ἐμῆς προαιρέσεως, εἴτε ἐξ ἐντολῶν τῶν μακαριωτάτων 17) γονέων μου, τούτους πάντας 18) βούλομαι καὶ νῦν ἐπ' ἐλευθερίας μένειν 19), καὶ τὰ πεκούλια αὐτοῖς πάντα μένειν βεβαίως καὶ 20) ἀνενόχλητα.

Ἔτι βούλομαι κατασχεῖν τὸν κληρονόμον μου Γρηγόριον τὸν διάκονον, ἅμα τῷ μονάζοντι Εὐσταθίῳ, τοὺς γενομένους ἐκ τῆς οἰκίας μού ποτε 21), κτῆμα ἐν Ἀριανζοῖς 22) τὸ ἐκ τῶν Ῥηγίνου κατελθὸν 23) εἰς ἡμᾶς. Τὰ δὲ φορβάδια 24) καὶ τὰ πρόβατα, ὅσα 25) ἤδη αὐτοῖς παρὼν ἐκέλευσα δοθῆναι, ὧν καὶ τὴν νομὴν αὐτοῖς καὶ τὴν δεσποτείαν παρέδωκα, ταῦτα μένειν αὐτοῖς ἀνενόχλητα βούλομαι δεσποτείας δικαίῳ.

Ἔτι δὲ ἐξαιρέτως Γρηγόριον τὸν διάκονον καὶ κληρονόμον 26) μου, γνησίως ὑπηρετήσαντά μοι, βούλομαι κατασχεῖν ἰδίῳ δεσποτείας δικαίῳ χρυσίνους 27) τὸν ἀριθμὸν πεντήκοντα.

Τῇ αἰδεσιμωτάτῃ παρθένῳ Ῥευσσιανῇ 28), τῇ συγγενίδι μου, ῥητὰ ἐκέλευσα καθ' ἕκαστον ἔτος δίδοσθαι πρὸς τὸ ἐλευθερίως 29) αὐτὴν διάγειν· ἅπερ βούλομαι καὶ κελεύω πάντα κατὰ τὸν τύπον, ὃν προσέταξα, ἀνυπερθέτως αὐτῇ δίδοσθαι καθ' ἕκαστον ἔτος. Περὶ δὲ οἰκήσεως 30) αὐτῆς, τότε μὲν οὐδὲν 1) διεταξάμην, μὴ εἰδὼς ποῦ μᾶλλον ἀρεστὸν 2) ἐστιν αὐτῇ διάγειν 3)· νῦν δὲ καὶ τοῦτο βούλομαι, ὥστε, ἐν οἵῳ ἂν 4) ἐπιλέξηται χωρίῳ, κατασκευασθῆναι αὐτῇ οἰκίαν 5) ἐλευθέρᾳ πρέπουσαν, εὐσχήμονι διαγωγῇ παρθένου· ἥνπερ οἰκίαν ἕξει δηλαδὴ ἀνενοχλήτως εἰς χρῆσιν

dem, ut ipse meam omnem substantiam, mobilem et immobilem, sanctae catholicae Nazianzi ecclesiae restituat, nihil penitus subducens, praeterquam quae hoc testamento quibusdam privatim reliquero, legati aut fideicommissi gratia: sed omnia, ut praedixi, diligenter servet ecclesiae, Dei timorem prae oculis habens, sciensque iam a me decretum, uti omnia mea eiusdem ecclesiae pauperum ministerio cedant: in eamque rem eo institutum haeredem, ut per ipsum ecclesiae omnia sine fraude conserventur.

Servos quoscumque vel mea voluntate, vel beatissimorum parentum meorum mandato manumisi: hos omnes nunc etiam liberos manere volo, et peculia sua ipsis absque ullo impedimento firma permanere.

Volo praeterea haeredem meum, Gregorium diaconum, una cum Eustathio monacho, ambos olim e domo mea, possidere praedium Arianzenum, quod ex Rhegini bonis ad nos pervenit. Gregales vero equas et oves, quotquot iam ipsis praesens dari iussi, quorumque proprietatem ipsis ac dominium tradidi, has ipsis quietas manere volo, iure dominii.

Per praeceptionem item Gregorium diaconum et haeredem meum, qui mihi fideliter ministravit, privato iure dominii habere volo aureos numero quinquaginta.

Russianae virgini venerandae, propinquae meae, certa quaedam in annos singulos dari iussi, unde liberaliter vivat; quae quidem omnia eidem, quemadmodum praescripsi, volo ac iubeo quotannis sine mora praestari. De habitatione autem tum quidem nihil propterea statui, quod nescirem ubinam ipsa degere mallet. Nunc vero, et hoc volo, quocumque ipsa loco elegerit, parari ei domum ingenuae congruen-

11) ἁγίᾳ καὶ καθολ. ib.—12) τῇ ναζιανζῷ ib.—13) ἐπεξελόμενον vatic. 2, 3.—14) φιδεικομισσου vs. 2, 3, Leunclav.—15) μου om. Leunclav.—16) οὓς om. chigian.—17) μακαρίων chig. vatic. 1.—18) πάντας om. vatic. 2 Leunclav.—19) ἐλευθέρους μενειν vat. 1.—20) καὶ om. vatic. 1. Leunclav.—21) ποτε om. vatic. 1.—22) ἐν ἀριανζῷ chig.—23) καθελθεῖν vatic. 1.—24) φοράδια vatic. 1, 2.—25) ὅσα om. vatic. 2. ἃ ἤδη Leunclav.—26) διάκονον, τὸν καὶ κληρον. vatic. 1.—27) χρυσία vatic. 2, Leunclav.—28) ῥουσιανῇ vat. 1. τῇ συγγενεῖ μου id. ῥητῶς vatic. 3.—29) ἐλευθερίας chig.—30) περὶ διοικήσεως vatic. 2, Leunclav. Vide quae infra disputantur de hoc possidendi iure tam monachis quam virginibus vindicato.—1) οὐδὲν διάγειν, versu omisso, vat. 1.—2) αἱρετὸν Leunclav.—3) αὐτὴν διάγειν vat. 3.—4) ἐν οἷῳ δ' ἂν chig.—5) αὐτῆς οἰκίαν ἐλευθερίαν.

καὶ καρπείαν μέχρι βίου ζωῆς 6), μετὰ δὲ ταῦτα ἀποκαταστήσει τῇ ἐκκλησίᾳ. Προστεθῆναι δὲ αὐτῇ βούλομαι καὶ δύο κόρας, ἃς αὐτὴ 7) ἐπιλέξηται, οὕτω μέντοι, ὥστε αὐτῇ παραμεῖναι τὰς κόρας μέχρι τοῦ τῆς ζωῆς αὐτῆς χρόνου. Καὶ εἰ μὲν αὐταῖς 8) εὐχαριστήσειεν, ἐξεῖναι αὐτῇ ἐλευθερίᾳ αὐτὰς τιμῆσαι· εἰ δὲ μή, καὶ αὐτὰς διενεγκεῖν τῇ αὐτῇ ἐκκλησίᾳ.

Θεόφιλον τὸν παῖδα, τὸν παραμένοντά μοι, ἤδη ἠλευθέρωσα. Βούλομαι οὖν αὐτῷ καὶ νῦν δοθῆναι λεγάτου χάριν νομίσματα ε'.

Εὐπράξιον δὲ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ βούλομαι ἐλεύθερον εἶναι, καὶ δοθῆναι αὐτῷ λεγάτου λόγῳ χρυσᾶ νομίσματα ε'.

Ἔτι βούλομαι Θεοδόσιον 9) τὸν Νοτάριόν μου ἐλεύθερον εἶναι 10), δοθῆναι δὲ αὐτῷ καὶ λεγάτου λόγῳ χρυσοῦ νομίσματα ε'.

Τὴν γλυκυτάτην μου θυγατέρα Ἀλυπιανὴν (τῶν γὰρ ἄλλων Εὐγενείας 11) τε καὶ Νόννης ὀλίγος ὁ λόγος, ὧν 12) καὶ ὁ βίος ἐπιλήψιμός ἐστι·) βούλομαι συγγνώμην ἔχειν μοι, εἰ μηδὲν αὐτῇ καταλιπεῖν κύριος ἐγενόμην, πάντα προεπαγγειλάμενος τοῖς πτωχοῖς, μᾶλλον δὲ τοῖς μακαριωτάτοις γονεῦσιν ὑποσχομένοις ἀκολουθήσας, ὧν ἀθετῆσαι τὴν γνώμην, οὔθ' ὅσιον, οὔτ' ἀσφαλὲς ἡγοῦμαι. Ὅσα μέντοι ἐκ τῶν τοῦ μακαρίου μου ἀδελφοῦ Καισαρίου 13) πραγμάτων, ἐν ἐσθῆτι σηρικῇ ἢ λινῇ ἢ ἐρεᾷ 14) ἢ βουριχαλίοις περιλέλειπται, ταῦτα διαφέρειν τοῖς τέκνοις αὐτῆς βούλομαι, καὶ ἐν μηδενὶ μήτ' ἐκείνην, μήτε τὰς ἀδελφὰς αὐτῆς ἐνοχλεῖν, μήτε τῷ κληρονόμῳ μου 15), μήτε τῇ ἐκκλησίᾳ.

Μελίτιος ὁ γαμβρός μου τὸ κτῆμα τὸ ἐν Ἀπηνζηνσῷ τὸ ἐκ τῶν Εὐφημίου 16), ἴστω κακῶς κατέχων· καὶ ὑπὲρ τούτου καὶ πρότερον ἐπέστειλα πολλάκις τῷ Εὐφημίῳ, ἀνανδρίαν αὐτοῦ καταγινώσκων, εἰ μὴ τὸ ἑαυτοῦ ἀναῤῥύσαιτο. Καὶ νῦν μαρτύρομαι πάντας καὶ ἄρχοντας καὶ ἀρχομένους, ὅτι ἀδικεῖται ὁ Εὐφήμιος· χρὴ γὰρ τῷ Εὐφημίῳ ἀποκατασταθῆναι 17) τὸ κτῆμα. Τὴν οἰκίαν

tem, ad honestam virginis habitationem: quam utique domum sine interpellatione habebit ipsa in usumfructum, quoad vixerit; postea vero restituet ecclesiae. Addi praeterea eidem volo puellas duas, quas ipsa delegerit: hoc nimirum pacto, ut cum ea morentur puellae usque dum vivet; et si quidem illis ita gratiam fecerit, liceat ipsi libertate eas donare; sin minus, et illae quoque ad ecclesiam pertineant.

Theophilum puerum, qui mecum manet, iam manumisi. Volo autem ei nunc etiam dari legati nomine nummos quinque.

Eupraxium vero eius fratrem liberum esse volo, eique legati nomine dari nummos aureos quinque.

Volo praeterea Theodosium Notarium meum liberum esse, eique legati nomine dari aureos nummos quinque.

Alypianam filiam meam dulcissimam (caeterarum enim Eugeniae et Nonnae, exigua ratio ducenda est, et quarum vita reprehensione non vacat), veniam mihi dare volo, quod nihil possim ipsi relinquere, quippe qui omnia iam pauperibus destinavi, aut potius beatissimis parentibus, qui ita polliciti erant, obsecutus sum; quorum voluntatem irritam reddere nec sanctum nec tutum arbitror. Quaecumque tamen ex beati fratris mei Caesarii rebus in veste serica, aut linea, aut lanea, aut burichallis supersunt, haec ad ipsius liberos pertinere volo; et nulla in re ipsam vel sorores ipsius molestas esse, vel haeredi meo, vel ecclesiae.

Meletius gener meus sciat se praedium Apenzinsenum, quod Euphemii fuerat, mala fide possidere: de quo quidem et iam antea scripsi saepius Euphemio, ignaviae eum condemnans, nisi sua recuperaret. Et nunc testor omnes magistratus, et qui sub magistratu sunt, iniuriam fieri Euphemio: oportet enim

vat. 1. οἰκίαν ἐλευθέραν vat. 2, Leunclav. — 6) μέχρι βίου ζωῆς vatic. 1, 2, 3, 88. — τέλους ζωῆς Leunclav. emend. fort. melius χρόνου ζωῆς, ut infra. — μετὰ ταῦτα δὲ vatic. 1. — 7) ἃς ἂν αὐτῇ vat. 2. Leunclav. ἃς ἐὰν vatic. 1. — 8) εἰ μὲν αὐτῇ Leunclav. qui add. in marg. αὐταὶ et αὐταῖς. — 9) Θεόδωρον vatic. 2, 3. — 10) ἐλευθερωθῆναι vatic. 3. Locum om. vatic. 1 a voce ἔτι ad νν. ε'. — 11) εὐγενίας chig. — 12) ὀλίγος λόγῳ ὢν sic vatic. 2, 3, nescio quo vulnere. — 13) Καισαρείου Leunclav. — 14) ἐρείῳ vatic. 1. — 15) μήτε τὸν κληρονόμον μου, μήτε τὴν ἐκκλησίαν vatic. 2. Leunclav. κληρονόμον μου, τὴν ἐκκλησίαν vatic. 1, 3. — 16) ἐν ἀπηνζηνσῷ vatic. 2. Leunclav. ἀπινζηνσῷ vatic. 1. ἀπενζηνσῷ vatic. 3. — τῶν εὐφημίου vatic. 1. — 17) ἀποκα-

τοῦ χωρίου Κανοτάλων [18] τῷ αἰδεσιμωτάτῳ υἱῷ, τῷ ἐπισκόπῳ Ἀμφιλοχίῳ, ἀποκατασταθῆναι βούλομαι. Ἔστι γὰρ ἐν τοῖς χαρτίοις ἡμῶν, καὶ πάντες ἴσασιν ὅτι καὶ τὸ συνάλλαγμα ἐλύθη, καὶ τὴν τιμὴν ἀπέλαβον [19], καὶ τὴν νομὴν καὶ τὴν δεσποτείαν [20] τοῦ κτήματος πάλαι παρέδωκα.

Εὐαγρίῳ τῷ διακόνῳ, πολλά μοι συγκαμόντι καὶ συνεκφροντίσαντι, διὰ πλειόνων τε τὴν εὔνοιαν παραστήσαντι [21], χάριν ὁμολογῶ καὶ ἐπὶ Θεοῦ καὶ ἐπ' ἀνθρώπων, καὶ τοῖς μείζοσι μὲν αὐτὸν ὁ Θεὸς ἀμείψεται [22]· ἵνα δὲ μηδὲ τὰ μικρὰ τῆς φιλίας σύμβολα [23] παρ' ἡμῶν ἐλλείπῃ, βούλομαι αὐτῷ δοθῆναι κάμασον [24] ἕν, στιχάριον [25] ἕν, πάλλια δύο, χρυσᾶ [26] νομίσματα λ'.

Ὁμοίως καὶ τῷ γλυκυτάτῳ συνδιακόνῳ ἡμῶν [27] Θεοδούλῳ, τῷ ἡμῶν ἀδελφῷ, δοθῆναι βούλομαι κάμασον ἕν, στιχάρια β', τῶν ἐν τῇ πατρίδι, χρυσᾶ νομίσματα κ', ἐκ τοῦ ἐν τῇ πατρίδι λόγου.

Ἐλαφίῳ τῷ νοταρίῳ, εὐτρόπῳ ὄντι [28] καὶ καλῶς ἡμᾶς ἀναπαύσαντι ὃν ὑπηρετήσατο χρόνον, βούλομαι δοθῆναι κάμασον ἕν, στιχάρια β', πάλλια τρία, σιγγιλλιῶνα [29], ἐν τῇ πατρίδι χρυσᾶ νομίσματα κ'.

Ταύτην μου τὴν διαθήκην κυρίαν καὶ βεβαίαν εἶναι βούλομαι, ἐπὶ παντὸς δικαστηρίου καὶ πάσης ἐξουσίας. Εἰ δὲ ὡς διαθήκη μὴ ἰσχύσειεν [30], εἰς βούλησιν εἴτ' οὖν κωδίκελλον, αὐτὴν ἰσχύειν βούλομαι· Ὁ δὲ ἐπιχειρῶν αὐτὴν ἀνατρέπειν, δώσει λόγον ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, καὶ ἕξει τὸν λόγον.

Πρὸς τοὔνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος [1].

Γρηγόριος ἐπίσκοπος τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἀναγνοὺς τὴν διαθήκην καὶ ἀρεσθεὶς πᾶσι τοῖς προγεγραμμένοις [2], ὑπέγραψα χειρὶ ἐμῇ, καὶ ἰσχύειν αὐτὴν κελεύω καὶ βούλομαι.

Ἀμφιλόχιος ἐπίσκοπος τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας τῆς ἐν Ἰκονίῳ, παρὼν τῇ διαθήκῃ τοῦ αἰδεσιμωτάτου ἐπισκόπου Γρηγορίου, καὶ παρακληθεὶς παρ' αὐτοῦ [3], ὑπέγραψα χειρὶ ἐμῇ.

praedium Euphemio restitui. Emptionem fundi Canotalorum reverendissimo filio episcopo Amphilochio redintegrari volo. Constat enim ex chartis nostris, idque sciunt omnes, quod et solutus fuerit contractus et pretium receperim, proprietatemque ac dominium possessionis jampridem tradiderim.

Evagrio diacono, qui multorum mecum laborum et curarum particeps, in multis suam mihi benevolentiam commendavit, gratiam habeo coram Deo et coram hominibus. Ac majora quidem ipsi Deus retribuet. Ne vero etiam parva etiam amoris symbola praetermittamus, volo ei dari camasum unum, tunicam unam, pallia duo, aureos nummos triginta.

Similiter dulcissimo condiacono nostro et fratri Theodulo dari volo camasum unum, tunicas duas ex iis quae sunt in patria, aureos viginti, ex patriae item rationibus.

Elaphio Notario, qui et bene moratus est, et, quo tempore fuit in obsequio, bella nos refocillavit, dari volo camasum unum, tunicas duas, pallia tria, sigillionem, in patria nummos aureos viginti.

Hoc meum testamentum ratum ac firmum esse volo apud quod vis tribunal et quemcumque magistratum. Quod si tamquam testamentum vim non habuerit, tamquam voluntatem ipsam, seu codicillum, valere volo. Qui vero ipsum avertere tentaverit, rationem reddet in die judicii, et ratio ipsi facienda erit.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Gregorius episcopus catholicae Constantinopolis ecclesiae relegi testamentum, et omnia probans in eo praescripta, subscripsi manu mea, et vim obtinere volo ac jubeo.

Amphilochius episcopus catholicae Iconii ecclesiae interfui testamento reverendissimi episcopi Gregorii et, eo rogante, subscripsi manu mea.

τασταθῆναι vatic. 3. — 18) καντάλων Leuoclav. — — 19) ἔλαβον vatic. 1. — 20) καὶ δεσποτείαν Leuoclav. 21) διὰ πλειόνων τε τὴν εὔνοιαν παραστήσαντι om. vatic. — 22) ἀμείψαιτο vatic. 1, 2, Leuoclav. ὅθεν ἀμείψατο vatic. 3. — 23) μικρὰ τῆς φαμιλίας σύμβολα παρ' ἡμῶν ἐλλίποι vatic. 3. — 24) καμασον chig. καμίσιν vat. 2, 3. — 25) στιχάριν vatic. 1, 2. — 26) χρυσᾶ ν. τὸν ἀριθμὸν λ. vatic. 1. — 27) συνδιακόνῳ τῷ ἡμῶν ἀδελφῷ vat. 2, 3. Leunclav. συνδ. ἡμῶν Θεοδούλῳ δοθῆναι vatic. 1. — 28) εὐτρόπῳ τε ὄντι chigian. — 29) σιγίλλιον α' Leonclav. in marg. ut supra. — 30) ἰσχύσαι vat. — εἰς βούλησιν ἤγουν chigian.

1) Πνεύματος Addit vat. 3. οἱ ὑπογράψαντες μάρτυρες. — 2) γεγραμμένοις vatic. 2. Leunclav. — 3) ὑπ' αὐτοῦ

Ὄπτιμος ἐπίσκοπος τῆς κατὰ Ἀντιόχειαν καθολικῆς ἐκκλησίας, παρὼν διατιθεμένῳ 4) τῷ αἰδεσιμωτάτῳ ἐπισκόπῳ Γρηγορίῳ, κατὰ τὰ προγεγραμμένα, καὶ παρακληθεὶς παρ' αὐτοῦ 5), ὑπέγραψα χειρὶ ἐμῇ.

Θεοδόσιος ἐπίσκοπος τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας τῆς ἐν Ἴδῃ 6), παρὼν τῇ διαθήκῃ τοῦ αἰδεσιμωτάτου ἐπισκόπου Γρηγορίου, καὶ παρακληθεὶς παρ' αὐτοῦ, ὑπέγραψα χειρὶ ἐμῇ.

Θεόδουλος ἐπίσκοπος τῆς ἁγίας καθολικῆς ἐκκλησίας τῆς κατὰ Ἀπάμειαν, [παρήμην 7) τῇ διαθήκῃ τοῦ αἰδεσιμωτάτου ἐπισκόπου Γρηγορίου, καὶ παρακληθεὶς παρ' αὐτοῦ, ὑπέγραψα χειρὶ ἐμῇ].

Ἱλάριος 8) ἐπίσκοπος τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας τῆς κατὰ Ἰσαυρίαν 9), παρὼν [διατιθεμένῳ τῷ αἰδεσιμωτάτῳ ἐπισκόπῳ Γρηγορίῳ, καὶ παρακληθεὶς παρ' αὐτοῦ, ὑπέγραψα χειρὶ ἐμῇ].

Θεμίστιος ἐπίσκοπος τῆς κατὰ Ἀδριανούπολιν 10) [τοῦ Θεοῦ ἁγίας ἐκκλησίας, παρήμην ἐν τῇ διαθήκῃ τοῦ αἰδεσιμωτάτου ἐπισκόπου Γρηγορίου, καὶ παρακληθεὶς παρ' αὐτοῦ, ὑπέγραψα χειρὶ ἐμῇ.]

Κληδόνιος πρεσβύτερος τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας τῆς ἐν Ἰκονίῳ, παρὼν 11) [τῇ διαθήκῃ τοῦ αἰδεσιμωτάτου ἐπισκόπου Γρηγορίου, καὶ παρακληθεὶς παρ' αὐτοῦ, ὑπέγραψα χειρὶ ἐμῇ.]

Ἰωάννης ἀναγνώστης καὶ νοτάριος 12) . . . . τῆς ἁγιωτάτης . . . . ἐκκλησίας Ναζιανζουπόλεως 13) . . . . πεποιηκὼς τὸ ἴσον τῆς θείας διαθήκης τῆς ἀποκειμένης ἐν [τῇ κατ' ἐμὲ 14)] ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ, τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου καὶ θεολόγου Γρηγορίου, ἐκδέδωκα.

Optimus episcopus catholicae Antiochenae ecclesiae interfui, quum reverendissimus episcopus Gregorius testamentum suum, ut supra scriptum est, disponeret, et, eo rogante, subscripsi manu mea.

Theodosius episcopus catholicae Idae ecclesiae, praesens testamento reverendissimi Episcopi Gregorii, et ab eo rogatus, subscripsi manu mea.

Theodulus episcopus sanctae catholicae Apameae ecclesiae, praesens fui testamento reverendissimi episcopi Gregorii, et rogatus ab eo, subscripsi manu mea.

Hilarius episcopus catholicae Isauriae ecclesiae, praesens, cum testamentum conderet reverendissimus episcopus Gregorius, et rogatus ab eo, subscripsi mea manu.

Themistius episcopus sanctae Dei ecclesiae iuxta Adrianopolim, praesens fui testamento reverendissimi episcopi Gregorii, et rogatus ab eo, subscripsi manu mea.

Cledonius presbyter catholicae Iconii ecclesiae, praesens testamento reverendissimi episcopi Gregorii, et rogatus ab eo, subscripsi mea manu.

Ioannes sanctissimae Nazianzi ecclesiae notarius et lector, exemplum divini testamenti, quod in sanctissima ecclesia mea reconditum est, sancti et illustris ac Theologi Gregorii, exscripsi et edidi.

ANNOTATIONES.

Ad annum et diem huius testamenti quod spectat, si accurate praefixa fuissent consulum nomina et calendarum, scriptum fuisse constaret die 31 decembris an. 380, sex scilicet mensibus priusquam e Constantinopoli Nazianzenus, e sede sua ultro depositus, discederet. Quid vero statuere vellet, iam antea monuerat, idque ipse in hoc testamento memorat. Ab initio fortasse episcopatus, aut priusquam monasticen cole-

chig.—4) διαθεμένῳ chig.—5) παρ' αὐτοῦ om. vat.1.—6) Ἴδῃ vatic. 3. Leonclav. Λυδίᾳ vatic. 1.—7) παρήμην inclusa ex vatic. 1. Ἀπάμειαν, παρὼν καὶ τὰ ἑξῆς vatic. 2, 3 et edd. — 8) Ἱλάριος. Totum hunc locum om. Leonclav. vatic. 2.—9) Ἰσαυρίᾳ vatic. 3. Inclusa inde in solo vatic. 1. παρὼν καὶ ταῦτα ὑπέγραψα vatic. 3. BB.—10) τῆς κατὰ Ἀδριανουπόλεως vatic. 1 qui caetera solus cum chigiano habet τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας τῆς κατὰ Ἀδριανούπολιν παρὼν καὶ τὰ ἑξῆς vat. 2, 3 et edd. ἐν τῇ διατυπώσει chig. qui om. ἐπίσκοπον.—11) παρὼν καὶ τὰ ἑξῆς lld.—12) νοτάριος punctis loca notata, in vat. 1 sunt vacua. Leunclavius silet. — 13) πόλεως non habent BB. sed aliquo errore vatic. 1 eadem rescripsisse videtur quae in aliis codd. remanent mutila...σίας ναζιανζοῦ.—14) ἐν τῇ κατ' ἐμὲ iterum vacant in vatic. 1. Legunt vero vatic. 2, 3: ἀποκειμένης, μετεγράφη ἐκ τοῦ ἀρχετύπου τοῦ ἀποκειμένου (συγκειμένου vatic. 3.) ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ναζιανζοῦ.

ret, primam testamenti sui lineam exorsus, integram rem ut perficeret, expectavit donec sine turbis et certo iure, ab ipsa oecumenica synodo secunda, in sede sua confirmaretur. Et plures concilii patres accersivit, qui testamento subscriberent. At certis docemur testimoniis synodum medio circiter anno habitam fuisse, Gregorium vero, qui nonnisi per aliquot hebdomadas, sedem tenuit, labente Iulio, iam reliquisse Constantinopolim; id quod Baronium movit, annuente Papebrochio, ut pro kalendis ianuariis, iunii potius, facili litterarum mutatione (maxime in solito compendio *ἰουν.* pro *ἰαν.*), legeret, tabellasque Nazianzeni emortuales ad finem mensis maii a.381 duceret referendas.

Nihil moror in verbis quae filiam eius et generum diserte videntur significare. « Nihil magis certum, aiunt Maurini, post Baronium, atque exploratum ex omnibus Gregorii rebus gestis videri potest, quam ipsum perpetuam coluisse virginitatem. Filiam tamen vocat Alypianam, quae filia erat Gorgoniae sororis suae. Quod ad Meletium generum attinet, linguae graece peritissimi profitentur *γαμβρὸς* interdum quemlibet affinem significare. Imo vero et apud latinos eadem est vis huius vocis *gener*.» Sed quum parentelam Nazianzeni tangimus, mirum ne videatur eum notam turpem publicis tabulis inurere affinibus suis. Viri sancti suos, si quando impii sunt, despiciunt.

E re autem omnino nostra aliud gravius est, quid iuris nimirum de hoc testamento sit, ut an ex illo monachos proprium aliquid habere potuisse probetur. Respondet Bivarius, primum hanc dispositionem non recentem esse, sed veterem, ipso aiente Nazianzeno: « Iam enim mentem meam manifestam feci, a tempore scilicet omnibus per professionem renuntiandi. Deinde idem testatur oratione in funere matris suae, se a parentibus fidei commissam accepisse haereditatem, ut eam in pauperes erogaret, idemque ipso testamento, ubi de Alipiana filia, confirmat. Neque aliter quos haeredes suos instituit, Gregorium, Eustathium, Marcellum monachos, pecunias ab eo legatas accipiunt, nisi ut eas sive ecclesiae, sive pauperibus cedant. Exempla praeterea apud veteres sunt, bonorum renuntiationem, iure factam prius fuisse, quam executioni mandaretur, ut aliquando professionem praecedere, aliquando sequi videretur 1). De perfecta autem Nazianzeni paupertate verba ipsius classica sunt, tam saeculorum, quam auditorum plausu excepta: « Paupertatem obiicient? meas scilicet opes et copias! Atque utinam et pannos hosce exuere possem, ut huius vitae spinas nudus percurrerem! Utinam et gravem hanc tunicam quam celerrime abiicerem, vel leviorem acciperem! . . . Pecunias eripient? Quas tandem? Si meas quidem, ipsi eadem opera pennas etiam, quibus minime indutus sum, abscindant. Si autem Ecclesiae, illud quippe est, pro quo bellum omne geritur 2).»

Quid vero sint vestes in testamento memoratae: stragula scilicet equestris sive *βουρικάλια*, quid camasus, altera rudis ad hiemem et pluviam chlamys, quidve *σιγγιλιών*, latine *singiliones*, ex simplici panno confecti, *ἁπλοΐδες*, non est quod post Moursium, Cangium, Bollandum, fusius prosequamur. Caute in fine scribitur, *si vim non habuerit* tabula, ex defectu alicuius solemnitatis a lege requisitae, valituram esse tanquam codicillum, quibus scribendis nulla solemnitas requirebatur. Sed omnia ad amussim exacta fuisse suadent nomina consulum et iustus septem testium numerus, quorum primus ponitur Optimus, ut Antiochiae Pisidiae metropolitanus. Eiusdem provinciae, non Bithyniae fuisse videtur Theodulus episcopus Apamiensis.

1) *Videretur*. Cf. Bivar. *de vetere monach.* lib. II, c. 5, n. 16, p. 95. Et inter recentiores, V. de Buck S.I. *de solemnitate votorum*, praecipue paupertatis religiosae, epistola, Bruxell. 1862, qua rem cuique suam gerere post vota solemnia permitti disputatur.

2) *Geritur*. Orat. XXVI, t. I, p. 182, 484.

II.

S. NECTARIUS

A. C. 381-397.

I. Nectarius, gente Cilix, patria Tarsensis, dignitate senior et praetor Constantinopolitanus, necdum baptizatus erat, quando abreptus a populo, et ad summum sacerdotium postulatus est. Quae Nectarii electio, ambrosianae similis, caeterarum quae post modum Constantinopoli non semel peractae sunt, Tarasii videlicet et Photii, fons et origo fuit. Caeterum dignus Nectarius, qui episcopus crearetur, sedi suae per annos XVI et menses III sancte et egregie praefuit. Cuius temporibus concilium a. 394 Constantinopoli celebratum fuit, in quo medius inter Theophilum Alexandrinum et Flavianum Antiochenum, tanquam in sede sua praeses, iam pleno iure videtur uti privilegio, quod paulo ante concilii II oecumenici decretis clanculum insertum est. Aderant praeterea alii nobilissimi praesules, inter quos Gregorius Nyssenus, Amphilochius Iconii, Helladius et Gelasius, utriusque Caesareae in Cappadocia et Palaestina; a quibus ordiri videtur perpetua quaedam synodorum series, unde eo citius et altius crevit constantinopolitanae sedis splendor, quod fere totius Orientis negotia in caesaream urbem, perpetuo et dilatato in dies alveo, confluebant. Hic vero quum ab initio is rerum cursus repetitur, iam de longinqua Bostrorum ecclesia ex antiocheno patriarchatu ad Constantinopolim provocatur. Bagadius, quum electus consecratusque esset Bostrae episcopus, duorum vero episcoporum nescitur qua sententia, destitutus fuisset, Agapio in locum eius ordinato, propterea Bagadius in urbem regiam profectus, causam in synodo cui Nectarius praeerat, redintegrari postulavit. Redacto ad ordinem Agapio, priorem praeter ius depositum fuisse, indicatum est (1).

II. Tot fere sunt nectarianae synodi codices mss. quot sunt sive Syntagmatia, sive Zonarae, sive Balsamonis exemplaria. Recole igitur quem in tomo superiore semel et iterum dedimus, horum librorum pinguem catalogum. In quorum tamen nonnullis ideo omissam eam synodum esse opinor, non ideo quod propter exiguitatem facile fugerit aut exciderit, sed quia nonnullam ob tituli varietatem latuit. Insertam vero fuisse antiquitus in canonum corpus, praeter alia, certum ad nos pervenit trullanae synodi et nomocanonis testimonium.

III. Quam primus typis graecis commisit Leunclavius, ac latine interpretatus est in priore iuris graeci et romani tomo, a. 1596. Altera est Gentiani Herveti versio mendosa, quae saepe vulgata est tum in conciliis, tum in caeteris canonum graecorum libris. De hac synodo uberius quam caeteri disputavit Assemanus in fronte III. tomi bibliothecae iuris orientalis, ubi latina ex integro recensuit, graeca vero reliquit intacta.

IV. Ex anterioribus libris receptum textum edimus, collatis, ut antea, praecipuis codicibus romanis, vatic. 1980, 2060, palat. 376, monacensi, etc. Extat eiusdem Nectarii nomine inscriptum aliud opus, vix inter canonica non reponendum ex ipsu titulo, scilicet, «quam ob causam, in primo sabbato sanctorum ieiuniorum celebremus

(1) *Est.* Cf. Balsam. ad h. syn. Rhalli III, p. 625. — Galland. Bibl. vet. patr. t. XIV, append. p. VI. — Tillemont, t. IX, p. 486. — Assemani tur. or. Bibl. t. III, p. 2-161. — Oriens Christ. t. I, p. 213; t. II, p. 856.

memoriam S. Theodori, » cum adnexa de ieiunio et eleemosyna admonitione. Praeterea eadem oratio continet eximium de invocatione et intercessione sanctorum testimonium, et ad legitimi ieiunii commendationem argumenta, utique non vulgaria. Haec Gallandius, qui primus eam graece dedit et in maioris suae bibliothecae anecdotam appendicem inseruit (1). Nisi tamen eiusdem homiliae auctoritas aliqua minueretur dubio, vix intelligeretur tamdiu eam latuisse, quum innumeris contineatur codicibus, quorum longam seriem (2) Assemanus attigit quidem, minime vero hausit. Sinceriora sunt opera, quibus Nectarius apud Graecos meritus est inter coelites cooptari, et die XI octobris publicis coli honoribus (3).

Ἐκ τῶν πραχθέντων ὑπομνημάτων ἐν Κωνσταντινουπόλει περὶ Ἀγαπίου καὶ Βαγαδίου, ἑκατέρου ἀντεχομένου τῆς ἐπισκοπῆς Βόστρων.

Ex monumentis actorum Constantinopoli de Agapio et Bagadia, utroque sibi vendicante episcopatum Bostrorum.

Ἐπὶ 1) ὑπατείας τῶν εὐσεβεστάτων καὶ θεοφιλεστάτων βασιλέων ἡμῶν Φλαβίου Ἀρκαδίου 2), Αὐγούστου τῷ τρίτῳ 3) καὶ Ὁνωρίου τῷ δευτέρῳ 4), τῇ πρὸ τριῶν καλανδῶν ὀκτωβρίων 5), ἐν τῷ φωτιστηρίῳ τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει 6) ἁγιωτάτης ἐκκλησίας 7), καθεσθέντων τῶν ἁγιωτάτων 8) ἐπισκόπων, Νεκταρίου Κωνσταντινουπόλεως 9), Θεοφίλου Ἀλεξανδρείας, Φλαβιανοῦ Ἀντιοχείας, Ἑλλαδίου Καισαρείας Καππαδοκίας 10), Γελασίου Καισαρείας Παλαιστίνης, Γρηγορίου Νύσσης 11), Ἀμφιλοχίου Ἰκονίου, Παύλου Ἡρακλείας, Ἀραβιανοῦ Ἀγκύρας, Ἄμμωνος Ἀδριανουπόλεως, Φαλερίου 12) Ταρσοῦ, Λουκίου Ἱεραπόλεως, Ἐλπιδίου Λαοδικείας, Παύλου Ἀλεξανδρῶν 13), Διοσκόρου Ἑρμουπόλεως, Προβατίου Βερονίκης, Θεοδώρου Μοψουεστίας, Βίζου Σελευκείας,

In consulatu religiosissimorum et piissimorum imperatorum nostrorum Flavii Arcadii Augusti tertium, et Honorii secundum, tertio kalendas octobris, in baptisterio sanctissimae Constantinopolis ecclesiae, sedentibus sanctissimis episcopis, Nectario Constantinopolitano, Theophilo Alexandrino, Flaviano Antiocheno, Helladio Caesareae Cappadociae, Gelasio Caesareae Palaestinae, Gregorio Nysseo, Amphilochio Iconii, Paulo Heracleae, Arabiano Ancyrae, Ammone Adrianopolis, Phalerio Tarsi, Lucio Hierapolis, Elpidio Laodiceae, Paulo Alexandrorum, Dioscoro Hermopolis, Probatio Beronices, Theodoro Mopsuestiae, Bizo Seleuciae, Epagatho Marcianopolis, Gerontio Claudiano-

(1) *Inseruit*. Repetita nuper editio Gallandiana in Patrolog. parisiens. graec. t. XXXIX, p. 1819.

(2) *Seriem*. l. c. p. 14 recensentur codd. 30. Latine prodiit inter Chrysostomi homilias. Paris. 1834 et apud Surium ad diem IX nov.

(3) *Honoribus*. Cf. Bolland. ad h. diem. ed. nova t. V p. 608, app. p. 48. Martinoff Ann. eccl. graecoslav. p. 245.

In titulo, γαβαδίου vatic. 2 (2060) palat. monac. — ἑκατέρων ἀντεχομένων mosquens. — βόστρης vat. 1 (1980), palat. 376, Zonar. barberin. βόστρας monac. συνόδου ΚΠ. τῆς κατὰ τοὺς ἐπισκόπ. ἀραβίας. column. 1) ἐπὶ om. vat. 1, 2, barber. palat. monac. Zonar. — 2) φλαβίου καὶ ἀρκαδίου monac. — 3) τὸ τρίτον vat. 1, palat. monac. clarom. barber. Zonar. — 4) τὸ δεύτερον iid. — τῷ πρὸ τριῶν Balsam. Bever. Mansi. — 5) ὀκτωβρίῳ monac. — 6) κατὰ τὴν ΚΠ. vatic. 1, 2, palat. monac. Zonar. — 7) ἁγ. καὶ καθολικῆς ἐκκλησίας iid. ἁγιωτ. καθολικῆς. barber. — 8) ἁγίων vatic. 2. — 9) τῆς αὐτῆς ΚΠ. πατριάρχου vatic. 1, 2. — 10) παλλαδίου Balsam. Harvet. Bevereg. — καππαδοκίας vat. 1. om. et quae pertinent ad Gelasium. — παλαιστίνης Zonar. — 11) νύσσης καὶ ἑτέρων, nec plura vat. 1 usque ad μετὰ τὸ πραχθῆναι. — 12) φαλερίου post Lucium et Elpidium in monac. forte βαλερίου Hard. — 13) Παυ-

Ἐπαγάθου Μαρκιανουπόλεως, Γεροντίου Κλαυδιανουπόλεως [14], καὶ ἑτέρων διαφόρων ἐπισκόπων, καὶ παντὸς τοῦ ἱερατείου, καὶ εἰσελθόντων Βαγαδίου καὶ Ἀγαπίου [15], Νεκτάριος ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως εἶπε·

Τῆς ἁγίας ταύτης συνόδου κατὰ Θεοῦ χάριν πάλιν ἐν τῷ ἁγίῳ τόπῳ τούτῳ συνειλεγμένης, εἰ δοκιμάζει ἡ αὐτὴ τῶν ἁγίων ἀδελφῶν καὶ συλλειτουργῶν σύνοδος, ἐπειδὴ καὶ ἑστῶτας ὁρῶ τοὺς διαφερομένους πρὸς ἑαυτοὺς περὶ τῆς τῶν Βοστρηνῶν [16] ἐπισκοπῆς, τοὺς ἀδελφοὺς ἡμῶν Βαγάδιον [17] καὶ Ἀγάπιον, τῶν πρὸς ἀλλήλους ἐνάρξασθαι δικαίων....

Καὶ μετὰ τὸ πραχθῆναί τινα παρ' αὐτοῖς χάριν τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως, καὶ ἐμφανισθῆναι καθαίρεσιν [18] τοῦ ῥηθέντος Βαγαδίου γενομένην ὑπὸ δύο [19] καὶ μόνων ἐπισκόπων τῶν καὶ τελευτηκότων [20] ἤδη, κατὰ τὸν καιρὸν τῆς αὐτῆς συνόδου, Ἀραβιανὸς ἐπίσκοπος Ἀγκύρας εἶπεν·

Οὐ τῆς παρούσης ἕνεκα δίκης, ἀλλὰ τοῦ ἐφεξῆς [21] βίου παντὸς δεδοικώς, τοῦτο ἀξιῶ τὴν ἁγίαν σύνοδον διαλαλῆσαι, ἔξεστι γενέσθαι καθαίρεσιν παρὰ δύο ἐπισκόπων, ἢ οὔ; καὶ κατὰ ἀπόντος μητροπολίτου [22] ἔξεστιν, ἢ οὔ; Οὐδὲν πρόκριμα πρὸς τὴν παροῦσαν ὑπόθεσιν· δέδοικα δὲ μὴ ἐκ τῶν ὑπομνημάτων τούτων τινὲς λαβόμενοι ἐξουσίας, τοιαῦτα τολμήσωσιν, ἀξιῶ οὖν [23] ὑμᾶς ἀποκρίνασθαι.

Νεκτάριος ἐπίσκοπος [24] Κωνσταντινουπόλεως εἶπεν· Ἐπαινετῶς [25] εἰσηγήσατο

polis, et aliis diversis episcopis, et universo sacerdotum ordine, ingredientibus etiam Bagadio et Agapio, Nectarius episcopus Constantinopolitanus dixit:

Sancta hac synodo, Dei gratia, in hoc sancto loco iterum collecta, si ita censet hic sanctorum fratrum et sacrorum collegarum conventus, quando quidem adstare video inter se dissidentes de Bostrenorum episcopatu, fratres nostros Bagadium et Agapium, [suadeo ut] inter se invicem sua iura incipiant [persequi?].

Et postquam aliqua ab eis pro hac causa acta essent, et dicti Bagadii depositionem a duobus solis episcopis qui etiam obierunt tempore huius synodi factam ostensum esset, Arabianus Ancyrae episcopus dixit:

Non propter hoc iudicium, sed de tota deinceps vita id veritus, precor sanctam synodum de hoc statuere, liceat ne a duobus episcopis fieri depositionem, an non? et quum metropolita abest, liceat, an non? Ad praesentem quidem causam nihil est praeiudicii. Vereor autem ne ex his actis aliqui potestate accepta talia audeant: dignum existimo ut respondeatis.

Nectarius episcopus Constantinopolitanus dixit: Pulchre suasit religiosissimus epi-

λου ξέως vatic. 2, palat. monac. Zonar. — 14) κλαυδιουπόλεως Zonar. monac. — 15) καὶ εἰσελθόντων βαγαδίου καὶ ἀγαπίου plerique edd. om. contra Zonar. et vatic. 2, palat. barberin. monac etc. quae tamen addita potius a notario putem, quam accepta ex actis prolixioribus, quum tam leiune episcopi proferri non soleant vel in excerptis, et aliter in iisdem codd. omnibus legantur. in barber. habetur: εἰσελθόντων γαδίου καὶ ἀγαπίου. — 16) περὶ τῆς βοστρηνῶν monac. — 17) Γαβάδιον monac. et sic deinceps constanter. Suspensa periodus remanet, et aliquid deesse ex compendio censeatur. — 18) καθαιρεῖν vat. 2. — 19) ἀπὸ δύο monac. — 20) τελευτησάντων Balsam. κατὰ τὸν καιρὸν τῆς αὐτῆς συνόδου iterum ab edd. omissa supplevimus ex codd. nostris consentientibus, quae facile glossema arguit. — 21) ὑφεξῆς Balsam. Bever. Mansi. — 22) μητροπολίτου add. vatic. 2. palat. Zonar. Rhalli. Sed om. vatic. 1, barberin. monac. Zonar. Balsam. — 23) οὖν om. monacens. Zonar. — 24) ἀρχιεπίσκοπος vatic. 1. — 25) ἐπαινετος vatic. 2. —

ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Ἀραβιανός· οὐ μὴν δυναμένης δίκης ἐξομοιοῦσθαι, τὸ παρελθὸν μὴ κατακρίναντες [26], τὸ ἑξῆς ἀσφαλισώμεθα.

Ἀραβιανὸς ἐπίσκοπος Ἀγκύρας εἶπε· Τὸ παρελθὸν ἡ τῶν μακαρίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ σύνοδος καταχρίνει, ἡ κελεύουσα μὴ ἐλάττους εἶναι τριῶν τοὺς χειροτονοῦντας, μηδὲ ἀπόντος τοῦ [27] μητροπολίτου· τοῦ δὲ μέλλοντος ἕνεκεν δεδοικὼς ἐγώ, τὴν ἐρώτησιν ἐποιησάμην. Ἀξιῶ οὖν ὑμᾶς σαφῶς διαλαλῆσαι, καὶ μήτε ἠρτημένως, μήτε ἀμφιβόλως, ὥστε μὴ ἐξεῖναι ὑπὸ δύο ἀνθρώπων, μήτε χειροτονεῖσθαι, μήτε καθαιρεῖσθαι ἐπίσκοπον, ἀκολούθως τῇ ἐν Νικαίᾳ συνόδῳ.

Καὶ μεθ' ἕτερα [28], Θεόφιλος ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας εἶπεν· Ἐπὶ τῶν ἀπελθόντων οὐ δυνατὸν ψῆφον ἐκφέρειν ἀγανακτήσεως, ἐπειδήπερ μὴ παρόντες κατεκρίθησαν· εἰ μέντοι γε περὶ τῶν μελλόντων διασκοποίη [29] τις, τῶν ὀφειλόντων καθαιρεῖν [30] φαίνεταί μοι μὴ μόνον τρεῖς παρεῖναι προσήκειν, ἀλλ' εἰ δυνατὸν [31], τοὺς πάντας ἐπαρχιώτας, ἵνα τῇ τῶν πολλῶν ψήφῳ ἀκριβεστέρα ἡ κατάκρισις τοῦ ἀξίου τῆς καθαιρέσεως δεικνύηται, παρόντος καὶ κρινομένου.

Νεκτάριος ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως εἶπε· Νομίμων εἰσηγήσεων καὶ δογμάτων πρυτανευομένων, ἀκόλουθον οὐ διὰ προσώπων τινὰς αἰτίας τὰ τοιαῦτα δογματίζεσθαι. Τοιγαροῦν καθάπερ ὁ ἁγιώτατος ἐπίσκοπος Ἀραβιανὸς εἰσηγήσατο, τὰ μέλλοντα ἀσφαλίσασθαι βουλόμενος, ἀκολούθως καὶ φιλανθρώπως [32] ἡ τοῦ ἁγιωτάτου ἐπισκόπου Θεοφίλου ψῆφος διωρίσατο [33] μὴ χρῆ-

scopus Arabiauns. Sed qnum lis minime componi possit, praeteritum non condemnantes, quod est deinceps futurum, stabiliamus

Arabianus Ancyrae episcopus dixit: Id quod est praeteritum beatorum patrum, qui Nicaeao convenerunt, damnat synodns, iobens non esse pauciores tribns qui ordinent, nec absente metropolitano. Sed de futuro ego metuens, feci interrogationem. Censeo igitur ut vos palam exponatis, sine olla tergiversatione ant ambiguitate, ut a duobus hominibus nec ordinari nec deponi episcopum liceat, iuxta nicaenum concilium.

Et post caetera, Theophilus episcopus Alexandriae dixit: Fieri non potest ut indignationis sententia contra eos feratur, qui decesserunt, quoniam praesentes non fuere condemnati. Sed si qnis futura considerat, eorum qui possint aliquem deponere mihi videtur non solum tres debere interesse, sed, si fieri possit, omnes provinciales, nt multorum sententia accuratior condemnatio reddatur eius qui dignus est doponi, praesonte et eo qui indicatur.

Nectarius episcopus Constantinopolitanus dixit: Cum de legitimis institutis et decretis agatnr, consequens est talia non propter aliqoas personarum causas decerni. Quamobrem, aicut sanctissimus episcopus Arabianus intulit, volens futnra atabilire, sic etiam apte et humane sanctissimi episcopi Theophili sententia decrevit, non licere in poate-

26) μὴ κατακρίνεσθαι vatic. 2. — τὸ ἐφεξῆς Zonar. — 27) τοῦ om. berberin. Zonaras. — 28) καὶ μεθ' ἕτερα om. vatic. 1, 2. — mox παρελθόντων vatic. 1. — 29) διασκοπεῖν Rhalli mendose. — 30) καθελεῖν vat. 1, 2, barberin. palat. monac. trapezunt. Zonar. Bevereg. — 30) καθαιρεῖσθαι vat. 3, Rhalli. — μοι post φαίνεται om. Balsam. — 31) ἀλλ' εἰ καὶ δυνατὸν monac. — ἀλλὰ καὶ εἰ vat. 1, palat. Zonar. — ἐπαρχιώτας Zonar. — 32) ἀκολούθως καὶ φιλανθρώπως monac. palatin. — 33) ψῆφος διορισαμένη vat. 1, 2, palat. monac. Zonar. —

ναι πρὸς τὸ ἑξῆς μηδὲ παρὰ τριῶν, μήτοι γε παρὰ δύο [34], τὸν ὑπεύθυνον δοκιμαζόμενον καθαιρεῖσθαι· ἀλλὰ γὰρ πλείονος συνόδου ψήφῳ καὶ τῶν τῆς ἐπαρχίας, καθὼς καὶ οἱ ἀποστολικοὶ κανόνες διωρίσαντο.

Φλαβιανὸς ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας εἶπεν· Ἅπερ [35] κατέθεντο οἱ περὶ τὸν ἁγιώτατον ἐπίσκοπον Νεκτάριον καὶ τὸν ἁγιώτατον καὶ ὁσιώτατον [36] ἐπίσκοπον Θεόφιλον, δῆλα. Καὶ στέργομεν πάντες οἱ ἐκκλησιαστικοί [37].

rum, oec a tribus quidem, nedum a duobus, eum qui reus exeminatur, deponi: sed maioris syoodi et proviociao episcoporum sententia, sicut Apostolici definiore canones.

Flavianus episcopus Aotiecbiae dixit: Quoe exposuerunt sanctissimus episcopus Nectarius et snnctissimus Theophilus episcopus, aperta sunt. Et omnes ecclesiastici bis acquiescimus.

ANNOTATIO.

Nectarii *ὑπομνήματα*, iam superius paucis contracta, in unam brevinrem sententiam Nomocannn russicus reduxit, sub hoc titnlo: *Κανὼν τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει συναχθείσης τοπικῆς ἁγίας συνόδου*, qui exnrditur bie verbis: *Ὁρίζομεν μὴ χρῆναι*, et ea quae sequuotur superius in Theopbili interlocutione, cum aliis tameo verbis liberius composita, nec mnnito lectore unde haec bauriantur, qualisve synodus fuerit, et quoto tempore.

Pedalieo vero, a quo Petropolitaoi editores tacite sua extraxerunt, alin modo eadom collegit sub illa epigraphe: *Περὶ τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει τὸ δεύτερον συναχθείσης τοπικῆς ἁγίας συνόδου προλεγόμενα*, ubi inter plura do synodi eetato et causa, idcirco secunda CP. dicitur, quod de ea canen II trullanus ait: *προσέτι γε μὴν καὶ τῶν αὖθις ἐν ταύτῃ τῇ . . . . πόλει.* Haec vero de ordine potins rerum, quam temperum dicta sunt, quum quinque aut sex concilia CP. recenseantur ante oecnmenicam, et plura sub Nectario, ut ipse bic testatur: *τῆς ἁγίας ταύτης συνόδου κατὰ Θεοῦ χάριν πάλιν ἐν τῷ ἁγίῳ τόπῳ.* Prooemiis vero absolutis, Pedalii curatores duos canones proprio peoe marte sculpserunt:

Κανὼν α΄. *Ὁρίζομεν ὥστε μὴ ἐξεῖναι ὑπὸ δύο χειροτονεῖσθαι ἐπίσκοπον, ἀκολούθως τῇ ἐν Νικαίᾳ συνόδῳ.*

Κανὼν β΄. *Ὁρίζομεν μὴ χρῆναι πρὸς τὸ ἑξῆς, μήτε παρὰ τριῶν, μήτε γε παρὰ δύο, τὸν ὑπεύθυνον ἐπίσκοπον δοκιμαζόμενον καθαιρεῖσθαι. Ἀλλὰ πλείονος συνόδου ψήφῳ, καί, εἰ δυνατόν, πάντων τῶν ἐπαρχιωτῶν, καθὼς καὶ οἱ ἀποστολικοὶ κανόνες διωρίσαντο, ἵνα τῇ τῶν πολλῶν ψήφῳ ἀκριβεστέρα ἡ κατάκρισις τοῦ ἀξίου καθαιρέσεως δεικνύηται, παρόντος καὶ κρινομένου* (1).

Qua vero aucteritate duo monacbi bos bines cannnes ex laciniis binc et inde corrasis struxerint, quovo criterie petropolitani prudentes, priore canone expuncto, posteriorem publici iuris fecerint, silent hi quidem, illi vero ambo cucullati in sola sun magistrorum verba iuraveruot. Utramque regulam multis exceptionibus obnoxiam fuisse, Assemanus estendere nen neglexit, imme rectius nutavit duo potissimum Nectarium in synodo statuisse: primnm nempo, ut episcopum nennisi in provinciali synodo deponi fas sit; alterum, oe paucinres sint tribus qui ordinant, neque id faciant, nisi adsit metropolitaous. Sed varia diversae aetatis exempla addu-

34) μήτε παρὰ δύο monac. μήτε γε παρὰ Zonar. — 35) ὅτι ἐς Balsam. — 36) καὶ ὁσιώτατον om. vatic. 1. — 37) οἱ ἐκκλησιαστικοί, ὀφείλει παρ' ἡμῶν τὰ ὁρισθέντα monac.

(1) Κρινομένου Pedal. p. 315.

cit (1), quae multiplicem, fortasse et levissimam fuisse in hisce causis gravissimis agendi Graecorum rationem patefaciat. Idem cum Christiano Lupo et aliis fuse prosequitur (2), episcopi consecrationem vel ab uno episcopo factam, esse quidem illicitam, non tamen invalidam aut iterandam.

Qui post Assemanum eadem semel et iterum aggressi sunt Bollandiani prosecutores, rem licet paucis expediant, apte monent consensu trium patriarcharum deliberatum fuisse, interfuisse vero Antiochenum proprium patriarcham, et conclusisse. At perspicuum est ita a Byzantinis relationem aut compositam fuisse aut truncatam, ut Nectario pars praecipua, ne prima dicatur, cederet, neque ad aliud quam ut primatum exaggerent constantinopolitanum, respicere Balsamonem, Zonaram, et alios qui ex industria nobis tam sollicite frusta mutila servaverant. Neque enim Balsamon solus, uti Byaeo persuasum erat, banc synodum adduxit (3).

Iam qui duos superiores canones invenerant, tertium potuissent addere longe celeberrimum, et conficere ex illo Socratis testimonio (4), quo docemur a Nectario sublatam fuisse, non secretam, sed publicam solummodo peccatorum confessionem et poenitentiam, quae usque ad X saeculum in Occidente floruit; iam vero et a quarto saeculo penitus in Oriente obsoluisse veterem canonem ab ecclesiarum episcopis promulgatum, « ut in singulis ecclesiis presbyter quidam poenitentiae praeesset, ut qui post baptismum lapsi fuissent, coram presbytero ad eam rem designato, peccata sua confiterentur. » Constat vero innumeris testimoniis et toto hoc nostro opere apud Graecos viguisse semper usum sacretae confessionis et canonum poenitentialium disciplinam.

Ad haec novus apud Bollandum hagiographus diserte disputat de duplici quae olim intercessit, peccatorum absolutione, una ante, altera post peractam poenitentiam; quarum prior, quae propria sacramenti vim habet, integra permansit; posterior vero, una cum publica quae eam praecedebat, poenitentia, tantum a Nectario abrogata fuit. Idem insuper, post cl. Zaccariam (5) apposite statuit publicam poenitentiam non pro occultis tantum, verum etiam pro manifestis criminibus extinctam a Nectario fuisse, licet propterea non cessariat, in ecclesia graeca, canonicae poenae privatim imponendae et obeundae. Quibus efficitur ex historia Nectarii catholicum de sacramento poenitentiae dogma nihil infirmari, plurimum etiam iuvari.

Quum vero idem recens hagiographus vadem se praestet fore ut ad diem IX novembris edenda sit inter Acta sanctorum et scholiis ornanda Nectarii oratio de ieiunio (6), neque illi, neque suis successoribus inviderо velim optimi codicis parisiensis 760 varietates, quas hic subiiciam cum naniano Gallandii codice conferendas:

(1) *Adducit*. I. or. t. III. p. 6-14.

(2) *Prosequitur*. Ib. t. I. p. 446 sqq.

(3) *Adduxit*. Byaeum in errorem fortasse induxit Zonaras Parisiis vulgatus, in quo Nectarii synodus, nullo discrimine facto, ne titulo quidem praefixo, ad calcem canonum africanorum continuo persequitur, p. 525-528.

(4) *Testimonio* H. E. Lib. I. c. 9. cf. Thomassin vet. et N disc. P. I. lib. II. c. 7. n. 13, 14.

(5) *Zaccariam*. In dissert. IX Thesaur. Theolog. t. II. p. 26.

(6) *De ieiunio*. Vereor ut doctissimum Bollandistam praeterfugerit iam facta a Gallandio venusta eiusdem orationis editio.

α΄. συνεστήσατο. **Hic sex addo verba necessaria, quae male exciderunt**: ἡμᾶς δὲ τῇ ἰδίᾳ αὐτοῦ χειρί. α΄ τοῦ θ. — bis mox **editur inepte** καὶ παραδείσου.— ἀῤῥητόν τε καὶ ἀκατανόητον.—κτίσει προσδεδημιούργητο — αὐτῷ τε καὶ χαρισάμενος.—ὑπὸ πάντων δορυφορούμενον (fort. δορυφορουμένων) ἐνστησάμενος.

β΄. Τὸ δὲ ἑξῆς.—πέπονθε κλαπείς.—φεῦ μοι τοῦ πταίματος! — τὸ μέγα καὶ πάντων μέγιστον.— τὴν γῆν τὴν ἀνήδεον sic. — πεπαίδευκε μέν, ἀλλὰ φιλανθρώπως, τὰ δὲ μετὰ ταῦτα.— τῶν ἀνθρώπων ἀπόνοια τῷ πεπτωκότι παρώργισε τὰς ἀδελφοκτονίας, τὰς μοιχείας, τὰς ἀνδρομανίας, τὰς εἰδωλολατρείας κ. τ. ἑ. τ.

γ΄. Παιδεύσας ἡμᾶς. — προσαγάγειν αὐτόν. — ἀλλ᾽ ἀποκηρύττει. — δι᾽ οὐδαμινήν.—ἠτιμάσαμεν, παρωργίσαμεν. — τεθεὶς, οὐκ ἄξιοι. — Ἐὰν γὰρ ἀνομίας παρατηρήσῃς.

δ΄. μέγεθος ἐκθηλυν.— τῷ λόγῳ τὸ θαῦμα.— ἐκπεσεῖν εἰς ὄλισθον.— τύχοι φέρων.

ε΄. Εἰς αὐτόληψιν.—ταμιεύσωμαι. — τοῦτον οὐ οἶδ᾽ ὅτι, εἰ καί.— οἱ παρόντες ἡμεῖς.

ς΄. ὑψηλή τε ἀρθεῖσα καὶ τὰ γειτονοῦντα.— κατεπείγεται, τῆς αὐτοῦ οὖν.—τί χρὴ καὶ λέγειν.—παρὰ τοῦ αἰθίου ἐπετηδεύοντο.— ὀδόντων ἐκβλύσεις, γλωσσῶν ἐκτομαί, χειρῶν ἐκκοπαί. — οὕτω δ᾽ οὖν. — μαστιγόμενοι. — ἀνενδίκνυντο.— ταῖς βασάνοις ὑπ. ὥσπερ τι παρ. ἑαυτοὺς καλὸν ἀφ.—ἅμα τούτῳ.

ζ. ὡς χαλεπόν.— διεξιόντι. —αὐτὰς ἀφαπλώσατε περιβλεψάμενος γὰρ ὁ παμμίαρος τῇδε.—τῇ εἰδωλολατρείᾳ προθῦναι.

η΄. **Om.** ἑβδομαῖος.— ὁμόφρονά τε αὐτῷ.

θ΄. χρησάμενοι μηχαναῖς τὸ χρ. σβέσαι οὐκ ἐξισχύσαμεν.— ἀναντίῤῥητος.—πάντη ταύτῃ, μᾶλλον τῶν ἄλλων.—πλὴν ὧν ἂν ἔγω σοι παρ. βρ. καὶ πομάτων.—μεμιγμένων.

ι΄. ἔπαρχον. φασι λέγεται.— ἐπετεχνάσατο.

ια΄. τῷ γὰρ τηνικαῦτα ἀρχιερεῖ καὶ ἀρχιποιμένι. — ὁράματι ἐῦθεν. — κόλυβα **bis**.

ιβ΄. καταστροφὴν προαγγείλαντι κἀντεῦθεν πρὸς μετάνοιαν αὐτοὺς ἐνάξαντι καὶ ὅτι πολὺ μὲν οὖν τοῦτο ἐκεῖνου παραδοξώτερον, ὅσῳ ἐκεῖ μέλλειν πόλεως καταστροφὴν γενησομένης μόνον ἡ πόλις δεδήλωκεν. Ὁ δ᾽ ἐγὼ μάρτυς καὶ τὴν αἰτίαν καὶ τὴν ἰατρείαν.— μάρτυρα παῤῥησιάζοντες.— ἐπετράπησαν.

ιγ΄. **Om.** εὐθύς.— ἅπασι διηγόρευον. — τελειουμένης ἀνωφελὲς καὶ ἀνήνυτον.—κατέμαθον.—παρ᾽ ἡμῶν τελούμενόν τε.

ιδ΄. ἐπιστασίᾳ. — προδεδημένους διαφυλάττει. — τί δ᾽ ἄλλο; εὐφρ. μάλιστα καὶ τοῦ καιροῦ κάλλιστα εἰς τοῦτο.—δαψιλοῦς ἐπιδόσεως.—ἐναγόμενοι.

ιε΄. Καθαίρωμεν ἑαυτούς. — κάθαρσις ἐστι λ. καὶ τ. οὐρανὸν οὓς ἂν εἰσδέξηται.— ἡμῶν καὶ εὐαπ. ἡ νηστεία.

ις΄. καλαὶ μὲν οὖν εἰσὶ καὶ εὐαπόδεκτοι καὶ αὗται παθῶν γὰρ τέπιν ἀποτρόπαιοι, αἷς ἄνευ δέ.— σαφὲς ὑμῖν. — οὐ ἄλλος κ. α. προπορεύονται.

ιζ. παραστήσεται δέ σοι.— ψύχει καυσούμενος, μυρίων τε ἱκετηρίαν φωναῖς. — **Om.** ἵνα ἀπέλθῃ κενός. — ἡ νηστεία, εἶπε. — πλῆθος παρίστι. — ἐπαρκέσαι μὴ τὰ πρὸς χρείαν.— τὸ κεσοῦσθαι.

ιη΄. ὁ οὗτος ὤν. — παίδων τε πατέρα καὶ οἴκου. — κριθησόμεθα καὶ ἴσῳ βήματι παραστησόμεθα.— πατρίας ἐλεημοσύνης — **Om.** καὶ μὴ κατηγόρους.

ιθ΄. τὸν μηδὲν ἡμᾶς πώποτε παροργίσαντα.— τουτονὶ τὸν ἀέρα, δειλαῖοι ἐγεγώνειμεν.

κ΄. διὰ συμπαθείας τοὺς πένητας, ὡς τὸν Λ.— καὶ τοῦ ἄκρου τοῦ δακτύλου.— χαρισώμεθα καὶ αὐτοὶ τοῖς δεομένοις. **Huc usque schedarum mearum notulae. Pauca desiderantur.**

III.

S. IOANNES CHRYSOSTOMUS

A. C. 398-403.

I. Quum alterum statim sidus, post Nazionzenum, constantinopolitanae ecclesiae Chrysostomus exortus fuerit, et aequum sane fuisset dignam tanto nomine portem in legibus ecclesiasticis facere, arduum nihil erat, neque improbus labor iuris byzantini prudentibus, ut ex illa praegrandi mole operum, quae io longe opulentam totius orbis haereditatem cesserunt, de sacris Ecclesiae disciplinis, de privatis publicisque moribus emendandis plurima, eaque opportuna reciperent oracula, in silice aureoque exarata stylo, aereque perenniora. Sed qui adeo parce et ieiune Theologo, ut aegre vidimus, iidem Chrysostomo usi sunt multo parcius fortasse et iniquius, ut os aureum de illa silere philosophia, vere christiana, pene iusserint. Silet quippe in toto veterum canonum theatro. Prorsus abest ab illo satis amplo quinquaginta titulorum orbe, quem paulo post circumscripsit unus e suis collegis, Ioannes Scholasticus. Exulare adhuc in Ponto videtur, quando Trulloni tot domesticas et alienos leges in medium reducunt. Nondum cum non aqua et igni interdictum habet Photius, aliusve, quicumque demum fuerit, photiani syntagmatis inventor. Nisi tandem in ultimas Zonarae aut Balsamonis plagulas, nescio quis binas aut ternas excussisset scintillas ex illa clarissima face, nocti similis ille nobis esset, quem in universa christianorum litterarum luce, in choro interpretum et prophetarum utriusque foederis, intra ipsa sacrorum penetralia, Theurgum, doctorem, praeconem sacrum, cunctis nominibus coruscantem, miramur (1).

II. Nostrum interea fuit iterum iterumque versare legum veteres libros, ne forte, praeterea ea quae adeo ieiune edita fuerunt, longe plurimo, sive germana, sive ὑποβολιμαῖα, sub magni nominis umbra, priscos inter canones latitarent. Quae porro hac et illac per pluteos et forulos quaeritanti obvenerunt, ecce tibi paucis, uti soleo, erogaverim:

1° *De remissione peccati*, εἰς τὸν ν' ψαλμόν· Τότε λοιπὸν εἰσῆλθε πρὸς τὸν Δαυὶδ usque ad οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα σφαγέντος αὐτοῦ. Ottubon. 362, f. 83.

2° *De peccati confessione*, ἐκ τοῦ κατὰ Ἰωάννην· Μιμησώμεθα τὴν σαμαρεῖτιν γυναῖκα καὶ ἡμεῖς, ad haec: ἵνα μὴ ἐξευρήσῃς τὸν τόπον. Ottobon. 160, f. 148—150; ottobon. 362, f. 85, tantum περικοπῆς initium brevi compendio contractum.

3° *De sacerdote nec vituperando, neque iudicando a laicis*, ἐκ τῆς ἑρμηνείας τοῦ κατὰ Ἰωάννην· Ταῦτα λέγω οὐκ ἀποδεχόμενος τοὺς ἀναξίως τὴν ἱερωσύνην μετιόντας, ad verba: τῆς χάριτος ἐκείνης φαίνεται. Vatic. 828, f. 161.

4° *De tempore sacram recipiendi communionem*, τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς πρὸς Ἐφεσίους· Πολλοὺς ὁρῶ τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ μετέχοντας, ad verba: ὅσοι δὲ μὴ μετέχουσιν, οὐκ ἐν μετανοίᾳ εἰσίν Vatic. 640 f. 164; ottob. 362, f. 73.

5° *De Christo et sacerdote*, τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς πρὸς Θεσσαλονικεῖς· Ὁ τὸν Χριστὸν ἀγαπῶν, οἷος ἂν ᾖ ὁ ἱερεύς, ἀγαπήσει αὐτόν, ὅτι δι' αὐτοῦ ἔτυχε τῶν φρικτῶν μυστηρίων Vatic. 828, f. 161.

6° *De sacerdotibus eorumque dotibus et muneribus*, ἐκ τῆς πρὸς Τιμόθεον· Τοιοῦτον εἶναι τὸν διδάσκαλον χρή. ad finem homiliae II Cod. paris. 1324, ad calcem Balsamonis.

1) *Miramur*. E re nostra sunt quaecumque Montefalconius disputavit in secunda ad calcem operum Chrysostomi diatriba de disciplina, deque ritibus variis tum antiochenis, tum constantinopolitanis; quae si fortasse ieiuniora videntur, expectandum erat fore ut potius doctissimus Assemanus ea suppleret, quam in Chrysostomi vitam et Armeniorum vindicias uberrimas excurreret. Nec plura tamen habebis in Bibl. Iur. Orient. t. III, c. II, p. 17-42.

7° *De iis qui frequenter aut raro ad sacra accedunt mysteria*, ἐκ τῆς πρὸς Ἑβραίους· Πολλοὶ τῆς θυσίας ταύτης ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ μεταλαμβάνουσιν... ad verba: ἀλλὰ ἅγιος. Ottobon. 362, f. 73.

8° *De emendatione delinquentium*, παραγγελλία· Οὐχ ἁπλῶς πρὸς τὸ τῶν ἁμαρτημάτων μέτρον δεῖ τὴν ἐπιτιμίαν ἐπάγειν, ad verba: ἵνα μὴ ματαίως αὐτῷ γίνηται ἡ σπουδή. Vatic. 828, f. 160; ottobon. 362, f. 5; Regin. 57, f. 390; palat. 219, f. 15; laurent. pl. V. cod. 2, f. 331; mosquens typogr. 4° num. 6, f. 182.

9° *De Sacerdotibus*, ἐκ τοῦ γ' λόγου περὶ ἱερωσύνης· Ἡ ἱερωσύνη τελεῖται μὲν, ἐπὶ τῆς γῆς, ad verba: καὶ τῶν ἡμετέρων ἀπαλλαγέντες παθῶν, οὕτως εἰς ταύτην ἤχθησαν τὴν ἀρχήν. Vatic. 828, f. 162.

10° *De iisdem*, περὶ ἱερωσύνης ϛ' λόγος· Πρεσβύτης θαυμαστὸς καὶ ἀποκαλύψεις ὁρᾶν εἰωθώς, ad verba: δορυφοροῦντες ἄγγελοι δι' ἐκεῖνο τὸ λειφθὲν ἔνθενδε ἀπάγουσιν. Vatic. 828, f. 160.

11° Ἐπιτίμια μετὰ τῶν ἑρμηνειῶν αὐτῶν ἃ ἐλάλησεν ὁ Θεὸς διὰ Πνεύματος ἐκ στόματος τῶν δούλων τῶν ἁγίων ἀποστόλων, Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου καὶ Ἀθανασίου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας. *Epitimia*, cum interpretationibus, quas edixit Deus per Spiritum ab ore servorum suorum, sanctorum Apostolorum, Ioannis Chrysostomi et Athanasii archiepiscopi Alexandrini. Sunt canones XXVIII, quorum primus incipit: Εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος. Extant in cod. coislin. 363, f. 86.

12° *Alia Epitimia*. Ἐπιτίμια τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου. Sunt canones LXXIII, qui incipiunt: Ὁ ἑκουσίως φονεύσας ἔστω ἀκοινώνητος ἔτη ϛ'. Asservantur in cod. paris. 1318, f. 60. In paris. 1100 fasc. 4, similia quaedam.

13° Alia. Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου· Ἐπίσκοπος ἐὰν μοιχεύσῃ. Sunt epitimia XLII in vatic. ottobon. 160, f. 89.

14. Στίχοι παραινετικοὶ τοῦ Χρυσοστόμου· Ὅστις βούλεται, in palat. 91, f. 173; monac. 66, f. 87.

III. Alia omitto longe plurima, quae ad ethica potius et paraenetica quam ad canonica syntagmata pertinent. Hactenus igitur libri calamo notati. Quid vero typis excusi contineant ex superiori farragine, tu mecum considera. Ac primum tria solum τεμάχια, quae sub num. 4, 7, 8 sunt, sedem in nonnullis habuere libris recentiorum iuris graeci magistrorum. Tria enim rhalliana collectio habet ex codice trepezuntino (t. IV, p. 387, 390), quorum praeterea ultimum iam Edmundus Bonefidius in Iure suo orientali (p. II. p. 1, Paris. 1573), et post eum, Leunclavius in iure Graeco-romano (t. II, p. 186) vulgaverant. Tum eadem et quae sub num. 2, 3, 5, 6, 9, 10 memorantur superius, quum inter genuina Chrysostomi opera ab omnibus editoribus accipiantur, ac pigeat nos ea post tot alios repetere, satis erit diligentem mandare lectorem ad obvios Montefalconii 1) tomos (Ed. Paris, t. VIII, p. 182, 518; t. XI, p. 23, 496; t. XII, p. 169, 493; t. II, p. 374, 382, 425). Caetera omnia plane spurii foetus sunt. Quod enim alicubi idem Maurinus notavit, quemadmodum innato prolis amore, saepenumero exigui homines ac rusticani in divitum principumque domos filios submittunt, et facilem sibi eorum iacturam putant, dum ad pinguiorem illi fortunam, ceu ex transverso et invita natura, accedant, idipsum dolo consimili ab innumeris admissum deprehendimus, qui mutuato Chrysostomi nomine, aliquem sperabant scriptis suis adiici dignitatem. Quo quidem morbo etiam laboraverunt, et quum maxime, qui curandis animarum aegritudinibus apud Graecos deputantur, patres quos aiunt πνευματικούς. Quum enim libellos suos epitimiorum sive ἐξομολογητικὰ circumferrent, quibus plerumque docebant qua arte experiores veterum in gravissima peccata sententiae cum precibus et eleemosynis commutarentur, pronum illis et opportunum erat Basilii, Athanasii, Chrysostomi grandia nomine prae se ferre. Eoque minus Chrysostomo pepercerunt, quod in ipsis rebus sacris sedem tenet augustiorem, quod sanctissimae liturgiae mysteria aureo eiusdem ore perficiuntur, quod inter solemniores canae antiquitatis magistros nemo frequentius

1) *Tomos*. Cf. Migne Patrolog. t. LIX, p. 182, 472; t. LXII, p. 28, 456; t. LXIII, p. 131, 630; t. XLVIII, p. 635, 642, 687; t. CXIX, p. 726. Nom. I desumitur e spuria interpretatione ps t. LV. p. 572; opp. t. V, p. 579.

utitur hymnis et precibus, quas ipse prefusis verbis recitat libentissime Ab illa igitur maiestate pendere vel tritissima poenitentium et lugentium epitimia voluerunt spirituales illi τῶν ψυχῶν ἀντιλήπτορες, neque omiserunt Chrysostomum cum Athanasio et ipsis apostolis, uti vidimus, addere choro vatum et interpretum, quibus Deus sua hominibus proferenda commisit oracula. Et multa id genus silentio praetermisimus, a quibus omnino abstinere non licebit, sive quum in huius operis decursu ventum fuerit ad recentiores libros poenitentiales Constantini Malaxi, Simeonis Scholarii, Laurentii Magaulensis, etc., sive quum etiam in hoc secundo tomo collectanea quae sub nomine Ioannis τοῦ νηστευτοῦ ambulant, recensere oportebit. Immo plura iam praeoccupavimus, quum pleraque Chrysostomi epitimia tum primum ultimo Spicilegii Solesmensis tomo 1) inseruimus, monito iam lectore quantum haec, qualiacumque sint, a Chrysostomo recederent. Quae ab illo iterum etiam nunc recedant, nec nisi in ultimis plagulis sive huius tomi, sive totius operis plane reiectanea reponantur.

IV. Interea, ne quis aegre ferat incassum tot membranas chartasque fuisse versatas, nolim ego illi e superius allatis invidere τεμάχιον ultimum, quum perbreve sit, et singulari quadam novitate conspicuum. Unicum est, quod ego noverim, exemplum cuiusdam rei metricae, cui nomen Chrysostomi ausi unquam fuerint inscribere. Ac nisi sanctus doctor musis dedisset solemnem nuntium, adeo non timuisset byzantina vecordia suos illi poeticos foetus tribuere ὑποβολιμαίους, quos certe, sub tanto nomine ementito, ponere debuisset, minus invita minerva Sunt vero versus politici δωδεκασύλλαβοι, vix saeculo IX aut medio aevo antiquiores.

Στίχοι παραινετικοὶ τοῦ Χρυσοστόμου.

Ὅστις βούλεται τὸ φῶς ἐκεῖνο βλέψαι,
Ὀφείλει ταῦτα φυλάττειν ἐν καρδίᾳ·
Παθῶν σαρκικῶν καὶ λογισμῶν ἀχρείων,
Ὅρκου τε παντός, θυμοῦ καὶ ταραχῆς δὲ 2),
Καὶ περισπασμοῦ καὶ τῆς μνησικακίας,
Καὶ τοῦ μὴ κρῖναι 3) τὸ σύνοχον ἀνθρώπους,
Εἶναι δὲ αὐτὸν λογικὸν 4) καὶ τοὺς φρένας,
Καθαρόν τε τῶν 5) σαρκικῶν μολυσμάτων,
Πρᾶον, ταπεινόν, ἡσύχιον ὑπάρχειν,
Ἐξαγγελτικὸν καὶ τῆς εἰρήνης τέκνον,
Ἐγκρατῆ εἶναι βρωμάτων καὶ πομάτων,
Καὶ τῇ προσευχῇ σχολάζειν ἀνενδότως,
Ἐν πᾶσι τούτοις, ἀρχὴν καὶ τέλος ἔχειν,
Τὸ κεφάλαιον ἀρετῶν, τὴν ἀγάπην 6).

Cuicumque lubet hoc lumen ipsum intueri,—haec oportet eum custodire in pectore:—Abstinere se a carnis cupidinibus et cogitationibus otiosis,—a quocumque iuramento, ab ira et tumultu,—a divagationibus, animi et iracundia, — et a consuetudine iudicandi homines; — sed eum esse spiritualem mente virum, — expurgatumque carnis inquinamentis; — mansuetum, humilem, quietum stare, — paciferum nuntium et pacis filium, —sobrium esse tam in cibis quam potibus, — et orationi vacare sine remissione, — in hisce omnibus initium et finem habere, — id quod summa virtutum est, charitatem.

1) *Tomo* IV p. 457-461, ubi epitimia sub anm. 11, 12 memorata.—2) καὶ ταραχώδης mosac. In sequenti versu Περισπαστικοῦ pal. aperte, id quod neque lingua, neque metrum patitur—3) καὶ τὸ μὴ κρ. cod. uterque σύνολον mosc.— ἀνθρώπους pal. — 4) λογισμῶν codd. audacior forte emendatio, sed *Cf.* I. Cor. XIV, 20. —5) καθαρότατον sic codd. et iterum aliquid audendum fuit.— 6 ἀδάπην palat.

ANNOTATIO

Religioni habeo, quum tenuia sint quae praecedunt, non prius ad alia transire, quin debita laudum munéra Chrysostomo impensius solvenda esse, ideo potissimum profitear, quod sanctissimorum Ecclesiae patrum vix alius est qui pro ritibus sacris plura docuit, scripsit, fecit. In quibus certe noster est: quid enim moribus aeque proficit ac supremi numinis cultus, aut temperandae iuxta canones vitae christianorum quid utilius quam lex supplicandi? Verum inter eos qui tremende liturgiae mysteria attigerunt, Chrysostomum cum Basilio primum locum in Oriente habuisse, nemo nescit. Illius enim est, et certe quoad summa capita fuit, quae etiam nunc frequentius usurpatur, sacrum perficiendi formula. Illius sunt immortales de sacerdotio libri, qui sermo caeteris non grandis tantummodo est, verum ininterpretabilis. Illius praeterea sunt quae adhuc inter aurea opera elucent, ignitae preces, subitae doxologiae, mystici plausus, tripudia, acclamationes, ἔνθεοι εὐφημίαι, cantica eucharistica ex integro recitata, et sexcenta id genus quae suis inspersa sermonibus, quum sagittarum instar ad interiora velaminis permeent, quasi propria illius ingenii acumina sunt 1), atque alterius Pauli ἄῤῥητα ῥήματα. Quis eum in declarandis rebus sacris grandiloquentia superat? Quis prophetarum hymnos suavius exponit? Quoties, quasi ab altari recens et sublimis, sursum erigi corda iubet ac seraphim trisagion exaggerat? Quid plura? Mirabar saepenumero, ut illud dicam, quum ad alia intentus et longe diversa expectans, dum iuris aut historiae prisca et casca versarem, ex improviso oriri piissimas preces plane novas, quae Chrysostomi plerumque nomen iactabant, et quae etiam nunc auribus meis insonare videntur. Nihil moveor quod millies per ora hominum repetitae voces, parce torquentur, et aliquid ex nativa conditione amittunt. Nil moror, si vetera cum novis miscentur, si recentior aliquis ignobilia tanto nomini dedit, dicavitque. Est semper qui leonem ex ungue novit, cui aurum ex sterquilinio affulget. Tum vel in superstitiosa sequioris aevi religione, quae sacra fere omnia unius esse Chrysostomi voluit, spirat iure meritus honor, atque emicat indeclinabile testimonium, magna eum et multa huiusmodi monimenta seris reliquisse posteris. Placet enim vero candida argenteae et ferreae aetatis simplicitas, quae quum de Deo cogitaret magna et angustiora queceret, de se suisque minus confisa, ad aureae potius aetatis heroas maioresque vates, velint, nolint, convertere se pergebat. Basilium inter et Chrysostomum vidi egomet adesse magnum Athanasium Alexandrinum, Nazianzenum, Gregorium Thaumaturgum, Arsenium magnum, Barsanuphium, Epiphanium, quinimmo Mariam Aegyptiacam, et ipsam Basilii et Nysseni sororem Macrinam, et sic porro: uniuscuiusque erant immensae et effusae preces, tam copia quam numero, tam afflatu quam ubertate insignes; quas vero sive in spissis quae vulgantur euchologiis, sive in locupletissimis patrum bibliothecis frustra requisieris. Parum est quin alteram paginam impleam numeris et nominibus codicum meorum, sed parcendum, quum eadem quae nunc rota typographica volvitur, et quam animose prosequor, me meosque lectores, si qui sint, a canonibus ad hymnos serius ociusve ducet.

(1) *Sunt*. Et ne haec videantur otiosa, praecipuum argumentum cur oratio altera de S. Barlaam, Chrysostomo potius tribuatur quam Basilio, in eo mihi stare videtur quod statim ab initio concionis memorentur ἔνθεοι χορεῖαι, ἔνθεοι, εὐφημίαι, et alia sunt dramatis liturgici vestigia, quae apprime Chrysostomum decent, neque vellem ea tanto praetermisisse silentio Garnerium, ad alia fortasse tenuiora alacrius intentum et sollicitum. Cf. Basilii opp. t. II. praef. p. 11.

IV.

ATTICUS CP. EPISCOPUS

A. C. 406-425.

I. Quaecumque de Attici huius sanctitate inter gravissimos scriptores 1) ultro citroque dicta sunt, ea neque nostrum est refricare, neque componere. Peccavisse eum nemo negat, quum non adversarius tantum Chrysostomi fuerit, et iniquus in conciliabulo ad quercum accusator, sed in eius etiamnum superstitis, post Arsacium, cathedram successerit; quod crimen fortasse, immo certe, si Bollando fides, poenitentia ita expiavit, ut in Romanae ecclesiae communionem recipi mereretur. Post multas enim legationes, teste Theodoreto 2), et pacis petitiones, reconciliatus est tam Romanis pontificibus quam Chrysostomo, cuius nomen in tabulis restituit, idemque ut diptychis alexandrinis insereretur, S. Cyrillo auctor fuit. Unde Cyrillum iuvit in hanc vocem erumpere: « Numquid aequalis vel sapientior est beato Attico 3)? » Quibus Coelestinus Romanus consentit: « Denique sanctae recordationis Atticus, catholicae magister fidei, et vere beati Ioannis etiam ad ista successor n est 4). Eadem sanctus Prosper cecinit 5):

> Quid loquar et curam, magna quam gessit in urbe
> Constantinopoli, docto bonus ore sacerdos,
> Atticus, antiqua legatos haereticorum
> Confutando fide?

II. Attici novem sunt epistolae aut sententiae, quae facile nostri argumenti essent. Ad Ecclesiae tamen annales reservandae sunt epistolae ad Cyrillum, ad Calliopem, ad Petrum et Edesium, ad Anastasium imperatorem, ad Eupsychium, in causa Chrysostomi scriptae 6). Nostrae omnino essent, si ad nos pervenissent, quas Photius memorat 7), scriptae litterae ad Amphilochium Sidae episcopum, et sententia eiusdem ad episcopos qui in Pamphylia erant, ut undique Messalianos veluti exsecratos ac detestandos deturbarent. Et similem de eodem argumento haud piguisset locum facere Sisinnio, proximo eius successori (+ a. 425) qui in ipsa ordinatione, sedente concilio consecrandi eum gratia coacto, statim hanc provinciam invasit, et synodicam epistolam adeo acerbe dictavit, ut non omiserit verba Neonis episcopi exclamantis, si quis post anathematismum, deprehenderetur in suspicionem malae huius sectae venisse, nunquam in clero locum habiturum esse, ne si eum decies millies poeniteret. Quae tamen, nemo ullus unquam vidit aut legit, praeter Photium, qui multa ultro fingebat, sedis suae negotia amplificandi cupidissimus.

III. Alia superest epistola Attici ad africanos episcopos mandata cum nicaenis canonibus et symbolo, quam praetermitti nullo iure fas est. Immo pergratum est, opportunam

1) *Scriptores*. Cf. Bolland. Ianuar. ad diem VIII. t. I. p. 473, 734 ed. nov. August. t. I p. 32.— Tillemont Monum. Eccles. t. XII p. 416.—Lequien Or. Christ. t. III. p. 214.

2) *Theodoreto*. H. E. l. V. c. 35.

3) *Attico*. Concilior. Labb. t. III. col. 383.

4) *Est*. ib. col. 353.

5) *Cecinit*. ed. Paris. ep. 11. col. 121.

6) *Scriptae*. Cyrilli opp. t. V. p. 201—Niceph. Call. H. E. l. XIV c. 26—Socrat. H. E. VII c. 25.

7 *Memorat*. Bibl. Cod. 52. Ἔγραψε μέντοι καὶ ὁ Κωνσταντινουπόλεως Ἀττικὸς τοῖς ἐν Παμφυλίᾳ ἐπισκόποις, ἵνα πανταχόθεν τοὺς Μεσσαλιανοὺς ὡς ἄγη καὶ μύση ἀπελαύνωσιν. Ἔτι δὲ ὁ αὐτὸς καὶ πρὸς Ἀμφιλόχιον τὸν Σίδης ὁμοίως. Ἔγραψε δὲ καὶ Σισίννιος ὁ ΚΠ. καὶ Θεόδοτος ὁ Ἀντιοχείας κοινὴν ἐπιστολήν... Ἐν ταύτῃ τῇ συνοδικῇ ἐπιστολῇ καὶ Νέων ἐπίσκοπος ἐξεφώνησεν, ὡς εἴ τις μετὰ τὸν ἀναθεματισμὸν φωραθείη...εἰς τὴν ὑποψίαν τῆς νόσου ταύτης ἐμπίπτων, μηκέτι λοιπὸν αὐτὸν [addo et lego ἐν κλήρῳ vel ἐν κλήρου τάξει] χώραν ἔχειν, μηδ' ἂν μυριάκις ἐπαγγέλληται τὴν τάξιν ἀναπληροῦν τῶν μετανοούντων.

nancisci occasionem, tum rarissima duo nomina restituendi historiae canonicae, tum quemdam colligendi codicillum sive fasciculum ad nicaena monumenta attinentem, copia quidem exiguum, sed ob venerandam rerum antiquitatem nemini despiciendum. Attici enim inter clericos, ut videtur, nisi forte fuerint alius eotetis et multo vetustiores, floruerunt Philo quidam et Evaristus Constantinopolitanus 1), quibus quum cura commissa fuisset canones nicaenos latinitate donandi, et interpellantibus africanis episcopis responderetur, ambo, Dionysio exiguo utpote antiquiores, agmen ducunt canonicorum interpretum, sane vetustiores omnium qui certo nomine innotuerunt. Neque incertus annus escribendus est, quum ex consulibus facile et tuto a. Chr. 418 litterae accenseantur. Cui fasciculo Atticus inseruit symbolum incerti interpretis et epistolam quam *formatam* aiunt. Ita saltem omnia inter se copulata Isidorus mercator ab antiquissimis Hispaniae et Galliarum collectionibus acceperat, quae nos ab eodem mutuati, disiungi non patiemur 2). Exemplaria vero manu scripta aut commissa typis numerare supersedeo, quum eadem sint atque conciliorum canonumque africanorum, quorum in peculiari loco fontes potero iobebitur.

IV. Quae statim vero subdimus graeco et latino, ex variis romanis gallicanisque codicibus excerpta sunt. Romani nobis codices erunt vatic. 1 (827), 2 (1980), 3 (2060) quos satis notea descripsimus. Praeterea monere haud omittendum est, graeca ex antiqua versione canonum africanorum excipi, et fluxisse ex ipsa Dionysii Exigui latinitate, eodem fortasse interprete graeco, uti postea disputabitur.

Ἄρχεται ἡ ἐπιστολὴ Ἀττικοῦ τοῦ ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως πρὸς τοὺς αὐτούς.

Incipit epistola Attici episcopi Constantinopolitani ad eosdem Africanos.

Τοῖς κυρίοις τιμιωτάτοις 1) ἀδελφοῖς καὶ συνεπισκόποις Αὐρηλίῳ, Βαλεντίνῳ καὶ τοῖς λοιποῖς 2) τοῖς ἐν τῇ Ἀφρικῇ συνελθοῦσι συνόδῳ, Ἀττικὸς ἐπίσκοπος.

Διὰ τοῦ τέκνου ἡμῶν Μαρκέλλου, τοῦ ὑποδιακόνου ὑμῶν, γράμματα τῆς ὑμετέρας ἀγάπης μετὰ πάσης εὐχαριστίας ἐδεξάμην, τῷ Κυρίῳ εὐχαριστῶν ὅτι ἠξιώθην 3) τοσούτων ἀδελφῶν εὐλογίας ἀπολαῦσαι. Κύριοι μακαριώτατοι ἀδελφοί, ἐγράψατε δηλαδή, ἵνα 4) τοὺς ἀληθεστάτους κανόνας τοὺς ἐν τῇ Νικαέων μητροπόλει τῆς Βιθυνίας παρὰ τῶν πατέρων ὁρισθέντας, μετὰ τὴν τῆς πίστεως 5) ἔκθεσιν ἀποστείλω. Καὶ τίς ἐστιν ὁ τὴν κοινὴν πίστιν, καὶ τοὺς ὅρους τοὺς ἀπὸ τῶν πατέρων βε-

Dominis sanctis, merito beatissimis fratribus et coepiscopis, Aurelio, Valentino, vel caeteris charissimis in synodo apud Carthaginem habita, constitutis, Atticus episcopus.

Per filium nostrum Marcellum, subdiaconum vestrum, scripta vestrae dilectionis cum omni gratiarum actione suscepi, Domino gratias agens, quod merui tantorum fratrum benedictione perfrui. Domini beatissimi fratres, scripsistis sane ut verissimos canones apud Nicaeam civitatem, metropolim Bithyniae, a patribus constitutos, sub fidei astipulatione dirigam. Et quia est, qui communem fidem vel statuta a patribus firmata suis

1) *Constantinopolitanus*. Piget me neutrum addidisse locupletissimo scriptorum canonicorum syllabo, quem tomo superiori inter prolegomena curavi praefigendum.

2) *Patiemur*. Isidoriana libenter rescripsimus, qualia exstant in recentissima Hinschii edit. *Decretales pseudo-isidorianae*, Lips. 1863, quem ego vellem et pauciores excussisse membranas aut chartas, et uberiores veterum scriptor. collegisse varietates.

1) Τιμιωτάτοις. Vide ne hic Dionysius legerit: ἀξίως vel εἰκότως μακαριωτάτοις ἀδελφοῖς συνεπισκόποις.—2) λοιποῖς idem addere φιλτάτοις videtur.—3) ὅτι ἠξιώθημεν paris. 415.—4) δηλαδή om. Bevereg.—5) μετὰ τὴν πίστεως id. Et aliis legisse Dionysius videretur, nisi μετά ad successionem rerum referens, recte dixisset *sub* quasi *post fid.* aut sive *formulam*.

βαπτισθέντας, τοῖς ἰδίοις ἀδελφοῖς ἀρνούμενος; ὅθεν διὰ τοῦ αὐτοῦ τέκνου ἡμῶν Μαρκέλλου, τοῦ ὑποδιακόνου ὑμῶν, πάνυ σπεύδοντος, καθὼς οἱ ἐν Νικαίᾳ ἀπὸ τῶν πατέρων ὡρίσθησαν κανόνες, ἐν ὁλοκλήρῳ, ὡς ἐκελεύσατε, ἀπέστειλα, αἰτῶν τὴν ὑμετέραν ἁγίαν σύνοδον ὑπὲρ ἐμοῦ πλείστας εὔξασθαι καταξιῶσαι.

Ἡ ὑπογραφή. Ὁ Κύριος ἡμῶν φυλάξει 6) τὴν ὑμετέραν ἁγιωσύνην, ὅπερ εὐχόμεθα, ἁγιώτατοι ἀδελφοί.

Ἄρχεται τὰ ἴσα τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου τὰ ἀποσταλέντα τῇ πρὸ ἓξ καλανδῶν δεκεμβρίων μετὰ τὴν ὑπατείαν τῶν ἐνδοξοτάτων βασιλέων Ὀνωρίου τὸ δωδέκατον καὶ Θεοδοσίου τὸ ἔννατον, τῶν Αὐγούστων, Βονιφατίῳ τῷ ἐπισκόπῳ Ῥώμης. Πιστεύομεν κ. τ. ἑ.

fratribus deneget? qua de re per eumdem filium meum Marcellum, subdiaconum vestrum, nimium festinantem, sicut statuti sunt in Nicaea civitate a patribus canones, in integro, ut iussistis, direxi: petens ut pro me plurimum vestra sancta congregatio orare iubeat.

Et alia manu. Deus noster sanctitatem vestram custodiat, quod optamus, sancti fratres 7).

Incipiunt exemplaria concilii nicaeni directa sub die VI kalend. decembris, post consulatum gloriosissimorum Honorii XII et Theodosii VIII augg. Bonifacio urbis Romae episcopo.

Credimus 1) in unum Deum Patrem omnipotentem, visibilium necnon et invisibilium creatorem: et in unum Dominum nostrum Iesum Christum filium Dei, natum ex Patre unigenitum, hoc est ex substantia Patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non creatum, eiusdem cum Patre substantiae, per quem omnia facta sunt, coelestia et terrena; qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit et incarnatus est, et homo factus, passus est, et resurrexit tertia die, ascendit in coelum, venturus inde iudicare vivos et mortuos: et in Spiritum sanctum. Eos vero qui dicunt: Erat tempus quando non erat, et quia ex nihilo factus, vel ex alia substantia, vel essentia esse aut mutabilem aut convertibilem filium Dei dicunt, anathematizat catholica et apostolica Ecclesia.

Cui symbolo fidei etiam exemplaria statutorum eiusdem annexa sunt, quae in magna et sancta synodo apud Nicaeam civitatem metropolim Bithyniae constituta sunt, et de graeco translata sunt a Philone et Evaristo Constantinopolitano.

I. Si quis per languorem a medicis sectus est, aut a barbaris abscissus, iste remaneat in clero. Si quis autem sanus se abscidit, istum in clero positum abstinere oportet, et de caetero nullum talium debere promoveri: sicut autem hoc manifestum, quod de his qui hanc rem excogitant audentque se abscidere dictum sit, sic eos qui a barbaris aut a dominis castrati sunt, (si) inveniuntur digni, tales ad clerum applicat canon.

II. Quia multa aut ex necessitate aut aliter festinantibus hominibus facta sunt contra canonem ecclesiasticum, ut homines ex gentili vita nuper accedentes ad fidem et in parvo tempore catechizati, statim ad spirituale lavacrum ducantur, et simul cum baptizati fuerint, promoveantur ad episcopatum aut ad presbyterium, bene habere placuit de caetero nihil tale fieri: nam et tempore opus est ei qui catechizatur, et post baptisma approbatio amplior; manifesta etenim est apostolica scriptura, quae dicit: Non neophytum, ne forte in superbiam elatus in iudicium incidat et laqueum diaboli. Si autem, procedente tempore, aliquod animae peccatum inveniatur circa huiusmodi personam et convincatur a duobus aut tribus testibus, iste cesset a clero. Si quis autem praeter haec facit, quasi adversus magnum concilium superveniens, ipse periclitabitur de clero.

III. Interdixit omnimodo sanctum concilium neque episcopum neque presbyterum neque diaconum neque ex toto eum qui in clero est, habere secum subintroductam mulierem 2), nisi forte matrem aut sororem aut amitam thiam 3) aut materteram aut eas solas personas quae refugiunt omnem suspicionem.

IV. Episcopum oportet maxime quidem ab omnibus qui sunt intra provinciam episcopis ordinari: si autem hoc difficile aut propter urgentem necessitatem aut propter longitudinem itineris, omnimodis 4) tres in unum convenientes, consentientibus et his qui absentes sunt episcopis et respondentibus

— 6) φυλάξοι Rhalli, vatic. 1, 3, 3. Sic forte Dionysius aut φυλάξη — 7) *Fratres.* Eamdem interpretationem Isidorus retinuit. Hirsch. p. 312.

1) *Credimus* cf. recentem ed. Hirsch. l. c. p. 312.

2) *Mulierem.* Hirsch habet iterum *secum.* —

3) *Thiam*, ex graeco θείαν, apud Dionysium *amitam.* — 4) *omnimodis* Hirsch constanter. Alia parce tetigi.

per scriptum, tunc manus impositionem fieri. Confirmatio autem eorum quae fiunt danda est unicuique suae provinciae metropolitano.

V. De his qui excommunicantur, sive de clero sint sive de laico agmine, ab episcopis per singulas provincias obtineat sententia iuxta canones eos qui ab aliis abiiciuntur, ab aliis non recipiendos. Requiratur autem ne pusillanimitate aut pertinacia aut alia aliqua episcopi molestia excommunicati sint. Ut ergo hoc decentius inquiratur, bene habere placuit, singulis annis per singulas provincias bis in anno concilia fieri, ut omnibus simul episcopis in unum congregatis tales quaestiones inquirantur, et ita qui manifeste offenderunt episcopum, rationabiliter excommunicati apud omnes esse noscantur, quandiu aut in communi aut episcopo placeat humaniorem pro his ferre sententiam. Concilia autem fiant, unum quidem ante quadragesimam, ut omni pusillanimitate sublata, munus mundum offeratur Deo, secundum autem circa tempus autumni.

VI. Antiqui mores obtineant qui apud Aegyptum sunt, Lybiam et Pentapolim, ut Alexandrinus episcopus horum omnium habeat sollicitudinem, quia et urbis Romae episcopo similis mos est: similiter autem et circa Antiochiam et in caeteris provinciis privilegia propria reserventur metropolitanis ecclesiis. Omnino autem manifestum est illud, quia si quis praeter consilium metropolitani factus fuerit episcopus, talem concilium magnum definivit non debere esse episcopum: si vero communi omnium decreto rationabili et secundum canonem ecclesiasticum duo aut tres propter proprias inimicitias contradixerint, obtineat sententia plurimorum.

VII. Quia consuetudo obtinuit et traditio antiqua, ut Aeliae episcopus honoretur, habeat ordinem honoris, salva tamen dignitate metropolitani eiusdem provinciae.

VIII. Aliquando vero accedentibus ad catholicam Ecclesiam, placuit sanctae et magnae synodo eos ordinatos sic manere in clero; ante omnia autem haec profiteri ipsos per scripturam oportet, quod consentiant et sequantur catholica et apostolica dogmata: hoc est et bigamis communicare et his qui in persecutione lapsi sunt, circa quos et tempus constitutum est et dies definitus, ut sequantur in omnibus, quae placuerunt catholicae ecclesiae episcopo aut presbytero. Ubicumque autem omnes sive in castellis sive in civitatibus ipsi soli inventi fuerint ordinati, qui inveniuntur in clero, sint in eodem habitu; quotquot autem catholicae Ecclesiae, episcopo aut presbytero extante, accedunt, manifestum quia episcopus ecclesiae habebit dignitatem, episcopi; qui autem nominatur apud eos episcopus, presbyteri honorem habebit, nisi forte placuerit episcopo honoris eum nomine frui; sin vero non hoc ei placuerit, providebit ei locum aut chorepiscopatus aut presbyterii, ut in clero omnino esse videatur, quatenus non in civitate duo episcopi sint.

IX. Si qui sine examinatione promoti sunt presbyteri aut episcopi, aut quum discutiuntur, confessi sunt quae peccaverunt, vel si ab aliis evincantur et praeterea confitentibus contra canonem moti homines manus eis imposuerunt, tales canon non suscipit, sed abiicit; hoc enim quod irreprehensibile est, defendit catholica Ecclesia.

X. Quicumque ordinati sunt per ignorantiam aut dissimulationem ordinantium [ex his] qui lapsi sunt, hoc non praeiudicat canoni ecclesiastico; cogniti etenim deponuntur.

XI. De his qui praevaricati sunt praeter necessitatem aut praeter oblationem facultatum aut praeter periculum vel tale aliquod quod factum est sub tyrannide Licinii, placuit sancto concilio, licet indigni sint, humanitate tamen subveniri eis. Quotquot igitur sincere poenitent, tres annos inter audientes sint; qui lapsi sunt fideles et septem annos succumbent: duobus vero annis absque oblatione communicent orationibus populi.

XII. Quicumque vocati sunt per gratiam, et primordia demonstrantes bona, deposuerunt cingulum militiae, postea vero ad proprium vomitum revoluti sunt, ita ut aliqui et pecuniam conferant et beneficia militiam repetant, isti decem annos succumbant post triennium auditionis tempus. In omnibus autem his oportet discutere voluntatem et speciem poenitentiae; quotquot enim timore et lacrymis et perseverantia et bonis operibus conversionem opere, non simulatione demonstrant, isti adimplentes tempus constitutum auditionis orationibus merito communicabunt, et postea licebit episcopo humanius de his aliquid cogitare: qui autem indiscrete tulerunt, et ingressum sibi sufficere arbitrati sunt ad conversionem, omne compleant tempus.

XIII. De exeuntibus de corpore vetus et canonica lex custodiatur et nunc, ut ii qui mori parantur novissimo iuvamine non priventur: sin vero desperati, communione sumpta et oblatione percepta, iterum convalescant, sint inter eos qui orationibus tantum communicant. Omnino autem morituro petenti sibi dari gratiam episcopus probabiliter ei oblationem contradat.

XIV. Placuit sanctae et magnae synodo, ut triennio audiant tantum, post haec orent cum catechumenis.

XV. Propter grandem tumultum et seditiones quae factae sunt, placuit omnimodis auferri consuetudinem quae est contra canonem: si inventi fuerint in aliquibus partibus de civitate in civitatem migrantes, nec episcopum nec presbyterum neque diaconum liceat; si quis autem post sancti et magni concilii definitionem tale aliquid attentaverit aut sese dederit negotio, cassabitur omnimodo huiusmodi machinatio, et restituetur ecclesiae, in qua aut episcopus aut presbyter aut diaconus fuerat ordinatus.

XVI. Si qui facile se periculis ingerentes, neque timorem Dei ante oculos habentes, neque ecclesiasticum canonem scientes, discedunt ab ecclesia, presbyteri aut diaconi aut quicumque sunt in canone constituti, isti nullo modo suscipi debent ab alia

ecclesia, sed omnem eis necessitatem imponi oportet ut ad proprias parochias revertantur: pertinaces autem excommunicatos esse oportet. Si autem aliquis ausu temerario subripuerit ad alterum pertinentem et ordinaverit in sua ecclesia, non consentiente episcopo a quo discesserat clericus, qui in canone continetur, infirma sit huiusmodi manus impositio.

XVII. Quoniam plures in canone constituti, cupiditatem et lucra turpia sectantur, obliti sacrae scripturae dicentis: Qui pecuniam suam non dedit ad usuram, quum foenerantur aliis, centesimas exigunt, iuste statuit sanctum et magnum concilium, ut si quis inventus fuerit post hanc definitionem usuras accipiens et aliud aliquid excogitans turpis lucri gratia, abiiciatur a clero et alienus a canone sit.

XVIII. Pervenit ad sanctum et magnum concilium, quod in quibusdam locis aut civitatibus, presbyteris gratiam diaconi porrigant, quod neque canon neque consuetudo tradidit, ut qui potestatem offerendi non habent his qui offerunt porrigant corpus Christi: sed etiam hoc quoque innotuit quod quidam diaconi ante episcopos contingant eucharistiam. Omnia igitur haec amputentur et maneant diaconi in proprio ordine, scientes quod episcoporum quidem ministri sunt, presbyteris autem inferiores existunt, accipiant autem ex ordine eucharistiam post presbyteros, episcopo eis dante aut presbytero: sed nec sedere eis in medio presbyterorum liceat, praeter canonem enim et praeter ordinem est hoc, si fiat. Si quis autem obtemperare noluerit post hanc definitionem, cesset a diaconio.

XIX. De Paulianistis refugientibus ad ecclesiam catholicam definitio prolata est rebaptizari eos omnino: si qui vero ex eis praeterito tempore fuerunt in clero, si quidem sine querela et reprehensione fuerint, post baptismum ordinentur ab episcopo ecclesiae: sin vero discussio eos minus idoneos invenerit, deponi eos convenit. Similiter autem et de diaconibus et omnino de his qui in eodem canone conversantur, eadem forma servabitur. Meminimus autem de diaconissis quae in eadem specie sunt, quia manus impositionem aliquam non habent, ut omnino inter laicas computentur.

XX. Quoniam sunt quidam qui die dominico flectunt genua et diebus pentecostes, placuit de hoc sanctae et magnae synodo cunctos in omnibus locis consonanter et consentienter stantes Dominum orare debere 1).

Et alia manu. Atticus episcopus ecclesiae constantinopolitanae. Edidi canones sanctorum patrum holographa manu et subscriptos a me. Amen 2).

Epistola formata Attici episcopi Constantinopolitani.

Graeca elementa litterarum numeros etiam exprimere, nullus qui vel tenuiter graeci sermonis notitiam habet, ignorat. Ne igitur in faciendis epistolis canonicis, quas mos latinus formatas appellat, aliqua fraus falsitatis temere praesumeretur, hoc a patribus trecentis decem et octo Nicaene 3) congregatis saluberrime inventum est et constitutum, ut formatae epistolae hanc calculationis seu supputationis habeant rationem, id est, ut assumantur in supputatione prima 4) graeca elementa Patris et Filii et Spiritus sancti, hoc est 5) Π. Υ. Α. quae elementa et octogenarium et quadringentesimum et primum significant numerum; Petri quoque apostoli prima littera; id est Π, qui numerus octogenarium 6) significat; eius quoque 7) qui scribit epistolam, prima littera, cuius scribitur 8) secunda littera; accipientis, tertia littera; civitatis quoque 9) de

1) *Debere.* Varietates utpote latinas neglexímus; in quo vero hae versiones a Dionysiana distent, videbis in tomo nostro I° p. 136 et 427.

2) *Amen.* Eam fuisse Attici subscriptionem, ceteris canonibus ad Africanos transmissis subiectam, coniecerunt Ballerini et confirmaverunt ex codd. reg. 1997, incensi 88, vatic. 1342, quibus adde colbertin. longobardicis litteris scriptum, de quo Coustant. in Epist. Pontif. p. 1048, et Iustellus, p. 442. Titulus sequentis epistolae est: *Regula formatarum,* in cod. canon. Quesneliano. Cf. Leonis opp. t. III, p. 151 Ballerin.

3) *Nicaea* Hirsch. *Nicaeam* Iustell.

4) *Primum* Ballerin. ex colbert. vetere. *In supputationem prima* Iustell.

5) *Hoc est*, om. Ball. Quesnellus solam litteram Π retinuit.— *Id est* ΠΟΤΑ, *quae elementa octogenarium, septuagesimum, ducentesimum et primum significant numeros* Regin. vatic. 1342, colbertin. — Π Υ. Η. Α sic inepte Iustell. emendavit.

6) *Qui numerus octoginta* Baller.

7) *Eius qui scribit episcopus* iid.

8) *Cuius scribitur* Hirsch.

9) *Accipientis tertio, littera civitatis quoque* id. minus bene.

qua scribitur, quarta, et indictionis, quaecumque est temporis 1), idem qui fuerit numerus, assumatur. Atque ita 2) his omnibus graecis litteris, quae, ut diximus, numeros exprimunt, in unum ductis, unam quaecumque collecta fuerit 3), summam epistola teneat. Hanc qui suscipit, omni cum cautela requirat expressum 4); addat praeterea, separatim in epistola, nonagenarium et nonum numerum, qui secundum graeca elementa significantur ϟθ 5).

ANNOTATIONES

Dum integer esset is codicillus canonum nicaenorum, africanis additus. in eo continebantur, non solum Attici litterae et interpretatio Philonis et Evaristi, sed Cyrilli Alexandrini epistola ad concilium carthaginense et altera eb Innocentio presbytero procurata versio symboli et canonum nicaenorum. Et totius eclogae titulus verus is fuisse videtur qui remansit in hispanicia et Isidorianis collectionibus, bis verbis expressus 6):

Incipiunt rescripta ad concilium africanum Cyrilli Alexandrini episcopi et Attici Constantinopolitani, ubi authentica concilii nicaeni translata de graeco per Innocentium presbyterum [hic fortasse additis caeteris interpretibus Philone et Evaristo]; *quae et epistolae per memoratum presbyterum Innocentium et Marcellum subdiaconum ecclesiae carthaginensis S. Bonifacio episcopo eccles. Romanae sunt directae die VI Kal. decembr.*

Alius quidam scholiasta vetus, dum camdem eclogen describere per singulas partes vellet, ansam fortasse arripuit ex superiore lemmate, plurima quidem minus apte miscendi et fictitiam creandi epistolam Attici ad Bonifacium, quaedem vero scite notandi, numerum videlicet canonum nicaenorum et genuinam, ut videtur, Attici subscriptionem, eiusque formatem epistolam. Integrum quidem scholium, ut longiusculum, silentio praetermitto. Ecce epistola ad Bonifacium: «Atticus episcopus ecclesiae constantinopolitanae sancto fratri Bonifacio urbis Romae episcopo, salutem. Edidi canones sanctorum patrum holographa manu et subscriptos a me. Amen. Graeca elementa 7), etc.» Ut per se patet quam sublestae fidei hoc sit, ita pronum est genuina a falsis secernere, neque nimium post Ballerinos ausum me fuisse existimo, dum et authenticam Attici subscriptionem et ipsam formatam epistolam inde acceperim. Praeter enim tres italicas collectiones in quinque vetustissimis codicibus asservatas, quae totum scholium retinuerunt, formata in primis epistola tantam habuit auctoritatem ut in omnes fere veteres canonum collectiones commigraret, et plurimis eiusdem generis litterarum monumentis certam dederit originem. Huc enim refer epistolam Ratbodi Trevirensis, Dadonis Wirdunensis apud Reginonem, Liutadi Vincensis, aliam cuiusdam episcopi Theatini, aliam ἀντιγραφον, de quibus adisis tum fratres Ballerinos, tum variarum fragmenta in Papiac vocabulario, et alias aliorum 8).

1) *Quaecumque id temporis fuerit* Ballerin. *Eorumdem qui fuerit* num. regin. vatic. colb.

2) *Ita* iid. om.

3) *Quaecumque fuerit* iid. omisso *collecta* — *collectis* quesnell.

4) *Expressam*. Baller. Isidor. vulg.

5) *Significantur* necessaria emendatione posuimus. *Significant* Hirsch. *Significant* AMEN. *Expliciunt canones* Ballerin. Et ita omnino volunt epistolam ab ipso Attico clausam fuisse. *Significat* AMEN I. XL. VIII. L. Iustell. cum his numeris temere additis.

6) *Expressus*. Ballerini l. c. p. CII.

7) *Elementa*. Scholium extat in paris 3836 olim colbert. 784, in regin. 1997, in lucano, in vatic. 1342, in barberin. 2888. Primus edidit Iustellus in notis ad can. africanos, p. 441, ex duobus codd. Bocharti et Thuani, sive colbertino. Recensuit idem Custant. in epist. pontific. p. 1047, et post eos Ballerini loc. cit.

8) *Aliarum*. Cf. Bevereg, ad can. apost. annotat p. 22. — Bignon *veter. formular.* p. 959. — Priorius *de litteris canonic.* — Bernardin. *tract. de epistolis ecclesiastic.* — Dodwell *dissert. Cyprian.* 2. — Sirmond. ad Sidon. Apollin. p. 68; Concil. Gall. t. II, p. 663. — Lupus ad Tertullian. *de Praescript.* p. 393.

V.

PROCLUS, FLAVIANUS ET ANATOLIUS CP.

A. C. 446–449–458.

I. Quae sub Attico suspensa dudum remansit dedecus inter et laudem, sedes byzantina ad ultimam ignominiam a Nestorio adducta est. Sola fuit Ecclesia romana, quae afflictae manum porrexit, ac saluti eius simul et honori providere non destitit, quum sancti Chrysostomi vindicias amplexa, nomen in sacra diptycha restitui, corpus ab exilio in triumphum agi, atque ipsum eius discipulum dilectissimum, Proclum, in sede magistri collocari iussit. Nisi enim Coelestinus papa romanus, scriptis litteris ad Theodosium imperatorem, ad Cyrillum Alexandrinum, ad Ioannem Antiochenum, omnem suam exeruisset potestatem, Proclus iam tertio studiis partium ab eadem sede amotus, ultimam et quartam iniuriam obivisset: sed urgente romano pontifice cum imperatore, nondum humato Maximiani constantinopolitani corpore, qui aderant episcopi Proclum in eius successorem elegerunt. Qualis vero ille fuerit, egregie prodit solus operum eius syllabus, quem piget a nemine fuisse unquam omnibus numeris absolutum. Qui integriorem dedit Assemanus 1), multa miscuit confuse, quaedam omisit 2), et quae dedit, ab omnibus neglecta fere sunt. Sed haec alius argumenti, nisi forte excipias epistolam ad Armenos, synodicas plures, et dubium illud fragmentum de traditione Missae, quod etiamsi genuinum non sit epistolion, antiquissima tamen testimonia servat de rebus sacris a Basilio et Chrysostomo temperatis, quibus et Proclus non remansit alienus, quum Trisagii celebritas, quodam confirmata miraculo, ad eum referatur.

II. Neque silentio praetermittendus hic Flavianus erat, qui in sua adversus Eutychen synodo optimam praebuit iudicii ecclesiastici imaginem, et cuius plures epistolae in regesto codice S. Leonis Magni et inter conciliorum monumenta sedem habere meruerunt. Is demum fuit ad quem idem Leo direxit palmarem illum de fide tomum, quem plenis amplexibus orientalis ecclesia suscepit et una voce στύλον τῆς πίστεως et alterum veritatis fundamentum nuncupavit. Cuius per me licet hic habeas saltem omnes, quotquot extare didici, codices graecos vaticanos:

Vatic. 712	Vatic. 1455	Ottobon. 23
— 1177	— 1719	— 29
— 1182	— 1862	— 49
— 1187	— 1980	— 161
— 1431	Regio. 67	

III. Adeo exiguam vero, immo nullam propemodum memoriam Anatolii remansisse apud Assemanum in bibliotheca sua iuridica, neque ampliorem esse eius locum in caeteris litterarum historiis, vix ego intelligo. Sane, si ad sacra solum monumenta respiciam, ad manum habeo copiam rerum quae iustae molis tomum explere queunt. Scilicet sunt stichera et troparia tam multa, ut eiusdem nomine κατ' ἐξοχὴν accepto, quae

1) *Assemanus.* Bibl. J. O. III, p. 44, 47.

2) *Omisit* omnes fere epistolas et quae graece nuper edidit Maius, cui tamen viam stravit Assemanus ad plura detegenda, qualia quae syriace tantum extant, ac non semel memorantur in catalogo codd. oriental. bibl. vatic.

solemnius frequentantur, facile ἀνατολικὰ dicantur. Ecce horum recensui in menaeis poemata LXXXIII, in pentecostario circiter L, in paracletico plusquam XXX. An omnia eiusdem sint, et utrum ab hymnographo usque adeo antiquo ἀνατολικὰ omnia exoriantur, id certe summam curiositatem mereri existimo, et si qua mihi facultas otii, aut ingenii vis suppetierit, mox periculo meo novum campum novus obibo.

IV. Quod vero canonicum aliquatenus est, hospes inter nos minime sit Anatolius, cui Leo magnus de maximis rebus undecim scripsit epistolas 1), adhuc superstites; et totidem aut amplius Anatolii fuere 2) ad eumdem sanctum pontificem, quarum pars fere dimidia intercidit. Ex his quae graece ad nos pervenerunt, haud ignobilis est CI inter leoninas, quam quum obiter contulerim cum codice monacensi 207, fol. 168, admotis Ballerinis, harum tibi lectionum variarum breve praesto spicilegium:

Τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ μακαριωτάτῳ πατρὶ καὶ συλλειτουργῷ ἀρχιεπισκόπῳ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης Λέοντι, Ἀνατόλιος ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

— P. 1121. Τῆς μὲν ὑμετέρας ἁγιωσύνης... ἔθος γὰρ ἡμῖν τοῖς οὕτω μεγάλοις εὐδοκιμεῖν εὐδοκίμων τῶν τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησιῶν τὰς ἑαυτῶν κ.τ. ὅθεν οὐ περιεῖδεν... βιβλίοις ὑπ. ὁρμαῖς, ἀλλὰ καὶ βδελυξαμένη... φρόντισαν ἐκτεμεῖν, ἵνα μὴ δι' αὐτῆς. — P. 1123 post parenthesin om. σχεδόν. . σύμφωνον (editi male σύμφονον) ταύτης τῆς ἁγιότητος.... [παρακολου] θήσαντα ἀναδειχθῆναι (sed vix legitur ea in loco)... ἀδελφὸν συνεπίσκοπον... γράφομεν δ' αὖθις... ἅμα τῷ θεοφιλεστάτῳ ἀναγκαῖον ἐλθεῖν... — P. 1125. Τὸν θεοσεβέστατον τὸν μνημονευθέντα.., μάλιστα σπουδαῖον ὁ βασιλεὺς ὁ εὐσεβής... paulo post fort. λόγον ἀπαίτων? deinde διελθεῖν τὴν διάνοιαν... — P. 1127. καὶ ἀντίλεκτον ἐμφυτευθῆναι... καὶ δὴ ὑποσημηνάμενοι.. . εὐσεβεστάτης καὶ κατὰ πάντα πιστοτάτης... θυγατρὸς ἡμῶν Πουλχερίας... — P. 1129. Οἵπερ δεξάμενοι ἐδέξασθε.... καὶ ἐνδόξῳ συλλαβῇ... κατὰ τὴν βασιλεύουσαν ταύτην Κωνσταντινούπολιν: quaedam in fine aut in codice, aut in schedis meis exciderunt.

ANNOTATIO

Praecedentis epistolae vel minimos servari apices opportunum visum est, quum ex unico codice vaticano 1455 hactenus prodierit, ac praecipuam sibi vindicet, inter Anatolii scripta, celebritatem. Ballerini, quorum ope tum primum edita est, non omisere brevem synopsim praefigere, et praecipua notare capita. Summa haec est: commendato Leonis zelo contra haereticos, de actis Chalcedone agitur, et de legatis Anatolii Romam missis. Dioscori damnatione acerbissima memorata, eorum quae Chalcedone gesta sunt, series texitur, ac primum epistolam Leonis receptam ab omnibus esse; tum definitam fidem, huic epistolae consentaneam; deinde nonnullos canones editos; tum particulares quasdam causas ecclesiarum solutas; atque ultimo, de ecclesiae byzantinae privilegio disceptatum, cui a Legatis apostolicae sedis contradictum strenue fuisse, Anatolius non dissimulat. Interea plurima verba sunt ex ore Byzantini praesulis diligenter excipienda: « Morem esse sedis apostolicae, uti sibi, ita caeteris ecclesiis magnitudinem in recte factis comparare; munus quoque praecipuum, fidem profanis suffossam assultibus muniendi, haereticosque prosternendi; ad hoc quoque evehi in regnum principes, ut fidei patrum, cum sub tyrannide est, auxilium ferant; necessarium esse quascumque ad Romanum pontificem synodos referri; referenda esse in primis quae de privilegiis ecclesiarum statuuntur, qualia

1) *Epistolas.* Scilicet quas in Ballerinis notantur 80, 85, 87, 91, 106, 135, 146, 151, 155, 157, 163, et alias exciderunt.

2) *Fuere.* Cf. ibid. 63, 132, 138, et quae notantur de amissis litteris p. 1119, 1450, 1455, 1456.

de Coestantinopoli statuisse Chalcedonenses dicebantur. Sed maximo necessarium esse convenire omnes cum fide sedis apostolicae, ipsamque Chalcedoenensium doctrinam in Leoeis epistola fuissn integram et firmam. Byzantieorum vere privilegierem, (quae legati respuerunt), se a throne apostolico, nti filium a patre expectare confirmationom. »

Ad haoc vero quid Lon respenderit, paucia habe ex eius epistola CVI: « Anatolii fidem esse laudandam, damnandam vero cupiditatem; embitu eum in nicaeni concilii decreta irrumpere; ebuti otiam chalcedonensi synode, ie snle fidei eegetin convocata; nunquem se in praeiudicium nicaeni concilii esse illicitis ausibus consensurum; allegatos synodi anterieris CP. caeenes, ad sedem romanam nunquam missos, neqee admissos, Aoatolio male patrocinari; satiea esse et cupiditatem depoeat, charitatem sectetur. » Liquet igiter Leenem ea sola synodi decreta probaviase, quae ad catholicam fidem pertinebant, caetera vero repudieviase

Sed frustra: vela inde Byzantini laxaet, et a Chalcedoeo, coecito cursu, io altum duceet, donec in scopules, prudentiae romanae notos, misere illidentur. Quid vero tunc temporis, Anatolio in primis moliente, coecessum illis, quidvo per vim aut fraudem occupatum fuerit, ab ipsis chalcedoeensibus decretis colligere haud ntiosum erit. Qui enim Heracleensis in Thracia metropolitaei ab exordio suffraganous erat, ut superbienti Acacio iure ebiiciet Gelasius papa 1), iam secundùs poat Romanum pontificem, non solum in coestantinopolitane synede, sed iterum in chalcedenensi, ut postea ie trullana, renuociari voluit. Quumqun tunc temporia Diescorus ita deiectus fuisset, ut nec dum qeisquam io eius sedem subrogaretur, quum Antiochenus episcopus permolestis caset implicitus negotiis, et Hierosolymitanus insuper ardua agitasset consilia do amplificanda dignitate sua, minime mirum est, ait Catalanus post Themassinum, si tam opportuna rerum temporumquo commissura, concilie chalcedonensi obrepserit Anatolius episcopus Constantinepolitanus, extorseritqun ea privilegia, quae raro, quae callide, quae furtim tentum usurpaverant eius ie byzantina sede praedecessorea; qui, ut observat Lupus ad eadom, tres famosas autocephalas dioeceses Thracicam, Asiaeam et Ponticam, summa iniuria et violentia, atreneo invaserant ac sibi quasi subiugaverant. Quem iniuriam ac violentiam Anatolies convertere studens ie legitimam possessionem, omnos adhibuit machieas, ut can. IX chalcedoeonsis cuderetur, quo statutum est, ut « si quis adversus metropolitanum episcopus vol clericus habet qeerelam, petat aut primatem dioeceseos, aut sedem regiae urbis constantinopolitanae, et apud ipsum iudicetur. » Idem canene XVII repetitur, quod aliud quidem non est quam universalis quaedem iurisdictie ie causas metropolitanorum, per omnes maiores orientalis imperii dioeceses, constantinopolitane episcopo accumulata. Sive enim primatis nomino intelligatur romanus pontifex, sive caeteri patriarchae, sive tantum exarchae aut maiores provinciarum metropolitani aut legati patriarcharum, idem plane ad incrementum byzantinae iurisdictienis efficiebatur. Neque iisdem multum obesset, etiamsi expungeretur XXVIII canen, quem omnes norunt decsse tum priscis latinorum collectionibus, tum plurimis codicibus Graecorum, dummodo IX et XVII integri maneant. Nihil igitur mirum, solem fidei decretum fuissn a Romanis pontificibus approbatum, ut tam dignitatem seam, quam omnium ecclesiarum libertatem pro munere sue tuerentur 2).

1) *Papa* In epist. IX.
2) *Tuerentur*. Cf. Catalani Commentar. in canon. chalcedon. p. 317-320, 412-416; Lequien. *Oriens. christ.* t. 1, in prolegom. patriarch. CP.

VI.

S. GENNADIUS CP.

A. C. 458-471.

I. Pax constantinopolitanae ecclesiae non diu stetisset, nisi Anatolium Gennadius, ita Deo benigne providente, excepisset; vir scilicet, non solum «lingua nitidus et ingenio acer, divesque ex lectione antiquorum», teste altero Gennadio Massiliensi et coaequali, sed pietate insignis, miraculis coruscus, zelo domus Dei incensus, «a quo nemo ordinabatur, nisi psalterium sciret memoriter 1),» uti rerum ecclesiasticarum oeconomiae intentus, ita simoniacae labis vindex et ultor Cuius, inter alia plura quae vix non interciderunt omnino, extat epistola synodica quam omnes iuris byzantini magistri in suos inseruere commentarios 2).

II. Ad hanc accedat constantinopolitana quaedam epistola, quae paulo post Gennadium, sede fortasse vacante, a clero videtur directa fuisse ad Martyrium, qui sub hac tempestate antiochenam sedem tenuit. Et satis apte id primum videtur quadrare cum calculis Theophanis, qui Martyrio tredecim annos assignat, intra 460 et 473 absolutos. Obstat vero quod idem post Theodorum rescribit, in viris adhuc superstite Gennadio, Martyrium abdicesse. Praestat vero utriusque Theodori et Theophanis verba referre, quae nisi tempora scriptae epistolae declarent, eiusdem argumentum facile attingere videbuntur: «Petrus Fullo, implorata Zenonis opera, nonnullos ex Apollinaris asseclis mercede conductos sibi coniunxit, et innumeros tumultus contra fidem et Martyrium excitavit. Anathemate illos ferit qui non assererent Deum cruci suffixum, ac populo demum in duas partes scisso, addit Trisagio: *Qui crucifixus es pro nobis*. Quae voces ab eo tempore ad hodiernum usque diem a Theopaschitis usurpari consueverunt. Tum Martyrius ad imperatorem Leonem profectus. Gennadii constantinopolitani praesulis commendatione, multo honore suscipitur. Antiochiam deinde reversus, quum populi factiones varias easdemque tumultibus agitates comperisset Zenonis favore fortiores, in ecclesiae conventu episcopatu cessit. Eo recedente, Petrus Fullo in Antiochiae thronum insiliens, confestim Ioannem quemdam, gradu quem obtinuerat detrusum, Apameae episcopum ordinat. Nuncio huius rei accepto, Gennadius cuncta ad imperatorem refert, qui Petrum Fulloem exilio relegandum pronuntiat.» Hactenus Theophanes, neque addit iterum Martyrium ad antiochenam rediisse sedem, etsi ad annum usque 472, post Gennadii obitum, Martyrium memoret. Cui inter tot turbas non defuisse causam quaerendi a Constantinopolitanis quomodo haereticos poenitentes reciperent, perspicuum est, atque inde locum dedisse epistolae hic rescribendae, quae fortasse aut integra non est, aut alied erit exemplar sive VII canonis concilio primo constantinopolitano ascripti, sive simillimi XCV inter trullanos.

III. Adeo frequenter occurrit utraque epistola, ut praeter septem et decem codices mss. in superiore tomo designatos (p. 538-540), alios fere duplo plures praesto erit recensere sigillatim:

1) *Memoriter*. In excerpt. Theodori lector. Cf. Assemani Bibl. Iur. orient. t III, lib. III, c 4.

2) *Commentarios*. In Balsamone vulgato dimidia epistolae pars turpi errore ab altera dividitur et datur Balsamoni, neque omisit Beveregius pro more suo sphalma repetere

Vatic.	827, f. 130.	Regin.	57, f. 391.
—	840, f. 216.	Angelic.	B. 1. 12.
—	842, f. 24.	Barberin.	IV, 59, 425.
—	1150, f. 39.	—	IV, 425.
—	1167, f. 100.	Vallicell.	1, 19.
—	1234, f. 131.	—	C. 11.
—	1455, f. 177.	Taurin.	103.
—	2153, f. 387.	Laurent.	Pl. V, 40.
Palat.	21, f. 327	Paris.	1055.
—	359, f. 3	—	3100.
—	376, f. 133.	Coislin.	35, 211.
Colonn.	26, f. 168.	Monac.	122.
Regin.	52.		

IV. Ex editis vero libris tam multi sunt qui Gennadianam habent synodicam quam pauci Martyrianum epistolion. Praeter omnes bibliothecas patrum, conciliorum, et canonum, qui aut graece aut latine priorem exhibent, Lambecius speravit se primum dedisse ex ms. codice caesareo subscriptiones, quas, ne uno quidem nomine omisso, quinimmo duobus additis, Leunclavius diu ante graece et latine primus exhibuerat, cum paucissimis varietatibus, quas Baluzius sedulo collegit. Quid vero rei canonicae conferat huiusmodi nomenclatura, quum ego non videam, ne eam quidem attigero, nisi pauca lectioni Balusianae addiderim. Posteriorem vero ad Martyrium epistolam, unus est, quem sciam, Beveregius, qui eam non tam dedit in lucem primus, quam sepelivit in notis suis densissimis ad canonem VII constantinopolitanum. Neque descripsit eam ex membranis Bodleianis, sed accepit e schedis Usserianis, aut Armachani aut recentis cuiusdam manu exaratam. Quae vero circumfertur sub eodem titulo, compendium est germanae epistolae ad normam synopseos aristenianae, neque alia prae manibus habuerunt Slavi, Valachi, et qui apud Russos veteres orthodoxi iactantur, quibus tenuis illa epitome rem fecessivit. Ex nostris codd. octo elegimus inter rariores aut vetustiores, ad quorum fidem Beveregium recensuimus 1).

1) *Recensuimus.* Gennadii Massiliensis esse, donec meliora edocear, minime vero Constantinopolitani opinor, quae olim accepi ex codice Parisiensi 7418, f. 189, huic loco vacuo inserenda, quum ea alibi nondum legerim: *Gennadii episcopi, de incarnatione Christi.* Natus est ergo Iesus, de Patre semper, de matre semel; de Patre, sine sexo; de matre sine usu. Utraque nativitas ineffabilis, utraque mirabilis. Quod enim cor humanum comprehendere, quae lingua valeat explicare, aut quomodo natus sit Christus semper in Patre, aut quomodo nuper ex utero? Quis intelligat coaeternum Filio Patrem? Quis eloquatur virginem matrem? illum sine initio, sine fine gignentem; illam sine libidine concupiscentem, sine corruptione parientem? Utraque nativitas (*cod. male* divinitas) mira est, quia divina: sive ergo illam, sive istam mens humana consideret, rectissime dicit: « Generationem eius quis enarrabit? » — *Gennadii Episcopi de eodem.* Qui natus est de Spiritu Sancto et Maria Virgine, quid hic, quaeso, disceptatio quaerit humana, ubi hominis opus nullum; ubi caro quidem concipit, sed caro non generat; ubi, omni lege terrena absorpta, Spiritus Dei peragit coeleste mysterium? Spiritus enim, ut lectum est, ubi vult spirat et vocem eius audis, sed nescis unde veniat, aut quo vadat. Dic, frater: cuius iter deprehendere non potes, quomodo potes investigare virtutem? Vocem, inquit, eius audis, sed nescis unde veniat aut quo vadat. Id est, audimus quid fecerit spiritus, sed qualiter fecerit, inconcessa cognitio est. — f. 190. *Gennadii episcopi de animabus hominum.* Firmissime tene et nullatenus dubites, non solum homines iam ratione utentes, verum etiam parvulos, qui sive in uteris matrum vivere incipiunt, et ibi moriuntur, sive iam de matribus nati, si sine sacramento sancti baptismatis, quod datur in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, de hoc saeculo transeunt, ignis aeterni supplicio sempiterno puniendos; quia etsi peccatum propriae actionis nullum habuerint, originalis tamen peccati damnationem carnali conceptione et nativitate traxerunt.

I.

ΕΓΚΥΚΛΙΟΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗ

Γενναδίου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως καὶ τῆς σὺν αὐτῷ ἁγίας συνόδου, πρὸς ἅπαντας τοὺς ὁσιωτάτους μητροπολίτας.

Τῷ θεοφιλεστάτῳ συλλειτουργῷ τῷ δὲ, Γεννάδιος, καὶ ἡ ἐνδημοῦσα τῇ βασιλίδι πόλει νέᾳ Ῥώμῃ ἁγία σύνοδος.

Ὁ Δεσπότης ἡμῶν καὶ Θεὸς καὶ σωτὴρ Ἰησοῦς Χριστὸς [1], ἐγχειρίσας τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ μαθηταῖς τοῦ Εὐαγγελίου τὸ κήρυγμα, καὶ διδασκάλους τούτους τοῖς [2] ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἀνθρώποις ἐξαποστείλας, παρεκελεύσατο διαῤῥήδην, ἣν εἰλήφασι παρ' αὐτοῦ δωρεὰν, ταύτην [3] καὶ αὐτοὺς τοῖς ἀνθρώποις μεταδιδόναι δωρεὰν, μὴ κτωμένους ὑπὲρ αὐτῆς ἢ χαλκὸν [4] ἢ ἄργυρον ἢ χρυσὸν ἤ τινα περιουσίαν ἄλλην ὅλως [5], ὑλικὴν ἢ γεώδη· μὴ γὰρ εἶναι τῶν ἐπουρανίων καὶ πνευματικῶν χαρισμάτων ἀμοιβὴν τὰ γεηρὰ καὶ ἐπίκηρα. Ταύτην τὴν ἐντολὴν, οὐ μόνον ἐκείνοις, ἀλλὰ καὶ ἡμῖν δι' ἐκείνων ἐνετείλατο [6], οὓς εἰς τὸν ἐκείνων βαθμόν τε καὶ τόπον ὑπεισαγαγεῖν κατηξίωσε· καὶ δεῖ [7], καθάπερ ἐκεῖνοι τότε, καὶ ἡμᾶς νῦν ἀκριβῶς φυλάττειν τε καὶ παρατηρεῖν, καὶ μὴ σοφίζεσθαι τὰ ἄσοφα [8], μηδὲ κύβον ἀναῤῥίπτειν ἐπικίνδυνον [9]. Δωρεὰν, φησὶν, ἐλάβετε, δωρεὰν δότε [10]· μὴ κτήσησθε [11] χαλκὸν, μηδὲ ἄργυρον, μήτε χρυσὸν εἰς τὰς ζώνας ὑμῶν. Ἁπλοῦς

Gennadii patriarchae Constantinopolitani, et sanctae cum eo congregatae synodi ad sanctissimos omnes Metropolitanos, epistola circularis.

Religiosissimo et sanctissimo in sacris comministro N... Gennadius, et quae in regia Christo amata civitate Constantinopoli manet sancta synodus.

Cum dominus noster et Deus et salvator noster Iesus Christus, suis discipulis evangelii praedicationem credidisset, eosque per universum terrarum orbem inter homines ad docendum misisset, aperte iussit, ut quod donum ab eo accepissent, idem et ipsi gratis darent hominibus, non aes vel argentum vel aurum vel ullas alias omnino materiales et terrenas facultates pro eo acquirentes: caelestia enim et spiritalia dona cum terrenis et caducis rebus compensari nequeunt. Hoc autem praeceptum, non solum illis, sed etiam nobis per illos dedit, quos in illorum gradum et locum substituere dignatus est; et oportet sicut illi tunc, nos quoque nunc accurate et diligenter servare, neque in iis quae technas sophisticas non admittunt, uti sophistica calliditate, neque aleam periculosam iacere. « Gratis, inquit, accepistis, gratis date. Ne possideatis aes, ne-

In titulo Graeculi non omisere glossema insulsum addere et ἀνακόλουθον quo post verba πρὸς ἅπαντας τοὺς ὁσιωτάτους μητροπολίτας, et aliquando nulla copula interposita, subdunt καὶ πρὸς τὸν πάπαν Ῥώμης, ut illa incongrua et inhonesta προσθήκη, ad Romanos nominatim mitterent de simoniaca peste gravissimas obiurgationes. Certe non legitur additamentum in vatic. 1 (827), 2 (1287), 3 (2060), 4 (palatin. 378), neque in columnensi, neque in monacensi, neque in vindobon. duobus (44 et 45), notante Lambecio (lib. VIII, p. 420 et 434) adde alios, quidquid blaterent Pedalii curatores. — θεοφιλεστάτῳ καὶ ὁσιωτάτῳ καὶ συλλειτουργῷ vatic. 1. τοῖς θεοφιλεστάτοις καὶ ὁσιωτάτοις συλλειτουργοῖς vatic. 2. — τῇ φιλοχρίστῳ καὶ βασιλίδι vatic. 1, 4. columa. — βασιλικῇ πόλει Bevereg. — 1) Θεὸς σωτὴρ Ἰησοῦς monac. Χριστὸς om. id. et columa. — 2) τοῖς edd. om. omnes. — 3) ταύτης καὶ αὐτοὺς columa. Balsam. Bevereg. Mansi, N. R. — 4) αὐτῆς χαλκὸν edd. — 5) ἄλλως ὅλως Balsam. Mansi, Bever. — 6) ἐντέταλται vatic. 1, 3, 4, columa. monac. Korsak. — τὸν ἐκείνων βαθμὸν cum vatic. 1, 4, Korsak. columa. monac. Balsam. Bevereg. τον οἰκεῖον βαθμὸν vatic. 2, 3, Rhalli. — εἰσαγαγεῖν Pedal. — 7) καὶ δὴ Korsak. — 8) τὰ ἀσόφιστα vatic. 1, 3, 4. columa. monac. Korsak. — 9) ἐπὶ κίνδυνον Balsam. Bever. Mansi, N. R. 10) δότε. Matth. X, 8, 9. — 11) μὴ κτησάμενοι Bevereg.

καὶ σαφὴς ὁ τῆς ἐντολῆς ταύτης λόγος ἐστὶν, οὐδὲν ποικίλον ἔχων, οὐδὲ δυσέφικτον, οὐδὲ σοφιστικῆς δεόμενον ἐξηγήσεως. Παρ' ἐμοῦ, φησὶν, ἐδέξασθε τὸ τῆς ἱερωσύνης [12] ἀξίωμα· εἰ μὲν ὑπὲρ αὐτοῦ μοι [13] μικρὸν ἢ μέγα τι κατεβάλεσθε, καὶ τοῦτο ὑμῖν πέπραται παρ' ἐμοῦ, πωλεῖτε καὶ ὑμεῖς ἑτέροις αὐτό· εἰ δὲ δωρεὰν εἰλήφατε, δότε καὶ ὑμεῖς δωρεάν. Τί τῆς ἐντολῆς ταύτης σαφέστερον; Τί δὲ τοῖς πειθαρχοῦσι λυσιτελέστερον; Οὐαὶ τῷ ὄντι τοῖς κτήσασθαι τὴν τοῦ Θεοῦ δωρεὰν, ἢ διδόναι ταύτην διὰ χρημάτων ὑπειληφόσιν· εἰς γὰρ χολὴν πικρίας καὶ σύνδεσμον ἀδικίας οἱ τοιοῦτοι, κατὰ τὴν ἀπόφασιν τοῦ ἁγίου Πέτρου [14], ὑπάρχουσι, συλληφθέντες ὑπὸ τῆς ἑαυτῶν φιλαργυρίας. Ὅθεν καὶ τῶν ὁσίων καὶ μακαρίων πατέρων τῶν τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης οἰκουμενικῆς συνόδου [15] τῆς ἐν Χαλκηδόνι συναχθείσης, τῷ δεσποτικῷ τούτῳ νόμῳ συνᾴδων [16] ὁ περὶ τούτου κανὼν, ὃ ἡμῖν σαφῶς οὑτωσὶ λέξεσιν αὐταῖς ἐκπεφώνηται.

Εἴ τις ἐπίσκοπος ἐπὶ χρήμασι χειροτονίαν ποιήσαιτο, καὶ εἰς πρᾶσιν καταγάγοι τὴν ἄπρατον χάριν, καὶ χειροτονήσοι ἐπὶ χρήμασιν ἐπίσκοπον ἢ χωρεπίσκοπον [17] ἢ πρεσβύτερον ἢ διάκονον ἢ ἕτερόν τινα τῶν ἐν τῷ κλήρῳ καταριθμουμένων, ἢ προβάλοιτο [18] ἐπὶ χρήμασιν οἰκονόμον ἢ ἔκδικον ἢ παραμονάριον, ἢ ὅλως τινὰ [19] τοῦ κλήρου, δι' αἰσχροκέρδειαν οἰκείαν, ὁ τοῦτο ἐπιχειρήσας [20] ἐλεγχθεὶς κινδυνευέτω περὶ τὸν οἰκεῖον βαθμὸν, καὶ ὁ χειροτονούμενος, μηδὲν ἐκ τῆς κατ' ἐμπορίαν ὠφελείσθω χειροτονίας ἢ προβολῆς· ἀλλ' ἔστω ἀλλότριος τῆς ἀξίας ἢ τοῦ φροντίσματος, οὗπερ ἐπὶ χρήμασιν ἔτυχεν. Εἰ δέ τις καὶ μεσιτεύων φανείη [21] τοῖς αἰσχροῖς τούτοις καὶ ἀθεμί-

que argentum, neque aurum in zonis vestris. » Simplex est et aperta huius mandati ratio, quae nihil habet varium, nihil quod non sit facile et obvium, nihil quod sophistica expositione egeat. A me, inquit, accepistis dignitatem sacerdotii: si mihi pro ipso parum quid vel magnum solvistis, et hoc a me venditum est, vos quoque ipsum aliis vendite. Sin autem gratis accepistis, vos quoque gratis date. Quid hoc est mandato apertius? Quid autem iis qui parent utilius? Vae illis revera qui Dei donum acquirere, vel illud pro pecuniis dare in animum induxerunt! « In fel enim amaritudinis et vinculum iniquitatis, iuxta sancti Petri sententiam, isti sunt, » a sua avaritia comprehensi. Unde et sanctorum et beatorum patrum sanctae et magnae synodi oecumenicae Chalcedone congregatae, huic legi dominicae consentaneus hac de re canon, qui sic nobis aperte iisdem verbis editus est:

Si quis episcopus pecuniis ordinationem fecerit, et non venalem gratiam ad venditionem deduxerit, et pecuniis ordinaverit episcopum vel chorepiscopum vel presbyterum vel diaconum vel aliquem eorum qui in clero connumerantur, vel pecuniis provehat oeconomum vel defensorem vel paramonarium vel omnino aliquem ex clero, propter suum turpe lucrum, qui hoc aggressus esse convictus fuerit, de proprio gradu veniat in periculum, et qui ordinatur, nihil ex ordinatione ac promotione, quae fit iuxta mercaturae, iuvetur: sed sit alienus e dignitate, vel curatione, quam pecuniis assecutus est. Si quis autem his turpibus ac nefariis lucris sequester intercessorve ap-

Mansi. Balsam. μήτε ἄργυρον column. — 12) τῆς ἀρχιερωσύνης vatic. 1, 3. columb. monac. — 13) μοι om. column. — κατεβάλλεσθε Balsam. Bevereg. Mansi. — 14) Πέτρου. Act. App. VIII, 23. — 15) συνόδου om. Ild. — 16) συνᾴδει Mansi, Pedal. N. R. συνείδει Balsam. Bevereg. — ὃς ἡμῖν Balsam. Mansi, Pedal. — 17) χειροτονήσει Balsam. Bevereg. N. R. — ἢ χωρεπίσκοπον om. Pedal. — 18) προβάλλοιτο Balsam. Bevereg. Pedal. N. R. — 19) τοῦ κανόνος vatic. 4, monac. — 20) ὁ τοῦτο ἐπιχειρήσας vatic. 4. — 21) φανῇ Ild. — τοῖς οὕτως αἰσχροῖς vatic. 1, monac. τούτοις omittitur in vat. 4, monac.

τοις λήμμασι, καὶ οὗτος εἰ μὲν κληρικὸς εἴη, τοῦ οἰκείου ἐκπιπτέτω βαθμοῦ· εἰ δὲ λαϊκὸς ἢ μονάζων, ἀναθεματιζέσθω.

Κάλλιστα 22) καὶ λίαν εὐσεβῆ τοῦ κανόνος τῶν ἁγίων πατέρων ὑπάρχει τὰ παραγγέλματα, πᾶσαν ἔφοδον σατανικὴν καὶ πᾶν ἐγχείρημα διαβολικὸν κατὰ τῆς πνευματικῆς φερόμενον δωρεᾶς, ἀπωθούμενά τε καὶ ἀνακόπτοντα. Οὐ βούλεται γὰρ οὐδαμῶς διὰ χρημάτων γίνεσθαι τῆς χειροτονίας τὴν προβολὴν ἢ ὑποδέχεσθαι, οὔτε παρὰ τοῦ ταύτην ἐνεργοῦντος, οὔτε παρὰ τοῦ τῆς χειροτονίας τὴν προβολὴν ὑποδεχομένου. Ἀλλ' οὐδὲ πρὸ τοῦ καιροῦ 23) τῆς χειροτονίας, οὐδὲ μετὰ τὸν καιρὸν τῆς 24) χειροτονίας, οὐδὲ κατὰ τὸν καιρὸν αὐτὸν τῆς χειροτονίας 25), ὑπὲρ τῆς χειροτονίας χρήματα δίδοσθαι συγχωρεῖ· καθόλου γὰρ τὴν ἐπὶ τῷ πράγματι τούτῳ δωροδοκίαν ἀπέφησεν 26). Ὅμως ἐπειδὴ νῦν, καίτοι προδήλως τούτων οὕτω 27) κεκωλυμένων, ἐφωράθησάν τινες κατὰ τὴν τῶν 28) Γαλατῶν ὀλιγωροῦντες καὶ παραβαίνοντες δι' αἰσχροκέρδειαν καὶ φιλαργυρίαν τὰ σωτήρια ταῦτα καὶ φιλάνθρωπα παραγγέλματα, εὖ ἔχειν ἔδοξε καὶ ἡμῖν, αὐτὰ ταῦτα πάλιν ἀνανεώσασθαι, μετὰ τῆς ἁγίας συνόδου, τῆς ἐνδημούσης ἐν ταύτῃ τῇ βασιλευούσῃ νέᾳ Ῥώμῃ 29), ὥστε δίχα πάσης ἐπινοίας καὶ πάσης προφάσεως καὶ παντὸς σοφισμοῦ, τὴν ἀσεβῆ καὶ βδελυρὰν ταύτην 30), οὐκ οἶδ' ὅπως, ἐπεισελθοῦσαν συνήθειαν ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις, παντελῶς ἐκτεμεῖν, ἵνα ἀληθῶς ἀκαπηλεύτου καὶ καθαρᾶς παρὰ τῶν ἀρχιερέων τῆς ἐπὶ τῶν χειροτονουμένων ἀναρρήσεως γινομένης, ἄνωθεν ἡ τοῦ ἁγίου 1) Πνεύματος χάρις ἐπιφοιτᾷ· ὃ νῦν γε 2), οὐκ οἶδα, εἰ διὰ χρημάτων τὴν προβολὴν ποιουμένων, καὶ οὐ τῆς χειρὸς καθαρῶς ἐνεργούσης, ἐπιφοιτᾷ τῷ προχειριζομένῳ κατὰ

paruerit, is quoque si sit clericus, a primo gradu excidat. Sio autem laicus vel monachus, anathematizetor.

Pulcherrima et valdo pia suot huius canonis saoctorum patrum praecepta, quae omoem invasiooem sataoicam diabolicumque conatom, qui in donum spirituale intenditur, repellunt et rescinduot. Nullo modo enim volunt ordinationis promotionem pecuniis aut fieri, aut suscipi, nec ab eo qui illam exercet, nec ab eo qui ordinationis promotionem accipit. Sed oec ante tempus ordinationis, neque post tempus ordinationis, neque per tempus eiusdem pecuoias concedont. Omnino enim in hac quoque re esse sordes munerumque corruptionem pronunciant. Quoniam tameo, his ita aperto probibitis, quidam sunt io Galatarum ecclesia deprehensi, propter turpe lucrum et avaritiam, haec salotaria et humana praecepta negligere et transgredi, ea quoque ipsa nobis renovare visum est cum sancta synodo, quae in hac regnaote nova Roma, nunc agit: ot sine omni peoitus inventiooe, et omni praetextu callidoque commento, impiam banc et odiosam, quae nescio qoomodo in sanctissimas ecclesias subiit, consoetodinem omnino nxcindamna, nt quum pura et absqoe ulla cauponatione eorum qui ordinaotur renunciatio ab antistibus facta fuerit, gratia saocti Spiritus superne veniat. Quem nonc quidem nescio an per pecuniam promotionem facientibus, et manu non pure operante, ad eum qui promovetur, accedat, secundum vocem evangelii, et oon potius cootraha-

22) Καλλιστά τε καὶ vatic. 1; in vulg. Balsam. et Bevoreg. praefigitur ἑρμηνεία, ut caetera Balsamonia sint. — 23) πρὸ καιροῦ Balsam. Manal. — 24) αὐτῆς Korsak. οὐδὲ κατα τ. κ. α τ χειροτονιας om. vat. 1, 4, Korsak. Pedal.—25) οὐδὲ μετα τ. κ. τ. χειρ om. monac. utrumque legit Hervetus.—26) ἀπέφηνεν Balsam. Mansi, Beverng.—ἀπέφυγεν trapezuntin.—27) οὕτω om. Pedal.—28) κατὰ τῶν γαλατ. Balsam. Mansi, Bevoreg. κατὰ τὴν γαλατ. columu. monac. Rhalli. κατὰ τὰ γαλατ. trapez. column. monac.—29) Ῥώμῃ κωνσταντινουπόλει vatic. 4, column. monac. Kursak.—30) ταύτην om. trapezunt. Pedal.

1) ἁγίου um. Manal.—2) ὃ νῦν γε Balsam. Mansi. —ὅτ νῦν γε Bevereg.—ὡς νῦν γε Rhalli.—post οἶδα

τὴν φωνὴν τοῦ κηρύγματος, καὶ οὐχὶ συστέλλεται μᾶλλον ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάρις. Ἴσθι τοίνυν [3], τὰ πάντα θεοσεβέστατε, πάντα τὸν ὀντιναοῦν ἁλισκόμενον [4] ἐπὶ τοιούτῳ τινὶ ἐπίσκοπον ἢ χωρεπίσκοπον ἢ περιοδευτὴν ἢ πρεσβύτερον ἢ διάκονον, ἢ ἄλλον ὅντινα δήποτε [5] τοῦ κανόνος, ἢ λαϊκὸν, κοινῷ δόγματι τῶν ἀρχιερέων καταχεκρίσθαι, καὶ κοινῇ ψήφῳ, καθὼς περὶ τούτου καὶ ὁ τῶν ἁγίων πατέρων κανὼν φθάσας διαλαλεῖ. Δεῖ γὰρ εἶναι χάριν τὴν χάριν, καὶ μηδαμοῦ παρ' αὐτῇ μεσιτεύειν ἀργύριον. Ἔστω τοίνυν καὶ ἔστιν ἀποκήρυκτος, καὶ πάσης ἱερατικῆς ἀξίας τε καὶ λειτουργίας ἀλλότριος, καὶ τῇ κατάρᾳ τοῦ ἀναθέματος ὑποκείμενος, ὅ τε ταύτην κτᾶσθαι [6] διὰ χρημάτων οἰόμενος, καὶ ὁ ταύτην παρέχειν ἐπὶ χρήμασιν ὑπισχνούμενος, εἴτε κληρικὸς εἴτε λαϊκὸς εἴη, κἂν ἐλέγχοιτο, κἂν μὴ ἐλέγχοιτο τοῦτο ποιεῖν [7]· οὐ γὰρ οἷόν τε συμβιβασθῆναί ποτε τὰ ἀσύμβατα [8], οὐδὲ Θεῷ συμφωνῆσαι τὸν μαμωνᾶν, ἢ τοὺς τούτῳ δουλεύοντας δουλεῦσαι Θεῷ· δεσποτικὴ καὶ αὕτη ἐστὶν ἀπόφασις ἀναμφίλεκτος [9]· Οὐ δύνασθε Θεῷ δουλεύειν καὶ μαμωνᾷ [10]. Τούτοις ἐπιθαῤῥοῦντες ἡμεῖς κατὰ δύναμιν, καὶ τούτοις ὑπείκοντες, μετὰ τοῦ ταῦτα φήσαντος, κατὰ τῶν ταῦτα [11] παρανομούντων τὴν ἀπόφασιν πεποιήμεθα· φροντισάτω δὲ καὶ ἡ σὴ ὁσιότης, ταῦτα διὰ πάσης φυλακῆς [12] ποιουμένη, δῆλα καταστῆσαι δι' ἀντιγράφων καὶ τοῖς ὑπὸ σε θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις καὶ περιοδευταῖς καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν· ἵνα ἐν ἑνὶ πνεύματι καὶ μιᾷ ψυχῇ πάντες ὁμοῦ Χριστιανοὶ συμφραξάμενοι κατὰ τοῦ κοινοῦ δυσμενοῦς, ἰσχύσωμεν σὺν Θεῷ τὴν ὑπ' ἐκείνου φυτευθεῖσαν ἐν ὑμῖν τῆς φιλαργυρίας ῥίζαν, ἅμα πᾶσιν αὐτῆς τῶν κακῶν τοῖς βλαστήμασιν ἐκτεμεῖν· πᾶσαν τὴν σὴν σὺν σοὶ ἐν Χριστῷ ἀδελφότητα προσαγορεύομεν. Ἐῤῥωμένος ἐν Κυρίῳ, ὑπε-

tur gratia sancti Spiritus. Scias ergo, o vir ex omni parte religiosissimo, quod quicumque huius convictus, episcopus vel choropiscopus vel visitator vel presbyter vel diaconus, vel quivis alius ex canone, vel ex laicis, communi antistitum decreto communique sententia condemnatus est, sicut de hoc quoque sanctorum patrum praecedens canon loquitur. Oportet enim gratiam semper esse gratiam, et argentum apud eam nequnquam intercedere. Sit ergo et est ab omni sacerdotali dignitate et ministerio alienus, et anathematis loco subiectus, qui et se sacra per pecunias acquirere existimat, et qui ea pecuniis praebere pollicetur, sive sit clericus, sivo laicus, sive hoc facere convincatur, sive non, quia fieri non potest ut conveniant quae conveniri nequeunt, nec ut mammona Deo consentiat, vel ut qui ei serviunt, Deo serviant. Domini est sententia cui contradici non potest: « Non potestis Deo servire et mammonae. » Nos in his pro viribus confidentes, et eis cedentes, cum eo qui haec dixit, adversus eos qui in iis peccant sententiam protulimus. Tua sanctitas curam gerat, omni adhibita diligentia, ut haec per transcripta exempla innotescant, et sanctissimis episcopis, qui tibi subsunt, et visitatoribus, et aliis omnibus, ut in uno spiritu et una anima, omnes simul constipati christiani adversus communem inimicum, Dei auxilio possimus avaritiae radicem, quae ab illo in nobis insita est, cum omnibus eius malorum germinibus, excindere. Omnem, quae tecum est in Christo, fraternitatem salutamus. Fortis

om. εἰ Balsam. Bevereg. — 3) ἴσθι τοίνυν τα παντα Maius continuo in Sp. Rom. Hervetus videtur legisse: τὰ πάντα θεοσεβέστατε καὶ ἁγιώτατε, dum vertit latine: *vir religiosissime et omni ex parte sanctissime.* — 4) ἁλισκόμενον Mansi. ἐπὶ τῷ τοιούτῳ Balsam. Mansi. — 5) ἄλλον τινα Balsam. Bevereg. Mansi. N. R. column. monac. — 6) ὅθεν κτᾶσθαι αὐτὴν vatic. 1. — 7) τοῦτο om. Bals. Mansi. — ποιεῖν ὅτι οὐδὲ οἷον τε iid. — 8) τὰ σύμβολα iid. — 9) ἀναμφίβολος iid. — 10) μαμωνᾷ. Matth. VI, 24. — 11) τοιαῦτα Pedal. — 12) παραφυλα-

ρεύχου ἡμῶν, θεοφιλέστατε ἀδελφέ [13]. Γεννάδιος ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης ὑπέγραψα κ. τ. ἑ.

II.

Ἐπιστολὴ γραφεῖσα ἀπὸ Κωνσταντινουπόλεως Μαρτυρίῳ ἐπισκόπῳ Ἀντιοχείας, περὶ τοῦ ὅπως χρὴ δέχεσθαι τοὺς αἱρετικοὺς προσερχομένους τῇ ἁγίᾳ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ.

Τινὰ διελέχθη [1] μοι ὁ θεοφιλέστατος πρεσβύτερος [2] Ἀντώνιος περὶ τῶν προστιθεμένων τῇ ὀρθοδοξίᾳ καὶ τῇ μερίδι τῶν σωζομένων ἀπὸ αἱρετικῶν, τὸ πῶς δεχόμεθα αὐτούς, καὶ κατὰ πρόσωπον μὲν αὐτῷ διελέχθην [3]. Πᾶσαν τὴν ἐνταῦθα ἀκολουθίαν καὶ συνήθειαν, καὶ τῇ ὑμετέρᾳ δὲ ἁγιωσύνῃ, ἀναγκαῖον ἐνόμισα [4] σημᾶναι, τῷ πατρὶ τῶν πατέρων, τῷ ἀπογόνῳ τοῦ Θεολόγου [5] ἁγίου Ἰωάννου, τοῦ γενομένου ἀρχιεπισκόπου ἡμῶν· ὅτιπερ Ἀρειανοὺς καὶ [6] Μακεδονιανούς, καὶ Ναυατιανοὺς [7] τοὺς λέγοντας ἑαυτοὺς [8] Καθαροὺς καὶ Καθαρωτέρους [9], καὶ τοὺς Τεσσαρεσκαιδεκατίτας [10] ἤτουν Τετραδίτας, καὶ Ἀπολλιναριστὰς [11] δεχόμεθα, διδόντας λιβέλλους καὶ ἀναθεματίζοντας πᾶσαν αἵρεσιν, τὴν μὴ φρονοῦσαν ὡς φρονεῖ ἡ ἁγία ἡμῶν καθολικὴ [12] ἐκκλησία (ἧς πρόεδρος καὶ κεφαλὴ ὑπάρχεις, μακαριώτατε)· σφραγιζομένους ἤτοι χριομένους πρῶτον τῷ ἁγίῳ μύρῳ [13]

existens in Christo, ora pro oobis, sanctissime frater. *Gennadius episcopus CP. novae Romae, subscripsi, etc.*

Epistola Ecclesiae Constantinopolitanae od Martyrium Autiochenum episcopum, quomodo haereticos qui ad sanctam et catholicam ecclesiam accedunt, recipere oportest.

Nonoulla mecum verba haboit Deo dilectissimus presbyter Antonius, do iis qui ox haoreticis se verae fidei ot illorum parti qui servantur, adiongunt: qnomodo nimirum oos recipiamus. Et cum eo quidem coram disserui: totam autem hic conseqnontiam et coosuetudinom vestrae otiam saoctitati, ut patri patrum, ot nepoti sancti Ioannis Theologi, archiepiscopi olim noatri, significare necessarium duxi. Ad Arianos quidem quod spectat et Macedooianos et Novatianos, qui se puros et puriores dicunt, et Quartadecimanos sivo Tetraditos et Apollinaristas, eos recipimus, libellos dantes et omoem haeresim aoathematizantes, quao noo sentit nt sancta nostra et catholica sentit Ecclesia, cuius to praeses ot caput os, Beatissimo; praeterea, signatos sivo uoctos primum sancto chrismate

σῆ column. Balsam. monac. — 13) ἀδελφέ. Sequuntur in plerisque codd. subscriptiones LXXXI episcoporum quas post Leuoclavium, Lambecium, Baluzium et Mansi, noper Maius et Rhalli io lucem dederunt. In omoibus codd. quos ego vidi, XXXVIII Sabbatius oullam habet dioecesio ascriptam. Ultimi sunt in mosquensi secundo: τιμόθεος, φωτιανός, δοσιμάσιος, ἰουῖνος. Io codicibus Balsamonis tantum ad calcem ep. additur: ταῦτα τῷ ἐπιστολιμαίῳ λόγῳ, σὺν αὐτῷ δὲ τῷ γεννadίῳ ὑπέγραψαν καὶ οἱ ογ'. vel melius οἱ πα'. Moscensis habet post Gennadii subscriptionem: καὶ καθ' ἑξῆς ὑπέγραψαν οἱ σ'. ἐπίσκοποι.

Ex titulo προσερχομένους om. 6. — καὶ καθολικῇ om. 5. — Breviore compendio synopsis aristeniana: Γραφὴ ἀπὸ ΚΠ. μαρτυρίῳ ἀντιοχείας, περὶ τοῦ πῶς δεκτέον αἱρετικοὺς προσιόντας τῇ ἐκκλησίᾳ.

1) ἵνα διελεγχθῇ 7. — 2) ἐπίσκοπος ἀντωνιος 5. — Statim incipit uterque canon constantinopolitanus et trullanus at iisdem verbis: τοὺς προστιθεμένους... δεχόμεθα κατὰ τὴν ὑποτεταγμένην ἀκολουθίαν. — 3) διελέχθη 6. διελέγχθην 7. — 4) ἐνόμισα 7. — 5) τοῦ ἁγίου ἰωάννου τοῦ θεολόγου 5. De Chrysostomo agi, perspicuum. — 6) Καὶ om. 1. Inde incipit synopsis: Ἀρειανούς, Μακεδονιανούς κ. τ. ἑ. — 7) Νουατιανούς 7, et quidem rectius, sive ad Novatianum Romanum, sive ad Novatum Afrum respiciatur. — 8) αὐτοὺς 6. — 9) καθαρωτέρους 2. καὶ ἀριστερούς uterque canon. — 10) τεσσαρεσκαιδεκατίτας 6. — ἤγουν 5, εἴτουν Bevereg. synops. — 11) ἀπολλιναριαστάς 6. — ἀπολιναριστάς 7, Bevereg. — 12) καθολικὴ om. duo canon. καὶ καθολικὴ 1, 2, 3, 4. Bevereg. καθ. καὶ ἀποστολικὴ 6. — 13) μαρτυρίᾳ 6. caetera in utroque canone leviter mutantur.

τὸ μέτωπον καὶ τὰς ῥῖνας καὶ τὰ ὦτα καὶ τὸ στῆθος καὶ πάσας τὰς αἰσθήσεις. Καὶ σφραγίζοντες 14) *αὐτούς, λέγομεν· Σφραγὶς δωρεᾶς Πνεύματος ἁγίου. Καὶ μετὰ ταῦτα, ὡς σπουδαῖοι λαϊκοί, χειροτονοῦνται* 15) *ἐκεῖνοι, οἱ ἦσαν παρ' αὐτοῖς τὸ πρότερον, εἴτε πρεσβύτεροι, εἴτε διάκονοι, εἴτε ὑποδιάκονοι, εἴτε ψαλταναγνῶσται* 16). *Εὐνομιανοὺς μέντοι, τοὺς εἰς μίαν κατάδυσιν βαπτιζομένους, καὶ Μοντανιστὰς τοὺς ἐνταῦθα λεγομένους Φρύγας, καὶ Σαβελλιανοὺς τοὺς υἱοπατορίαν* 17) *διδάσκοντας, καὶ ἕτερά τινα χαλεπὰ ποιοῦντας, καὶ πάσας τὰς ἄλλας αἱρέσεις* 18) *(ἐπειδὴ πολλαί εἰσιν ἐνταῦθα, μάλιστα ἀπὸ τῆς τῶν Γαλατῶν χώρας ἐρχόμεναι* 19),) *πάντας τοὺς ἀπ' αὐτῶν καὶ θέλοντας* 20) *προστίθεσθαι τῇ ἀληθείᾳ, ὡς Ἕλληνας δεχόμεθα. Καὶ τὴν πρώτην ἡμέραν ποιοῦμεν* 21) *αὐτοὺς χριστιανοὺς καὶ τὴν δευτέραν κατηχουμένους· εἶτα τὴν τρίτην ἐξορκίζομεν αὐτούς, μετὰ τοῦ ἐμφυσᾶν* 22) *τρίτον εἴς τε τὸ πρόσωπον καὶ εἰς τὰ ὦτα, καὶ οὕτω κατηχοῦμεν αὐτούς, καὶ ποιοῦμεν χρονίζειν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ ἀκροᾶσθαι τῶν γραφῶν, καὶ τότε αὐτοὺς βαπτίζομεν* 23). *Ταῦτα, ὡς ὑμέτερος, ἐσπούδασα σημᾶναι.*

frontem et nares et aures et pectus et omnes sensus. Et eos signantes, dicimus: « Signaculum doni Spiritus Sancti! » Et postea, ut probi laici, ordinantur illi qui inter eos prius sive presbyteri sive diaconi sive psalto-lectores fuerant. —Eunomianos autem, una mersione baptizatos, et Montanistas qui hic dicuntur Phryges, et Sabellianos qui idem esse Patrem et Filium docent, et alia quaedam perniciosa faciunt, et omnes caeteras haereses (quoniam hic multae sunt, maxime eorum qui ex Galatarum regione prodeunt), omnes qui ex iis quoque volunt rectae fidei se adiungere, ut Graecos admittimus. Et primo quidem die, eos christianos facimus; et secundo, catechumenos; deinde tertio, exorcizamus eos, in faciem eorum atque aures ter insufflando. Et sic eos ab initio instituimus, et curamus ut aliquandiu in ecclesia versentur, et scripturas audiant, et tunc eos baptizamus. Haec, ut vester, significare volui.

ANNOTATIONES

Haud semel illud incommodum accidit minoribus Graecorum canonicis scripturis, quas non tuetur aut magni nominis aut summae nobilitatis celebritas, ut ab uno ad alterum scriptorem, haud obstante locorum vel annorum intercapedine, pro libitu notariorum transferantur. Inde quale dubium de origine et auctoritate sententiarum cum tanta auctorum varietate exoriatur, intelligitur facilius, quam nodus extricatur. Parum abfuit quin codici coisliniano, in quo mihi inopinanti tam multa occurrebant, acceptum aliquid novi referrem, quum in folio 218, sub Eulogii Alexandrini nomine, quaedam legerem, longe prolixiora quam similis eiusdem locus, in aristeniana synopsi compendiose scriptus. Mox vidi hanc laciniam sine ullo discri-

14) *σφραγίζοντας* vatican. 6. — post *πνεύματος ἁγίου*. 5 caetera neglexit usque ad finem. — 15) *χειροτεθοῦνται ἐκεῖνοι ὃ ἦσαν* 3. — *ἐκεῖνο ὃ ἦσαν* 6, 7. Hanc pericopen non agnoscunt canones. — *χειροτονοῦνται ὃ ἦσαν* synop. — 16) *εἴτε ψάλται, εἴτε ἀναγνῶσται* 1, 2, Bevereg. — *εἴτε πρεσβύτεροι, εἴτε διάκονοι, εἴτε τι ἄλλο* synopsis, quae caeteris praefigit titulum: *ἄλλο*. — — 17) *σαβελλ. καὶ υἱοπατορίαν* Bevereg. — 18) *αἱρέσεις* sic codd. omnes, uti supra canones, pro *πάντας τοὺς ἄλλους αἱρετικούς*, quae quidem metonymia solemnis est, sed singulari, non plurali dictione adhibita, ut *πρέσβεια* pro *πρέσβεις*, *ξυμμαχία* pro *ξύμμαχοι*, *φυγὴ* pro *φυγάδες*, etc. — 19) *οἱ ἀπὸ τῆς τ. γ. ἐρχ.* canones rectius. *ἐρχόμενοι* 3, 4, 5. *ἐρχομένους* 6. — 20) *ἀντ' αὐτῶν θέλοντας* 2, 5, Bevereg. — 21) *ποιῶμεν* 6. — 22) *μετὰ τὸ ἐμφυσᾶν* 6, Bever. — 23) *βαπτίζωμεν* 7. Huc usque synopsis, quae satis pauca omittit ex praecedentibus.

mine iungi cum epitome gennadianae epistolae, qualis apud eumdem Aristenum invenitur. Dare satis erit et brevem Eulogii sententiam, cui alium vix locum fecerim, et pauca sequentium verba ad synopsin emendandam:

Εὐλογίου Ἀλεξανδρείας. Εἴ τις τῶν δοκούντων τοῖς θεοφόροις πατράσι σαλεύοι τι, οὐκ ἔστι τοῦτο οἰκονομία κλητέον, ἀλλὰ παράβασις καὶ προδοσία καὶ περὶ τὸ θεῖον ἀσέβεια [Huc usque vulgata 1) sub Eulogii nomine]. Τοὺς ἀποστόλους τῷ κόσμῳ διδασκάλους ἀποστείλας ὁ Κύριος, ἣν ἔλαβον παρ' αὐτοῦ δωρεὰν διδόναι τοῖς ἀνθρώποις προσέταξε, μὴ κτωμένους ὑπὲρ αὐτῆς χρυσὸν ἢ ἄργυρον ἢ χαλκὸν ἢ ἄλλο τι γεῶδες καὶ ὑλικόν, τὴν αὐτὴν καὶ ἡμῖν ἐντολὴν 2) δι' ἐκείνων δοὺς, [οὓς] εἰς τὸν ἐκείνων κατέστησε βαθμόν· εἰ ἠγοράσατε παρ' ἐμοῦ, πωλεῖτε· εἰ δωρεὰν ἐλάβετε, δωρεὰν δότε κ. τ. ἑ.

Nexum inter Gennadii encyclicam et ἀνεπίγραφον ad Martyrium, ut alia quaedam, sic maxime simillima haec verba significant de haereticis inter Galatas: ἐφωράθησάν τινες κατὰ τὴν τῶν Γαλατῶν, inquit Gennadius; ad Martyrium vero: πολλαὶ εἰσιν ἐνταῦθα, μάλιστα ἀπὸ τῆς τῶν Γαλατῶν. Vinculum autem multo arctius intercedit hanc inter epistolam ad Martyrium, duosque canones constantinopolitanum et trullanum, qui adeo similia verba congerunt, ut Beveregio persuasum fuerit cuncta ex eadem officina prodiisse, scilicet ex synodo trullana. Sed neque Trulloni sibi optime constarent, quum triplicem scripturam eiusdem canonis, uti supra vidimus 3), circumferri permisissent. Quod alii urgeant. Mihi vero, si coniectare lubet, fons unicus erit tam variarum scripturarum quam utriusque canonis et anonymae epistolae, falium qu·d- dam primigenium ex typico S. Sophiae, ubi legebatur quaedam ἀκολουθία sive ordo recipiendi haereticos in catholicam ecclesiam. Et ro quidem ipsa etiam nunc in Euchologio patriarchali, de quo Goarus passim meminit, legitur huiusmodi libellus 4), cuius ab initio statim nostra ordiuntur, sed mirum in modum composita:

Ἀρειανοὺς μὲν καὶ Μακεδονιανοὺς, ἤγουν Πνευματομάχους, καὶ Σαββατιανοὺς λέγοντας ἑαυτοὺς καθαροὺς, τεσσαρεσκαιδεκατίτας, ἤγουν Τετραδίτας, καὶ Ἀπολλιναριστὰς δεχόμεθα, διδόντας λιβέλλους καὶ ἀναθεματίζοντας σὺν τῇ ἰδίᾳ αἱρέσει, πᾶσαν ἄλλην αἵρεσιν μὴ νοοῦσαν ὡς φρονεῖ ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία. Tum multis ex typico ritibus ac precibus recitatis, ultimo nostra, aut canonis trullani particula pergit: Νεστοριανοὺς δὲ καὶ Εὐτυχιανιστὰς χρὴ ποιεῖν λιβέλλους, καὶ ἀναθεματίζειν τὴν αὐτῶν αἵρεσιν καὶ Νεστόριον καὶ Εὐτυχέα καὶ Διόσκορον, καὶ τοὺς φρονοῦντας τὰ αὐτῶν καὶ πάσας τὰς προαναφερομένας αἱρέσεις καὶ μεταλαμβάνειν τῆς ἁγίας κοινωνίας· Εὐνομιανοὺς μέντοι, et caetera uti supra, additis tantum Monichacis ante Sabellinnos, inde usque ad verba: ὡς ἕλληνας δεχόμεθα.

Haec paulo morosius excussa fuisse, haud iis displicebit, qui noverunt quot turbas haud ita pridem in imperio russico exercuerint asseclae veterum rituum tenaciores adversus eos quos niconiana infectos haeresi habebant ac reiiciebant. Inter haec partium studia, epistolae ad Martyrium scriptae mutila quaedam epitome machina fuit quasi bellica, quae ultro citroque iactata, eo recidebat, ut hinc et inde gravissima baptismi et ordinationum momenta periclitarentur.

1) *Vulgata*. Bevereg. t. II in prima app. nullis signata numeris. Rhalli t. IV, p. 374.—2) ἐντολὴν δι' ἐκείνων καταστήσει βαθμῶν Bevereg. quae mutila atticus editor marte suo supplet p. 374: ἐντολὴν δι' ἐκείνων [δίδωσι] καταστάσει βαθμῶν. Vix meliora codex coislinianus: ἐντολὴν δι' ἐκείνων δοὺς τοὺ (sic) εἰς τὸν ἐκείνων καταστάσῃ βαθμόν, quae soloeca utcumque sanare libuit.

3) *Vidimus*, p. 12.

4) *Libellus*. Vid. Goar. p. 883, 884 ed. Paris.

VII.

DE TRIPPICI ECCLESIAE IUDICIO

IN NESTORIUM, IN EUTYCHEN, IN ACACIUM.

I. Nostri minime esse instituti singulas persequi causas, neque etiam vel maxima illa describere negotia, quae in foro ecclesiastico, et suspensa aliquando totius orbis admiratione, sistere iusso sunt, is solum negaverit, qui campum nullo limite circumscriptum continuo voluerit cursu peragrari. Haud ego quidem diffitear rebus potius quam legibus canonicas adolevisse disciplinas; neque alia domum esse celeberrima adversus Ecclesiae inimicos et perturbatores certamina, sive in clausa synodorum acie, sive in aperto dispersae Ecclesiae foro agitata, quam historicus et negotiosus sacrorum canonum commentarius. Et utinam veterum iudicum tabulae superessent, qui omnes propemodum haereseon duces ac primipilos, extra Ecclesiae, in primis romanae, septa expulerunt? Ubi acta in Corinthum, in Saturninum, in Menandrum? Ubi monumenta adversus Marcionem, Theodotum, Sabellium? Ecquam tulit episcopus episcoporum sententiam, stomachante Tertulliano, adversus Montanistas, aut quae fuerunt πράξεις operosae, ex quibus larvatus fortasse Praxeas tantam nomen habuit? Quid sibi vult τῶν φιλοσοφουμένων opifex, acerrimus et publicus Callisti, Elcesaitarum et aliorum accusator, ac si coram iudicibus staret, aut subsellia et tribunalia, uti oculatus testis, describeret? An scenam exaggerat Tertullianus, ubi verba de christianis iudicibus faciens, addit: « Exhortationes, castigationes et censuram fieri divinam; iudicari magno cum pondere, ut apud certos de Dei conspectu; summumque futuri iudicii praeiudicium esse, si quis a communione orationis et conventus et omnis sancti commercii relegetur 1).» Utque revertar ad Eulogium Alexandrinum modo memoratum, vellem alicubi e tenebris erui aut sex illius libros *de Ecclesiastica Oeconomia*, contra Novatum 2), aut saltem ultimum, in quo, teste Photio cui omnia lecta sunt, totum certamen novatianum profligatur in doctissimis « commentariis, extremae utilitatis, tum dictionibus ac sensu, tum etiam compositione, omnibusque adeo quae in sermone spectantur » Alexandriae item diu praesto fuerunt non solum quaecumque in causa Origenis acta sunt, sed alia bene multa in Noetum, in Paulum Samosatenum, in Quartodecimanos, et quae ad paschalem controversiam pertinebant. Haec vero in aevo martyrum et priusquam ad pacem Ecclesiae perventum fuerit. Tam enim certum est Ecclesiam fuisse sui iuris integerrimi compotem, diu ante Constantinum, quam perspicuum vel ante Iustiniani novellas, episcoporum iudicia in causis quoque civilibus longe lateque percrebuisse. Unde, si quis velit historiam cum iure ecclesiastico arctissime iungere, is pene in universo utriusque fori sacri et profani ambitu necesse est expatietur.

II. Equidem nobis tam ampla provincia non committitur; haud integrum tamen visum est, omnino silere de tribus causis, quae ad generalem Ecclesiae politiam adeo non attinent, quin multam in primis lucem effundant in Byzantinorum conditionem.

1) *Relegetur*. Apolog. c. 39.

2) *Novatum*. Quom Photius codd. 182, 208, 280, toties eadem retractet, quanti ea fecerit, egregie significat.

quam in his paginis potissimum declarare persequimur. Id commune singulis est, ut unaquaeque causa ostendat, quomodo Ecclesia sit tam iuris quam veritatis magistra, et qua ratione sive ad investigaeda dogmata, sive ad scrutanda facinora et gesta, evartendosque falsae philosophiae antesignanos, tuto et fortiter procedat. Summa vero tantarum rerum in eo potissimum eminet, quod procellosos inter tumultus, in quos nova Roma immergitur, romanus primatus ac suprema sedis apostolicae potestas in omnes patriarchas et universam ecclesiam, arcis instar munitissimae, ie tuto collocatur et ipso belli periculo altius assurgit et effulget. Quod vero proprium dici potest, si ad iudicia tantum respiciatur, Nestorius, in fastigio summae dignitatis, e throno patriarchali ad synodum reus sistitur; Eutyches, homo obscurus, iam pene sepolitus. extraque hominum commercia positus, eadem attingiter potestate; Acacius autem permanenti subest iudicio Ecclesiae, dispersae quidem, sed in apostolico throno, quasi coactae semper et sedentis in perpetuum. Adde aliam de tribus Capitulis disceptationem, de qua fortasse neque abstinere nos omnino fas erit, ut potestatem Ecclesiae iuridicam videas etiam ad defunctos, aut saltem, iniactis personis, ad scripta, ad sermones et libros, nemine iam negante, pertingere.

III. Nestorius, « videri potius quam esse christianus, et suam potius quam Christi gloriam quaerere studens 1), » ab Antiochia, ut alter Chrysostomus, Constantinopolim accersitus, eam sibi laudem affectatae virtutis fecerat, ut ab ipso S. Coelestino, cui notam facere suam ordinationem haud emiserat, haec verba recipere contigerit: « Tanta enim ante opinione vixisti, ut tuis te aliena civitas invideret 2). » Ac primum variis sectis Byzantii pullulantibus bellum indixit acerrimum, « omnium haereseon blasphemias insectatus, ut uni suae haeresi aditum patefaceret 3). » Anno enim nondum elapso, in magna ecclesia virus erupit, quod novus haereticus publice in Deiparam evomuit. Primus quidem monachus, synaxi nondum peracta, palam protestatus est, ac mox caeteri monachi, senatusque ac populi maxima pars Nestorii se communione pollui non sustinuerunt. Quae quum ad Coelestinum pervenissent, ab ipso S. Cyrillus commissus est, ut de re tam incredibili inquireret, moneretque Nestorium. Palam omnibus erat, id quod clare Cyrillus in responso statuit: « Vetus ecclesiarum consuetudo, ait, suadet, ut eiusmodi res cum sanctitate tua communicetur 4). » Binis Cyrilli monitus litteris, summoque iudici delatus Nestorius, aut fraude aut vi ita respondit, ut in romana synodo an. 430, iure damnaretur, decem dierum spatio ad resipiscendum praescripto per litteras, quae pro dignitate argumenti et scribentis auctoritate, divinae appellatae sunt. 5). Ut sententia executioni mandaretur, ac sedis apostolicae decretum sua muniretur solemnitate, quatuor episcopi a Cyrillo et synodo alexandrina Constantinopolim missi sunt, quum episcopi, in primis sedium maiorum, quum ad iudicium vocandi essent, per tres saltem episcopos conveniri solerent. « Die dominico, inquiunt deputati, cum synaxis ageretur, ad episcopale palatium ascendimus, ibidemque, toto praesente clero, multisque ex illustribus astantibus, litteras Coelestini pontificis Nestorio tradidimus 6). » Qui ad incitas adactus. post tres induciarum dies, nibil respondit; sed rem eo de-

1) *Studens*. Theodoret. de fabulis haeret. l. IV.
2) *Invideret*. Epist. XIII. Constant. col. 1115.
3) *Patefaceret*. Vincent. Lirin. *Commonitor*. c. 16.
4) *Communicetur* Epist. VIII. Constant. col. 1087.
5) *Sunt*. Evagr Hist. eccl. lib. I, c 4.
6) *Tradidimus*. conc. Eph. act. I, Mansi IV, 1069.

duxit, ut interpellanti Theodosio imperatori, Coelestinus concederet synodum oecumenicam Ephesi convocari. Cui idem solus praefuit, ipso Balsamone 1) confitente, per quatuor legatos, quorum primus, tam iure sedis suae, quam legationis, Cyrillus fuit. Aperta synodo plusquam CC episcoporum, in ecclesia sanctissimae Θεοτόκου Mariae, sacro Dei evangelio in media et conspicua sede posito quasi in throno, Nestorius triplici et solemni quatuor episcoporum monitione convocatus, contumaciter restitit. Lectae sunt Coelestini litterae, magnis omnium plausibus exceptae. Recitatum nicaenae fidei symbolum. Auditae, referentibus testibus, quas evomuerat haereticus blasphemias. Recitati ipsius quaterniones. Tum demum exauctorationis et excommunicationis sententiam Patres unanimi ore tulerunt, coacti, ut eorum verbia utor, « per sacros canones, et epistolam sanctissimi patris et comministri Coelestini Romanae ecclesiae episcopi, lacrymis subinde perfusi, ad hanc lugubrem contra eum sententiam necessario venimus. Igitur Dominus noster, quem suis ille blasphemis vocibus impetivit, per sanctissimam hanc synodum, eumdem Nestorium episcopali dignitate privatum et ab universo sacerdotum consortio alienum esse definivit 2). » Quae cum in prima actione completa fuerint, et in sequentibus semel et iterum confirmata, quatuor legatis considentibus, multa addi de Ioanne antiocheno oportuit, inter quae, ac si caveretur ne ulla sedes patriarchalis aliquid non conferret maiestati romanae, audita est Iuvenalis Hierosolymitani sententia, aureis, ut quidam ait rectissime, scribenda litteris: « Oportebat Ioannem Antiochiae episcopum confestim occurrere, ut de illis quae ei obiiciuntur, se purgaret ad apostolicam sedem magnae Romae nobiscum considentem, apud quam maxime mos est ex apostolico ordine et traditione, ut ipsa sedes antiochena dirigatur et iudicetur 3). » Superatis demum post multas concertationes tum Ephesi, tum Constantinopoli adversariis, missa legatione ad Coelestinum, tanquam prostratae haereseos iudicem, ut rectae fidei triumphus apostolica sede stabiliretur et orbi universo renuntiaretur, de Nestorio conclamatum est 4). Nomen publica lege funestatum, nota gregalibus inusta, combusti libri, conventus exterminati. Accessit demum irati numinis iustitia, cum Dei et hominum Matris inimicus, in monasterium suum S. Euprepii primum relegatus, inde in teterrimam solitudinem oasenam, multa nequicquam passus ob mutata saepius exilia, obstinate obriguisset, donec lingua vermibus exesa, et toto computrescente corpore, anno CDXXXVI, vitam cum inferis commutaret. Nedum vero pestis cum illo extingueretur, ad nos usque pervenit, et in toto iam Oriente per millia hominum agmina grassatur.

1) *Balsamone*. In Schol. ad Nomoc. tit. VIII, c. 1. Diligentissimus licet, Cotelerius hic oberravit bis in eadem chorda, quum eadem titulo IX assignet, easque velit esse ipsius Photii, quae certe Balsamoni restituenda sunt. Caeterum dignissima quae hic recitentur: « Huius temporis (saec. XIII) Patriarcha Alexandrinus ius habet, ut cum phrygio celebret. Habuit autem hanc facultatem S. Cyrillus Alexandrinus a romano papa Coelestino, quando coacta est ephesina synodus adversus Nestorium. Cum non posset Coelestinus adesse Ephesi, et iudicare Nestorium, visum est, ut sancto Cyrillo a Coelestino permitteretur huic synodo praesidere, utque constaret eum habere ius et potestatem papae, sedit cum phrygio et condemnavit Nestorium (Iustell. p. 933, Rhalli t. 1, p. 149.). » Mos quoque videtur inde inoluisse, ut etiamnunc schismatici patriarchae Alexandrini se iudices oecumenicos in publicis monumentis signare non dubitent.

2) *Definivit*. Mansi IV, 1211.

3) *Iudicetur*. Ib. 1312.

4) *Est*. De perpetuo cultu B. M. Virginis, ac praecipue de titulo θεοτόκου ab omni aevo ante synodum ephesinam, eidem Dei genitrici concesso solemnius, memini me, dum iunior essem et in minoribus, scribere quaedam in diario gallice inscripto: *Auxiliaire catholique* t. III, p. 14, februar. 1846, et inde quot nova et vetera id genus in lucem eruperunt!

Scena autem nestoriana ideo ad nostram proxime palaestram accedit, quod praeter solemnem tanti iudicii formam et totius tractandae rei rationem, ephesina synodus nonnullos de disciplina ecclesiastica canones condidit, de quibus in superiori tomo egimus Cyprios ab antiochena sede vindicavit immunes, id quod Ioannis arrogantia aegerrime tulit. Quod modo dixi desiderari Attici et Sisinnii de Messalianis decretum, ipsa aut illud renovasse videtur, aut confirmavisse. Binas in Thracia civitates sub uno episcopo ex antiqua consuetudine permisit constitui, ut Nestorianos amoveret, atque simul ambitum retunderet constantinopolitanum. Tum etiam Iuvenalis Hierosolymitani, multa moventis molimina ut iura caesariensis metropolitae sibi arrogaret, expunxit commentitia scripta, iussu, ut videtur, sedis apostolicae, referente Cyrillo 1). Huius demum sunt XII anathematismi, in quibus pene totius controversiae cardo vertitur, eo minus hic omittendi silentio, quod multi ex nostris codicibus iuridicis eos ex integro conticere solent 2). Eo ipso igitur quod sedes apostolica synodi ephesinae acta confirmaret, magna Roma supra omnes patriarchatus sublimior emicuit, et, oppresso fasto byzantino, alio Hierosolymitanorum molimine, Antiocheno haud leviter imminuito, neque a censuris expedito, sola sedes alexandrina tum a praestantis magni Cyrilli, tum a luce romana plurimum splendorem accepit.

V. At bellum exarsisse denuo, qua prima data occasione, nemo mirabitur. Classicum inflavit e sepolchro Eutyches abbas, qui quum iacere se in oecte gloriaretur, elancolum verba et libellos nova lue infectos in orbem et orbem effundebat. Delatus ab Eusebio Dorylaeo ad synodum constantinopolitanam, terque monitus frustra, convictus et confessus, a praeside Flaviano caeterisque episcopis et archimandritis damnatus est. Inde monachorum lacrymae, aulicorum turbae, eunuchorum technae plurimae, quas uno ictu disiecit et compressit tomus Leonis ad Flavianum, palmaris illa epistola, quae regula mansit et norma ad catholicae fidei mysterium de incarnatione Christi explicandum. De Eutychete actum erat, qui paulo post vix non sepelitur. Sed in scenam alium ipse introduxisse videtur, hominem animo usque ad ferociam tumentem et prae omnibus tumultuosum, Dioscorum Alexandrinum. Is, Chrysaphio eunucho agente, ab imperatore praeses eligitur synodi iterum Ephesi coactae, in qua quidquid humani divinique iuris erat, conculcavit, ut, absoluto Eutychete, episcopos orthodoxos destitueret: quorum dux Flavianus, verberibus ac plagis confossus, calcibus impetitus a Dioscoro, in carcere aut in exilio spiritum Domino tradidit. Tum Anatolius, diaconus Alexandrinus, in martyris sedem subrogatus, et Maximus in Domni Antiocheni locum, et alii in aliorum; nihil non Dioscoro cedit, nihil non tyranni more agitur, nihil vetat quin dicatur non tantum oecumenicus iudex, sed patriarcha universalis. Tam civitati quam Ecclesiae infensus, etiam imperium affectat; frumenta distribui prohibet, laureatas disturbat imagines, praedia domosque excidit, monasteriorum ac pauperum spolia in theatricas personas effundit; adde caedes, incendia, adulteria, origenianam haeresin; antichristus erit potius quam tyrannus. Eo enim amentiae venit ut, orbis licet universus cohorruerit, teste aequali Liberato, execrabilem in Romanum pontificem sententiam ferre voluisset 3). Dum omnia metu trepidarent, soli imperterrite Ephesi obstiterant legati romani, solus supremus et uni-

1) *Cyrillo.* Silent quidem acta ephesina; totam vero huius rei seriem docet Leonis epist. LXII.

2) *Solent.* Cf. Rhalli t. IV, p. 405.

3) *Voluisset.* Cf. Catalan. *Concil.* 1. 235.

versalis 1) antistes fidem prostratam restituit, ad quem iure suo S. Flavianes, Theodoretus, caeterique oppressi provocaverant. Favente demum nuvo imperatore Marciano cum sancta virgiee Pelcheria, Leo Magnus legitimem synodnm indixit, legatosque misit, par quos ipse chalcedunensi concilio DCXXX patrum praefuit. Aderat quoqee imperator, immo et Pelcheria, sed quod ipsorum testimonio constat, non ut iudices, verum ut canoeem custodes pacisque moderatores. Adfuerunt, nec sine multa pompa, senatures, patricii, aliique illestres, sed ipsi se doceri ab episcopis debere clamant, eorumque unicum munes esse comprimendi inconditos tumeltus. Lectis, haud vero examinatis 2), Leonis ad Flavianum litteris, per eamdem romanam sententiam, uti Nestorius paulo ante, ita deiectus Diuscorus, sacerdotio abdicatur, tum demum Gangris in Psphlagonia exulare iussus. Ab haeretice dementia minime eum destitisse fidem faciant novissima quaedam scripta, Constantinopoli asservata, quorum ego, post sanctum Nicephorum, quaedam publici ieris feci, unde ietelligiter « stolidos et impuros Eetychis asseclas in hoc convicium ivisse, Christum ex duabus esteris esse, sed vocem *in duabus* eem esse, omnino reiicientes 3). » Sane, dem ab illu Cyrilli fastigio ad istam Dioscori ignomiciam sedes alexandrina dilaberetur, absude erat, thronum Constantinopolitanem purpura S. Flaviani, ab exilio in triumphum relati, honestari, quin Anatolius, haud siee fraude, uteretur opportuna fortuna, et canones suos sobreptitios, de qeibus suo loco satis, inter chalcedonensiem decreta ietroduceret 4).

V. Gennadio successit Acacius, a quu seriem rerum leviter interruptam, repetere lubet. Nihil ille omisit ut canonem XXVIII chalcedunensem, sub Marcianu, Leone papa instaeta, antiquatum, ope Zenonis imperatoris instauraret, ac lege publica mueiret, quae lata est a. 477, sed postea aut abrogata aut temperata feit 5). Melius sedi et famae consuluisset suae, si, ut Basilisco et Timutheo Aeluro streeue restiterat, ita Zenonis ἑνωτικὸν repulisset, chalcedonensi coecilio iniuriosum, profanamque communionem Petri Mongi Alexandriei et Petri Fullunis Antiocheei repudiasset. Sed qeale fidei periculem, et recte sentientibus scandala quot et quanta, quum e culmine caesareae tyrannidis haeresi ed infimam usqee plebem grassaete, tribusque simul orientalium patriarchis exitiali triemviratu in commuee excidiem Ecclesiae conspirantibus, Acacio, Fullone, Mungo, aeqeali fraudum et scelerum eequitia certantibus, orbis catholicus se prope totum videri haereticum obstupesceret! At ueus vir fuit, qui labescentis orbis Ecclesiae pondus ie se suscepit solus atque sustinuit, Felix ille tertius, Aniciorum stemmate dignus, neque impar qui

1) *Universalis*. Hunc titulum confert concilium chalcedonense, de quo vid. Catalan. t. 1, p. 251, et Orsi Hist. eccles. lib. XLIV, §. 57

2) *Examinatis*. Nota sunt quas egregie scripserunt adversus Quesnellum et Natalem Alexandrum de hoc argumento Ballerini et alii.

3) *Reiicientes*. Verba sunt Nicephori in *Antirrh. adv. Epiphanid.* ad calc. V. *Spicil. Solesm.* t. IV, p. 380. Primus hunc locum Lequienius animadvertit, ac de eo meminit in *Orient. chr.* t. II, col. 411. Eumdem dedit Maius in *Script. vet.* t. VII, p. 289.

4) *Introduceret*. Ad haec Catalanus solito animosior: « En Rhodus, en saltus, en acerrimas controversias alea, in qua classicum canentes haeretici aeque ac schismatici de potestissimo ac singulari primatu romani pontificis lam esse conclamatum, temere effutiunt, suisque protestantibus et graeculis venditant. Verum quam immerito exultent, misereque hallucinentur, patet primom ex turpi vafritia, doloque malo ambitiosissimi Anatolii patriarchae CP. qui una cum reliquis suis orientalibus, quos graeca arte seduxerat, ad primatum suae ecclesiae comparandum, legatis absentibus ac repugnantibus, famosum illum canonem constitui atque decerni conatus est, cuius canonis insignes errores falsitatesque prodigiosas egregie dissolvit, detegitque in ipsius canonis scholio Lupus eruditissimus, aliique clarissimi passim scriptores. » Catalan. p. 1, p. 412.

5) *Fuit*. Vide plura inferius ubi de Iustiniano.

Gregorii magni atavus salutatur. Frustra tenebris ac retibus fraus acaciana obvolvit, tegitque. Frustra effusa Zenonis potentia bacchatur. Frustra id quod multo gravius fuit et ad indignationem eaque commoveret, semel et iterum vel romani legati ignominiosa proditione labuntur. Optimus ac Maximus Pontifex, et prudentia, quam nemo in temeritatem verterit, et fortitudine flecti nescia haud satis laudandus, post quinque annorum inducias et quatuor synodos Romae cum nobilissima episcoporum frequentia habitis, uti Petrum iam utrumque, Antiochenum et Alexandrinum, ita prorsus e catholica expulit 1) ecclesia Acacium Constantinopolitanum. Longum inde schisma Acacianum oritur, ab illa coeptum sententia quae pro sua dignitate et maiestate vere romana hic recitanda merito censebitur:

« Acacius, qui secundo a nobis admonitus, statutorum salubrium non destitit esse contemptor, meque in meis credidit esse carcerizandum: hunc Deus, coelitus prolata sententia, de sacerdotio fecit extorrem. Ergo si quis episcopus, clericus, monachus et laicus, post hanc denuntiationem eidem communicaverit, anathema sit, Spiritu sancto exsequente 2).» A. 489, Acacius « sub damnatione moritur 3). »

Acacio suffectum Fravitam vafre cum Felice papa egisse, Theophanes narrat, quum simul scripserit se sine romano episcopo nolle in thronum conscendere, monueritque eodem in tempore Petrum Mongum se cum eo communionem habiturum: de quibus litteris, quas Evagrius legerat, Felix certior factus, nullo honore eius nuntios habuit. Fravita, post tres menses, locum Euphemio cessit, Euphemius Macedonio, a. 490. Novissimi duo et sincerius quam caeteri romanam communionem ambierunt, et si quid ex hac parte defuit, fortasse suppleverunt acerbitate exilii, quod pro recta fide tuenda ambo sustinuerunt.

Macedonio, S. Gennadii nepote, amoto, Timotheus quidam, non solum haeresi, sed pessimis facinoribus infamis, sedem sex annis polluit, donec, Deo meliora providente, Ioannes, cognomento Cappadox, a. 517, Iustino summa rerum potito, Chrysostomi throno quoddam restituit decus. In sacris ecclesiae tabulis reposita nomina sunt patrum chalcedonensium, Leonis Magni et romanorum antistitum, quin et Euphemii atque Macedonii 4), orthodoxorum praesulum. Epistolae synodales, in quibus Ioannes, cum episcopis XL, pacem cum Hormisda pepigit, certissimae tres sunt; cur vero latine tantum extent, graecam intelligenti varietatem nihil mirandum. At graece supersunt acta synodi constantinopolitanae episcoporum, a. 518, in qua mirum in modum erumpit ex imis populi christiani visceribus quaedam vis latens et imperiosa, quae, ut iudicium nunquam, ita semper testimonium fuit validissimum. Eadem quippe vox populi, per omnes Arianorum, Nestorianorum, Eutychianorum tumultus, altius et efficacius insonuit, quam aulicorum susurri; pressit eunuchorum voces effeminatas; scribarum et pharisaeorum contudit blasphemias. Quae apud Ephesios trepide multitudo ante fores concilii

1) *Expulit*. In II tomo *Epistolarum Pontificiarum* typis parato cl. Petrus Custantius egregie struxerat Felicis III vindicias, ac iterato gestorum litterarumque examine, Valesii, Pagii, aliorumque argumentis non spretis quidem, sed in medio relictis, alia proferebat et graviora et plura, quae rem omnino persuaderent. Quae utinam iniqua temporis edacitate penitus non tollantur!

2) *Exsequente*. Iac. Sirmondus post appendicem cod. Theodosiani sententiam primum edidit.

3) *Moritur*. Chronic. Victor. Tunnensis ad h. annum.

4) *Macedonii*. Quandonam et quomodo haec duo nomina sive in oriente, sive Constantinopoli in diptycha recepta fuerint, prolixe post Pagium et alios refert Assemanus t. III, p. 100-116.

excubins agebat; qnae, damnato Nestorio, una voce clamabat cecidisse fidei inimicum; quae egredientes ab ecclesia patres deduxit cum lampadibus, accensis per compita facibus, mulieribus prae laetitia adolentibus thymiamata cum thuribulis, plebs eadem christiana similem adversus Eutychianos impetum Constantinopeli direxit, ultimumque ab eis retulit egitque triumphum.

Die dominica, mensis Iulii XV, dum in magna ecclesia, ab initio synaxeos, solemnis ageretur εἴσοδος, stante Ioanne patriarcha cum clero circa ambonem, subitae voces a populo factae sunt: «Multi anni patriarchae! Multi anni imperatoris! Multi anni Augustae! Multi anni patriarchae! Excommunicati quare manemus? Per tam multos annos quare non communicamus? Ex tuis manibus communicare volumus. Εἰς! ascende in ambonem. Εἰς! persuade populo. Per multos annos communicare volumus. Orthodoxus es, quem times, o digne Trinitate? .. Sanctam synodum modo praedica ... Sancta Maria Θεοτόκος! Sancta synodus hoc dicit ... Orthodoxus regnat. Quem times? Vincit fides imperatoris, vincit fides Augustae ... Fides est, non licet theoriae indulgere. O fratres christiani, una anima! Iustine auguste, tu vincas! Si fidem amas, Severum anathematiza. Εἰς, εἰς obtestor! Εἰς traho te. Εἰς claudo portas ...» Et sic per plures horas, aiente plebe usque ad seram manere se, donec Ioannes, votis in eo annuerit quod synaxim ad celebrandam chalcedonensium patrum memoriam in alteram diem indiceret. In qua plausus iidem et repetitae voces: «Synodica romano modo valeant! Novi Ioannis multi anni! Quatuer synodes diptychis, Leonem episcopum romanum diptychis! Sancta Maria Θεοτόκος Hoc synodus dixit, diptycha amboni! Sic habes Dominum! Modo fer diptycha. Sic habes Augustam! Diptycha modo porta, canones non eiecerunt istos. Εἰς statue! Εἰς statue! Εἰς statue! Et acclamata sunt haec.» Quibus novus patriarcha omnino adhaesit, idque orbi universo renuntiavit, ut non Romano tantum, sed Hierosolymitano et Tyrorum episcopo, fortasse et aliis plenam de pace composita scripserit relationem. Praeclare igitur plebis catholicae fides evicit, ut, damnato Acacio caeterisque Nestorianae atque Eutychianae haereseos propugnatoribus, ecclesia orientalis ad communionem sanctae romanae sedis admitteretur.

Anno enim sequenti 519, in feria V maioris hebdomadae, quum S. Hermisdae legati ab universa plebe et proceribus, cum cereis et plausibus excepti, ac palatium ingressi, libellum fidei romanae obtulissent subscribendum, et subscriptum manu Ioannis patriarchae suscepissent, «a palatio, ut verba ipsorum referam, in ecclesiam summa cum celebritate pervenimus, ut fidei animorumque concordiam solemnis quoque communionis celebritas roboraret. Vix credi potest, quis fletus lactantium, quae immensitas fuerit exundatioque populorum: ipsa suam laetitiam turba mirabatur, nec dubitari poterat manum adfuisse coelestem, quae talem mundo contulit unitatem 1).»

1) *Unitatem*. Mansi VIII, 454, 1058—1065.

VIII.

S. EPIPHANIUS CP.

A. C. 520–535.

I. Defuncto Ioanni Cappadoci successit Epiphanius, cui S. Hormisdes papa suas vices committere non dubitavit, ut inita pacis foedera firmaret, ac caeteras Antiochiae et Alexandriae ecclesias ad fidem et unitatem reduceret. Quem ad finem haud parum profuit spectaculum hactenus in toto oriente ineuditum, primum scilicet Romani pontificis iter constantinopolitanum et accessus S. Ioannis papae ad aulam imperatoriam. Id quod Marcellinus comes, coaequalis auctor, his verbis recitat: « Indict. III, Philoxeno et Probo consulibus, Ioannes romanae ecclesiae papa . . . Urbe digressus, Constantinopolim venit; miro honore susceptus est: dexter dexterum ecclesiae insedit solium, diemque Domini nostri resurrectionis plena voce romanis precibus celebravit. » Quos autem sive a praesule byzantino ac caeteris episcopis, sive ab imperatore recepit honores, amplissimae dignitati pares, integrior fortasse continuit liber caeremoniarum aulae Byzantinae, qui mutilus certe et multo serius a Constantino Porphyrogenito editus est 1). Suam interim ecclesiam Epiphanius multa in pace et cum omnium plausu per XV annos rexit, tam imperatori quam pontifici romano gratissimus.

II. Et sedi quidem apostolicae quantum egregius vir commendaretur, fidem abunde faciunt litterae a S. Hormisda ad eum scriptae, ut gravissima illi negotia totius Orientis committeret, de quibus ad eumdem quatuor sunt Epiphanii relationes in vulgatis conciliis editae, una cum synodica epistola ad suam ordinationem renuntiandam, et sententia adversus Severianos edicta 2). Quam vero acceptus aulae fuerit, testimonia haud obscura suppetunt in novellis Iustiniani, quae ad ipsum missae, quasi publico nominis sui patrocinio honestantur. Quorsum haec enimvero? Etiamne sanctos viros iis qui palatii auram captare iubiarent, exemplum dedisse facilem partem habendi in condendis legibus iustinianeis? Idem quippe de S. Mena, idem de S. Ioanne papa, quorum nomina multis novellis inscribuntur. Quid vero si nomen temere fuerit et ex arbitrio in capite legum positum? Nemo hominum, opinor, id sibi persuasum faciet, leges publicas de praestantissimis Ecclesiae rebus, in ipsa urbe, ubi summi episcopi commorabantur, iisdem inconsultis, editas fuisse, eorumque nominibus ornatas, quin prius non moniti solum fuerint, sed cum ipsis deliberatum sit. Longe aliam populis insedisse opinionem, Epiphanius argumento est, quum in quadam arabica canonum alexandrinorum sylloge palam cieantur *S. Epiphanii patriarchae Constantinopolitani canones XLV*, qui nihil ferme sunt, quam Iustiniani novella VI ad ipsum directa, et ibi in epitome per minutas lacinias distributa 3). Atque illud maxime consideratione di-

1) *Editus.* Notatu dignus est, inter plurima, titulus in publicis litterarum formulis adhibendus, quo solus inter omnes patriarcha romanus ab imperatore nuncupatur *pater spiritualis*. Cf. lib. II, c. 48, p. 396. Ineptit de more suo Reiskius interpres, quum inter sexcenta prorsus ridicula, a vocula βοῦλλα μονοσολδία, arbitetur pontificem uno asse expendi, et mahumedano minoris fieri. Sibimet mentitor, quum alio mox loco scripserit διςολδία de eadem bulla (p. 397), neque viderit in hisce formulis romanum pontificem poni primum ante omnes patriarchas, omnesque reges et principes. Quid plura illi iam bulla dignissimo?

2) *Edicta.* Mansi VII, col. 491, 500, 501, 505, 513, 514, 513, 524, 1029, 1137.

3) *Distributa.* Assem. Bibl. orient. t. 1, p. 619, in

gnum est, quum summa inter facinora quae a byzantinis praesulibus cautius ac delicatius exigi oportuerit, vix aliud sit quod maiorem ac peritiorem circumspectionem ac morositatem desideraverit, quam si operam qualemcumque suam in perficiundo immani illo corpore legum, quas Iustinianus condidit, ultronei aut requisiti, contulerint. Aequum vero est, ne tantae rei sive honore, sive invidia premantur, ut cuique illud tantum rem facesserit, quod adiuncto eius nomine vulgatum est. Quidquid igitur ad sanctum Epiphanium pertinet, totum illud in VII legibus circumscribitur, quas statim recensere licet eo breviori elencho, quod eas, ne una quidem excepta, integras paulo infra rescribendi haud unus fortasse locus erit:

1° Novella III. Ut certus sit numerus clericorum maioris ecclesiae et caeterarum urbis CP. Ἤδη μὲν κοινῷ τε καὶ γενικῷ νόμῳ.

2° Novella V. De monachis et monasteriis et eorum abbatibus. Ὁ ἐν ἀσκήσει μοναχικῇ βίος.

3° Novella VI. Quomodo oporteat episcopos et reliquos clericos ad ordinationem adduci et de expensis ecclesiarum. Μέγιστα τῶν ἐν ἀνθρώποις ἐστὶ δῶρα 1).

4° Novella VII. De non alienandis aut permutandis rebus ecclesiasticis immobilibus aut in specialem hypothecam dandis creditoribus, sed sufficere generales hypothecas. Ἕνα σκόπον ἀεὶ τοῦτον ἔθεμεθα.

5° Cod. lib. 1, tit. III, c. 43. De clericis peregrinantibus et iter Constantinopolim agentibus. Πᾶσαν ἀεὶ ποιούμενοι πρόνοιαν.

6° Cod. lib. 1, tit. IV c. 34. Ne clerici quocumque alearum genere ludant. Σφόδρα πιστεύομεν.

7° Basilicor. lib. 1, tit. 1, c. 7. Decretum de abolendis sectis Nestorii et Eutychis. Γινώσκειν βουλόμενοι τὴν σὴν ἁγιωσύνην.

III. Ἐκθέσεις praeterea duae sunt, de quibus dicere vacat. Priorem nobis integram obtulit unicus codex mosquensis 148, rudi et indiliganti manu saeculi XV scriptus, in recenti quidem charta, aevo tamen exesa iam et madore infecta; in quo, inter multa partim canonica, miscellanea partim, emicuit hoc lemma fol. 174: Ἐπιφανίου ἀρχιεπισκόπου ἔκθεσις κανονικὴ περὶ κλήρου καταστάσεως. Cuncta dum describerem, in LXII brevissimos dispertita canones, facile intellexi plura alias dici aut Basilii aut Nicephori, nec pauca valde dubia. Alius interea codex vaticanus inter ottobonianos 160, f. 74, aliquid obtulit simile sub hac epigraphe: Ἐπιφανίου ἀρχιεπισκόπου Κύπρου, sed quindecim tantum erant regulae, nec nisi ab initio nonnullis superioribus consentaneae. Tum oculum iam quisque ad id posuerit, quod auctor in mosquensi non Byzantinus dicitur, in vaticano vero diserte Cyprius. Haud quidem aegre adducor, ut opiner ex compendio ΚΠ. natum esse Κύπρου; etenim mox alio defungar exemplo, in quo Cyprius cum constantinopolitano male confunditur. Verum uterque codex non solum est recentissimae fabricae, sed accensendus tritis et cariosis istis patrum spiritualium sarcinulis, quas nemo sine multo fastidio excutiet. Satis igitur sit initia hic dare, dum caetera lubet cum similibus canonariis in alium et proximum reservare locum.

cod. a. 1572.—Bibl. iur. O. t. II, p. 185, 304; III p. 143, ubi concordia cum novella asseritur, demptis tamen pluribus et aliis additis.

1) δῶρα Versionis arabicae, quae nomine Epiphanii inscribitur, ita apud Assemanum incipit: «Magna sunt et praeclara Dei dona. Oportet autem eum qui creandus est episcopus, testimonium habere de vita, utrum bona sit et continens: neque sit officialis vel curialis conditionis, sed a tenera aetate institutum amplexus monasticum, etc.» Ex prooemio graeco prima tantum verba sunt, quae statim excipit epitome capitis 1: ὅτι δεῖ τις ἐπὶ χειροτονίαν ἐπίσκοπος ἄγοιτο, ubi paucis mutatis, etiam legitur: Πλὴν εἰ μὴ ἐκ νέας ἡλικίας, κατὰ τὸ ἤδη διατυπωθὲν, ἐν μοναστηρίῳ καταλεγεὶς ἐλευθερώθη τῆς τύχης. quibus a tempore Iustiniani iam vetus et solemnis lex dicitur, qua episcopi in Oriente monachi esse consueverunt. Neque omittendum quod in fine novellae notatur, similia exemplaria missa fuisse ad Alexandrinum patriarcham, ad Ephraemium Antiochenum, ad Petrum Hierosolymitanum et Ioannem praetorii praefectum.

IV. Gravioris videtur momenti alia ἔκθεσις πρωτοκλισιῶν, quae iam saeculo X eam adepta fuerat celebritatem, ut digne censeretur, quae accederet ad nobilissimum Constantini Porphyrogeniti syntagma de caeremoniis aulae byzantinae, inter multa selectissima veterum monumenta, ex quibus coaluisse videtur magna quaedam rerum sacrarum et profanarum bibliotheca. Minus sincera etiamsi ecthesis nostra sit, vetustior facile erit innumeris ecclesiarum nomenclatoris quae ubi vis occurrunt priscas inter membranas et chartas. Tam antiquissimae omnium quam caeteris illud commune est, quod nemo casu evenisse somniabitur, primo scilicet in loco, ut caput Ecclesiae, et ante omnes tam Orientis quam Occidentis praesules, praeeminere Romanum Pontificem. Et erit fortasse qui suspicetur, qualecumque orbis christiani schema opportune describi ab Epiphanio potuisse, quum summus hierarcha S. Ioannes II novam Romam primum maiestate sua decoraret, ut posita sub oculis eius tabula sedium orientalium, suprema eiusdem auctoritate sanciretur. Interea ut ego soleo singulas res exponere candide, haud dissimulaverim tum hactenus unicum innotuisse codicem, haud ita veterem, in bibliotheca lipsiensis senatus, inter amerbachianos asservatum; deinde Epiphanium dici *Cyprium*, Assemano iubente ut absque dubio vox compendio mutila mutetur in *Constantinopolitanum*; praeterea vulneratum esse elenchum ingenti lacuna in medio, et maiore fortasse in fine; denique ad ultimum usque marginem libri constantiniani ita reiectum fuisse, ut appendicis instar adventitiae a multis haberetur. Quibus perpensis, utramque ἔκθεσιν, quoad summa capita, graece tantum hic dabo et minuto charactere, ne omnino ea pereant quae in paucis et raris codicibus ad nos usque pervenerunt.

I.

Ἐπιφανίου ἀρχιεπισκόπου 1) ἔκθεσις κανονικὴ περὶ κλήρου καταστάσεως.

Κληρικοὺς 2) οὐκ ἄλλως συγχωροῦμεν χειροτονεῖσθαι 3), εἰ μὴ γράμματα ἴσασι, καὶ ὀρθὴν πίστιν καὶ βίον σεμνὸν ἔχουσι, καὶ μὴ τὸν ἀπηγορευμένον 4) τῷ νόμῳ, καὶ κατὰ τοὺς θείους κανόνας λαμβάνουσι γάμον.

Πρεσβύτερον δὲ ἐλάττονα λ' χρόνων 5) οὐκ ἐπιτρέπομεν, οὐδὲ διάκονον 6) ἥττονα κε' ἐνιαυτῶν, ἀλλ' οὐδὲ ἀναγνώστην ἐλάττονα τῶν κ' χρόνων· διακόνισσα δὲ 7) ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ μὴ χειροτονείσθω ἔλαττον τῶν μ' χρόνων ἢ εἰς δεύτερον ἐλθοῦσα γάμον.

Μὴ ἄλλως δὲ χειροτονείσθω διάκονος ἄγαμος, εἰ μὴ πρότερον ἐπαγγέλληται τὸ δύνασθαι καὶ χωρὶς νομίμου γαμετῆς σεμνῶς βιοῦν, μὴ δυναμένου τοῦ χειροτονοῦντος ἐπιτρέπειν τὸν τοιοῦτον μετὰ τὴν χειροτονίαν γαμετὴν λαμβάνειν. Εἰ δὲ τοῦτο συμβαίη, ἐκβαλλέσθω τῆς ἐπισκοπῆς ὁ ἐπίσκοπος, ὡσαύτως καὶ ὁ χειροτονηθείς, εἴτε πρεσβύτερος ἢ διάκονος, ἐκβαλλέσθω τοῦ κλήρου.

Εἰ δὲ ἀναγνώστης δευτέραν γυναῖκα ἀγάγηται, ἢ μίαν μέν, χήραν δέ, εἰς μείζονα βαθμὸν μὴ προαχθῇ· εἰ δὲ προαχθῇ, ἐκβαλλέσθω τοῦ βαθμοῦ, καὶ τῇ τάξει τῆς ἀναγνωστικῆς ἐνταττέσθω καθ' ἃ ἦν καὶ τὸ πρότερον.

Πᾶσι τοῖς λαϊκοῖς ἐπιτάττομεν 8) μὴ λίτας δίχα τοῦ εὐλαβεστάτου κληρικοῦ 9) ποιεῖν· ποία γὰρ λιτή ἐστιν, ἐφ' ἧς οὐκ ἔστιν ἱερεύς 10);

Πρεσβύτερος ἢ διάκονος ψευδομαρτυρήσας γ' ἔτη χωριζέσθω τῆς λειτουργίας, καὶ ἐν τῷ μοναστηρίῳ οἰκείτω. Εἰ δὲ ἐπὶ ἐγκληματικῇ αἰτίᾳ ψευδομαρτυρήσει, γυμνούσθω καὶ τοῦ κλήρου, καὶ τιμωρείσθω ὡσαύτως καὶ οἱ ἕτεροι κληρικοὶ ἐν τοιαύτῃ αἰτίᾳ ψευδομαρτυρήσαντες.

1) Ἐπιφανίου ἀρχ. κύπρου, nec plura ottobon. — 2) κληρικοῖς id. cf. nov. VI, c, 4, 5. — 3) γενέσθαι ottobon. — 4) ἀπηγορευμένον mosquens. — 5) ἀπὸ τῶν λ' χρ ottob. cf. trullan. can. 14 et 15. — 6) ἀλλ' οὐδὲ διάκονον, ἢ τινος (sic) τῶν ἐκκλησιαστικῶν τῶν κε' χρόνων, οὐδὲ ottob. — 7) διακόνισσαν δὲ ε. τ. ε. μὴ χειροτονεῖν ε. τ. μ' ἐτῶν, εἰ εἰς β' ἐλθῇ γάμον idem, in quo sequentes duae pericopae omittuntur. Cf. trullan. can. 6 ad eadem. — 8) ἀπηγορεύομεν τὰς λίτας ottobon. cf. trullan. 31, 59 conc. CP. AB. 12. — 9) κλήρου ottob. — 10) ἐν ᾗ ἱερεῖς οὐκ εὑρίσκονται. id. sequentibus ibid. omissis. — 11) ἡγεῖσθαι μοναστηρίου ψηφ. ἀπὸ τῶν μοναχῶν id. — 12) μὴ πάντως ὁ πρῶτος κατὰ τὸν σταθμόν, ἀλλ' ὁ χρηστὸς τὸν βίον id. Solus ottobonianus addit: ὁ ἀπὸ μοναστηρίου ἐξελθὼν ἡγούμενος καὶ εἰς ἕτερον μοναστήριον πηδῶν, οὐκ ἔξεστιν αὐτὸν ἐνθρονίζειν εἰς ἄλλην ἐκκλησίαν, διὰ τὸν κανόνα τῶν διγαμούντων, καὶ ὁ χειροτονῶν τῷ αὐτῷ ὑπόκειται κανόνι τῶν πόρνων. — 13) Μοναχὸς ἀπὸ μοναστηρίου εἰς ἕτερον μοναστήριον ἐλθών, τὰ πρόσω τὰ οἰκεῖα παρασκευάζῃ (codex

Ὁ μέλλων ἡγεμονεύσαι μοναχῶν 11), ὑπ' αὐτῶν ψηφιζέσθω· μὴ ἐξ ἀνάγκης ὁ τρόπος τούτου ᾖ, ἀλλ' ἡ χρηστότης ἔστω τοῦ τρόπου 12).

Τοῦ ἐξ ἑτέρας μονῆς εἰς ἄλλην μετελθόντος τῇ προτέρῃ μονῇ τὰ τούτου ἰδιοκτητα κυροῦσθαι ὀφείλουσιν 13).

Ὁ ἀπὸ μοναχοῦ γενόμενος κοσμικός, μεθ' ἂν ἐκεκτήσατο εἰς ἕτερον ὑποβαλλέσθω 14) μοναστήριον· εἰ δὲ πάλιν γένηται κοσμικός, τῇ τάξει παραδοθήτω 15).

Εἰς ἰδιωτικὸν οἶκον ἱερὰ λειτουργία μὴ γινέσθω, ἢ ἕτερόν τι πρὸς ἱερατικὴν ἀποβλέπον κατάστασιν, εἰ μὴ πρότερον αἰτηθεὶς ὁ τοῦ τόπου ἐπίσκοπος ἐπιτρέψῃ τοῖς κληρικοῖς τοῦτο ποιῆσαι. Εἰ δὲ παρὰ ταῦτα γένηται, ὁ μὲν οἶκος καὶ ὁ τούτου κύριος διαμενέτωσαν ὑπὸ τὴν βασιλικὴν ἀγανάκτησιν, ὁ δὲ ἱερεὺς ἀφοριζέσθω.

Ἰουδαῖος [εἰ] διὰ ἔγκλημα ἢ χρέος χριστιανὸς θέλει γενέσθαι 16), αἰτῶν, ὡς ἂν διὰ τούτου τῶν τοιούτων ἐκφύγῃ, μὴ προσδεχέσθω, πρὶν ἀνεύθυνος φανῇ, καὶ τοῦ ζητουμένου ἐπιτύχῃ 17).

Μηδεὶς ἐπίσκοπος ἢ μοναχὸς ἢ κληρικὸς ἢ ἐκλήπτωρ ἢ διοικητὴς δημοσίας ἢ ἐκμισθωτὴς ἀλλοτρίων κτήσεων ἢ κουράτωρ οἴκου ἢ ἐντολεὺς δίκης ἢ ἐγγυητής, εἰ ἔχει βαθμὸν ἱερωσύνης οἷον δή τινα· μόνοις γὰρ τοῖς ἱερατικοῖς πράγμασιν ἔξεστι αὐτοῖς φροντίζειν.

Κληρικὸς μὴ ταυλιζέσθω, μηδὲ κοινωνείτω ταυλίζοντι, μήτε θεωρίαις παραβαλλέτω, ἐπεὶ εἰς τριετίαν ὀφείλει ἐπιτιμᾶσθαι.

Ὁ ἐπὶ δώροις 18) γενόμενος ἐπίσκοπος καθαιρείσθω, καὶ ἀτιμούσθω μετὰ τοῦ χειροτονήσαντος αὐτὸν ὡσαύτως καὶ ἱερεὺς ἢ κληρικὸς ἐκπιπτέτωσαν τῆς ἱερωσύνης.

Μὴ συνδιαγέτωσαν 19) ἀλλήλοις οἱ μοναχοὶ καὶ αἱ μονάστριαι, ἀλλ' ἀπρόσκοπτοι ἔστωσαν δι' αἰτίαν σκανδάλου· ἐχέτωσαν δὲ ἕνα γέροντα παρὰ τοῦ ἐπισκόπου ἀφωρισμένον εἰς ἀποκρισιάριον, καὶ εἰς μετάδοσιν τῆς ἁγίας κοινωνίας ἕνα πρεσβύτερον, σεμνὸν βίον τυγχάνοντα, μὴ συνδιαιτωμένους ἢ συνοικοῦντας αὐταῖς· Ὁ γὰρ ταῦτα μὴ ἐρευνῶν ἢ ἐπανορθῶν ἐπίσκοπος, κινδυνεύσει παρὰ τὴν τήρησιν.

Οἱ καταπταματισθέντες ἱερεῖς μετὰ τὴν ἔκπτωσιν 20) τῶν ἐπιτιμίων, ἤγουν ἐκπλήρωσιν, ἔχουσιν ἐξουσίαν θυμιᾶσαι καὶ εὐλογῆσαι, μεταδιδόναι τοῖς πιστοῖς, εὐαγγέλιον ἀναγνῶναι, βαπτίσαι, στεφανῶσαι γάμον, καὶ τὸ ὕδωρ τῶν ἁγίων θεοφανίων ἁγιάσαι.

Μοναχὸς στεφανῶσαι γάμον οὐ κωλύεται.

Πρεσβύτερος οὐκ ἔχει ἐξουσίαν δοῦναι τὸ ἀγγελικὸν σχῆμα.

παρασκευάζειν) προσουρωθῆναι. id. — 14) ἐμβαλλέσθαι id. — 15) παραδίδοσθαι id. — Proxime sequentia non extant in eodem, et vix a paulo superioribus differunt. — 16) Ἰουδαῖος διὰ τὸ φυγεῖν ἔγκλημα ἢ χρέος, εἰ καὶ διὰ τοῦτο θέλῃ χριστιανίσαι μὴ προσδεχέσθω. ottob. cf. Nic. II, can. 8. — 17) καὶ τὸ χρέος καταβάλῃ ottobon. qui subdit aliqua tertiae superiori pericopae affinia: Ὁ μήπω πρὸς γάμου κοινωνίαν ἐλθών, καὶ μέλλει χειροτονεῖσθαι διάκονος ἢ ὑποδιάκονος (sic), ὁμολογείτω μένειν ἄγαμος, εἰ κατὰ γνῶσιν τοῦτο ἐστιν. Quae vero in mosquensi sequuntur de curis forensibus et profanis, absunt ab ottoboniano. — 18) ἐπὶ δώρῳ ib. — γεν. ἐπ. ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος καθ. καὶ αὐτὸς ὁ λαμβάνων ἐπὶ τὸ χειροτονεῖσθαι δῶρα. Inde usque in finem ad alia excurrit ottobonianus in hunc modum:

Ὅτι οὐκ ἄξιόν ἐστιν εἰσιέναι τοὺς αἱρετικοὺς εἰς τὰς τῶν ὀρθοδόξων ἐκκλησίας, καὶ μεταδιδόναι τοὺς ὀρθοδόξους ἀρχιερεῖς καὶ ἱερεῖς τῶν ἀχράντων καὶ φρικτῶν μυστηρίων τοῖς αἱρετικοῖς, καὶ τούτους πάλιν τῆς παρ' αὐτῶν θυσίας τοῖς ὀρθοδόξοις, συνεσθίειν τε ἀναμεταξὺ ἀλλήλων τοὺς ὀρθοδόξους καὶ τοὺς αἱρετικούς, καὶ συζεύγνυσθαι (cod. συγξεύγνυσται) τοὺς παῖδας αὐτῶν ἀλλήλοις. Ταῦτα οὖν ὡς ἀνάξια καὶ ἀλλότρια τῆς ὀρθοδόξου πίστεως ἀποβάλλεσθαι καὶ ἀναθεματίζεσθαι. Καὶ λέγει (cod. λεγειν). Αἱρετικοῖς μὴ συγκοινωνεῖτε. Καὶ Αἱρετικὸν ἄνθρωπον μετὰ μίαν καὶ δευτέραν νουθεσίαν παραιτοῦ (Tit. III, 10) Τοῦτο δὲ διὰ τοὺς θείους κανόνας τῶν πανσέπτων καὶ θεοκηρύκων ἀποστόλων οὕτω φάσκειν. Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος κ. τ. ε. (Vide canonem app. XLV). Καὶ πάλιν· Ἐπίσκοπος κ. τ. ε. (can. XLVI.). Μὴ δεῖν τοὺς τῆς ἐκκλησίας διαφόρους (?) πρὸς γάμου (cod. γάμους) κοινωνίαν συνάπτειν προστάσσομεν τὰ ἑαυτῶν παιδία αἱρετικοῖς. Καὶ πάλιν· Οὐ δεῖ κ. τ. ε. (Laod. can. XXXI). Καὶ ὅτι οὐ δεῖ (Laodic. XXXII). Τὸ δὲ τοὺς ὀρθοδόξους ποιεῖν γάμους καὶ συζυγίας ἄξιον. Hactenus Ottobonianus. Plane similia leguntur in alio vaticano 2137, seque recentissimo, anni scilicet 1600, in quo peculiaris sylloge inscribitur, fol. 27: Μαρτυρίαι θεῖαι καὶ ὅροι κατὰ τῶν αἱρετικῶν ἐκτεθεῖσαι παρὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, συνόδων τε ἱερῶν καὶ θεοφόρων πατέρων, et in capitulo singulari: Ἔτι γραφικαὶ μαρτυρίαι περὶ τοῦ μὴ συγκοινωνεῖν τοῖς αἱρετικοῖς. Quae vero ibidem Epiphanio Cyprio tribuuntur, ea iam edidi in superiore tomo p. 422, ubi plura de hisce iubeat inquirere. — 19) συνδιαγέτωσαν. Ad mosquensem codicem redeundum et statim voci satis obscurae offendimus, et quae ad simultates significandas raro usurpatur. — 20) Ἔκπτωσιν. et hanc vocem insolitam ipse notarius glossemate declaravit. Et statim inde imus, nullo discrimine manente, in prolixam seriem canonum, qui uti infra explicabitur, ad varios, maxime ad Nicephorum, in duobus ultimis versibus iam aperte expilatum, pertinent. Haud mirum igitur si aliena tela iam rumpitur.

II.

Ἐπιφανίου ἀρχιεπισκόπου ΚΠ. 1) ἔκθεσις πρωτοκλισιῶν πατριαρχῶν τε καὶ μητροπολιτῶν.

Ὁ πατριάρχης Ῥώμης· ὁ πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως· ὁ πατριάρχης Ἀλεξανδρείας· ὁ πατριάρχης Ἀντιοχείας· ὁ πατριάρχης Ἱεροσολύμων.

Κλῆσις μητροπολιτῶν.

Ἐπαρχίας Καππαδοκίας ὁ Καισαρείας α'.—β'. Ἐπαρχίας Ἀσίας ὁ Ἐφέσου.—γ'. Ἐπαρχίας Εὐρώπης ὁ Ἡρακλείας.—δ'. Ἐπαρχίας Γαλατίας Θρᾴκης ὁ Ἀγκύρας.—ε'. Ἐπαρχίας Ἑλλησπόντου ὁ Κυζίκου.—ς'. Ἐπαρχίας Λυδίας ὁ Σάρδεων.—ζ'. Ἐπαρχίας Βιθυνίας ὁ Νικομηδείας.—η'. Ἐπαρχίας τῆς αὐτῆς ὁ Νικαίας.—θ'. Ἐπαρχίας τῆς αὐτῆς ὁ Χαλκηδόνος.—ι'. Ἐπαρχίας Παμφυλίας ὁ Σίδης.—ια'. Ἐπαρχίας Ἀρμενίας β' ὁ Σεβαστείας 2) —ιβ'. Ἐπαρχίας Ἑλενοπόντου ὁ Ἀμασείας.—ιγ'. Ἐπαρχίας Ἀρμενίας α' ὁ Μελιτηνῆς.—ιδ'. Ἐπαρχίας Καππαδοκίας β' ὁ Τυάνων—ιε'. Ἐπαρχίας Παφλαγονίας ὁ Γαγγρῶν.—ις'. Ἐπαρχίας Ὀνωριάδος ὁ Κλαυδιουπόλεως.—ιζ'. Ἐπαρχίας Πόντου ὁ Νεοκαισαρείας.—ιη'. Ἐπαρχίας Γαλατίας β' ὁ Πισινοῦντος 3).—ιθ'. Ἐπαρχίας Λυκίας ὁ Μύρων.—κ'. Ἐπαρχίας Καρίας ὁ Σταυρουπόλεως 4).—κα'. Ἐπαρχίας Φρυγίας 5) ὁ Λαοδικείας.—κβ'. Ἐπαρχίας Φρυγίας Σαλουταρίας ὁ Συνάδων.—κγ'. Ἐπαρχίας Λυκαονίας ὁ τοῦ Ἰκονίου 6).—κδ'. Ἐπαρχίας Πισιδίας ὁ Ἀντιοχείας.—κε'. Ἐπαρχίας Παμφυλίας ὁ Πέργης.—κς'. Ἐπαρχίας Καππαδοκίας β' ὁ Μωκησσοῦ.—κζ'. Ἐπαρχίας Λαζικῆς ὁ τοῦ Φάσιδος.—κη'. Ἐπαρχίας Θρᾴκης ὁ Φιλιππουπόλεως.—κθ'. Ἐπαρχίας Εὐρώπης 7) ὁ Τραϊανουπόλεως.—λ'. Ἐπαρχίας νήσων Κυκλάδων ὁ Ῥόδου.—λα'. Ἐπαρχίας Ἐμιμόντου 8) ὁ Ἀδριανουπόλεως.—λβ'. Ἐπαρχίας τῆς αὐτῆς ὁ Μαρκιανουπόλεως.—λγ'. Ἐπαρχίας Φρυγίας Πακατιανῆς ὁ Ἱεραπόλεως.

Περὶ τῶν αὐτοκεφάλων ἀρχιεπισκόπων.

Α'. Ἐπαρχίας Μυσίας ὁ Ὀδύσσου 9).—β'. Ἐπαρχίας Σκυθίας ὁ Τομέως.—γ'. Ἐπαρχίας Εὐρώπης ὁ Βιζύης.—δ'. Ἐπαρχίας Παφλαγονίας ὁ Πομπηϊουπόλεως.—ε'. Ἐπαρχίας Ἀσίας ὁ Σμύρνης.—ς'. Ἐπαρχίας Ἰσαυρίας ὁ Λεοντουπόλεως.—ζ'. Ἐπαρχίας Ῥοδόπης ὁ Μαρωνείας.—η'. Ἐπαρχίας Βιθυνίας ὁ Ἀπαμείας.—θ'. Ἐπαρχίας Ῥοδόπης ὁ Μαξιμιανουπόλεως.—ι'. Ἐπαρχίας Γαλατίας β'. ὁ τῶν Γερμίων.—ια'. Ἐπαρχίας Εὐρώπης ὁ Ἀρκαδιουπόλεως.—ιβ'. Ἐπαρχίας Θρᾴκης ὁ Βερόης 10).—ιγ'. Ἐπαρχίας νήσου Λέσβου ὁ Μιτυλήνης.—ιδ'. Ἐπαρχίας Ἑλλησπόντου ὁ τοῦ Παρίου.—ιε'. Ἐπαρχίας Καρίας 11) ὁ Μιλήσου.—ις'. Ἐπαρχίας Θρᾴκης ὁ Νικοπόλεως.—ιζ'. Ἐπαρχίας Νήσου ὁ Προικοννήσου.—ιη'. Ἐπαρχίας Ῥοδόπης ὁ Ἀγχιάλου.—ιθ'. Ἐπαρχίας Εὐρώπης ὁ Σηλυβρίας.—κ'. Ἐπαρχίας Νήσου Λέσβου ὁ Μηθύμνης.—κα'. Ἐπαρχίας Βιθυνίας ὁ Κίου.—κβ'. Ἐπαρχίας Εὐρώπης ὁ Ἄπρων.—κγ'. Ἐπαρχίας Ῥοδόπης ὁ Κυμψάλων 12).—κδ'. Ἐπαρχίας Ζηχίας ὁ Χερσῶνος.—κε'. Ἐπαρχίας Ζηχίας ὁ Βοσπόρου.—κς'. Ἐπαρχίας τῆς αὐτῆς ὁ Νικόψεως.—κζ'. Ἐπαρχίας Ἰσαυρίας ὁ Κοτράδων.—κη'. Ἐπαρχίας Ἑλενοπόντου ὁ Εὐχαΐτων.—κθ'. Ἐπαρχίας νήσων Κυκλάδων ὁ Καρπάθου.—λ'. Ἐπαρχίας Ῥοδόπης ὁ Αἴνου.—λα'. Ἐπαρχίας Εὐρώπης ὁ Δριζηπάρων 13).—λβ'. Ἐπαρχίας Ἐμιμόντου ὁ Μεσημβρίας.—λγ'. Ἐπαρχίας Ἀρμενίας β' ὁ Ἡρακλειουπόλεως.—λδ'. Ἐπαρχίας Ἀβασγίας ὁ Σεβαστουπόλεως 14).

Περὶ ἐπισκόπων ὑποκειμένων.

Ἐπαρχία Καππαδοκίας 15), μητρόπολις Καισαρεία ἔχει ὑπ' αὐτὴν πόλεις κατὰ [ἤτοι?] ἐπισκόπους ε', οἷον τὸν τῶν βασιλικῶν Θερμῶν, τὸν Νύσσης, τὸν Θεοδοσιουπόλεως Ἀρμενίας, τὸν Καμουλιανῶν, τὸν Κισκισσοῦ.—Ἐπαρχία Ἀσίας, μητρόπολις Ἐφέσου ἔχει πόλεις ὑπ' αὐτὴν ἤτοι ἐπισκόπους λς', οἷον τὸν Ὑπαίπων, τὸν Τράλλεων, τὸν Μαγνησίας Μαιάνδρου, τὸν Ἐλαίας, τὸν Ἀδραμυττίου, τὸν Ἄσσου, τὸν Γαργάρων, τὸν Μαστaύρου, τὸν Καλόης, τὸν Πριούλων, τὸν Πιτταίνης, τὸν Μυρίνης, τὸν Φωκαίας, τὸν Αὐρηλιουπόλεως, τὸν Νύσσης, τὸν Μασχακωμίων, τὸν μητροπολίτην, τὸν Βαρέτων, τὸν Μαγνησίας καὶ Ἀνηλίου, τὸν Ἀνηναίτων, τὸν Περγάμου, τὸν Πριήνης 16), τὸν Ἀρκαδιουπόλεως, τὸν νέας Αὐλῆς 17, τὸν Διὸς ἱεροῦ, τὸν Αὐγαΐζων, τὸν Σιῶν, τὸν Κολοφῶνος, τὸν Λεβέδου, τὸν Τέω, τὸν Ἐρυθρῶν, τὸν Κλαζομενῶν 18), τὸν Ἀντάνδρου, τὸν Θεοδοσιουπόλεως

1) Κυπρου cod. lips. — 2) σεβαστείας. Vestigia quidem iam sunt divisionis qua post Iustinianum Armenia in plures provincias secta est; hic vero duplex tantum provincia notatur, praeeunte posteriore. Quatuor autem fuerunt a Iustiniano, prima cuius metropolis Basanes sive Leontopolis; secunda, quae prius dicebatur prima, cuius caput Sebastea; tertia sub metropoli Melitena; quarta ex multis gentibus coaluit, assignata metropoli nomine Martyropoli. Cf. Lequien Or. Chr. t. 1 in ind. p. IX. — 3) πισσηνοῦντος alias, quae postea Ἰουστινιανούπολις fuit. — 4) ταυρουπόλεως cod. lips. — 5) Φρυγίας Καπατιανῆς alias. — 6) εἰκονίου lips. — 7) Ῥοδόπης alias. — 8) Αἱμιμόντου al. — 9) ὀδύσσου et βαίρης alias. — 10) βεροίνης lips. — 11) καρύας id. constanter. — 12) κυψέλων et mox ζικχίας al. — 13) δρεζιπάρων vel μεσήνης al. 14) Ex alia simillima notitia videtur hic prima lacuna sic esse implenda: λε'. Ἐπαρχίας Πόντου Πολεμωνιακοῦ ὁ Τραπεζοῦντος. — λς'. ἐπαρχίας Παφλαγονίας ὁ Ἀμάστριδος. — λζ'. ἐπαρχίας Λυκαονίας ὁ Μισθείων. — λη'. ἐπαρχίας Πισιδίας ὁ Νεαπόλεως. — λθ'. ἐπαρχίας Αἰγαίου Πελάγους, ὁ Αἰγίνης. — μ'. ἐπαρχίας Φρυγίας σαλουταρίας ὁ Κοτυαείου. — μα' ἐπαρχίας Παμφυλίας ὁ Σίλγης. — 15) Post Καππαδοκίας cod. lips. extra locum inseruit ὁ κικισοῦ quod infra scribitur κυκησοῦ pro κισκισσοῦ. — 16) Emenda: τὸν Πριήνης at hic fort. deest τὸν Ἀναίων. Cf. Rhalli V. p. 458. — 17) ἀνέας αὐλῆς lips. νεαύλης al. - 18) ἐκλυζομενῶν lips.

Περπερίνης, τὸν Κύμης, τὸν Παλαιουπόλεως.—Ἐπαρχία Εὐρώπης Θρᾴκης, μητρόπολις Ἡρακλείας ἔχει ὑπ' αὐτὴν πόλεις, ἤτοι ἐπισκόπους ε', οἷον τὸν τοῦ Πανίου, τὸν Καλλιπόλεως, τὸν Χερρονήσου, τὸν Κοίλας 19), τὸν Ῥαιδεστοῦ.—Ἐπαρχία Γαλατίας Θρᾴκης, μητρόπολις Ἀγχιάλου ἔχει πόλεις ὑπ' αὐτὴν, ἤτοι ἐπισκόπους ζ', οἷον τὸν Ταβίας, τὸν Ἡλιουπόλεως, τὸν Ἀσσόνης, τὸν Βηρυτοοπόλεως, τὸν Μνήζου, τὸν Κίνης, τὸν Ἀναστασιουπόλεως.—Ἐπαρχία Ἑλλησπόντου, μητρόπολις Κυζίκου ἔχει πόλεις ὑπ' αὐτὴν, ἤτοι ἐπισκόπους ιβ', οἷον τὸν Γέρμης, τὸν Ποιμανηνοῦ, τὸν Ὤκης, τὸν Σαταβαρέως, τὸν Ἀδριανοῦ Θηρῶν, τὸν Λαμψάκου, τὸν Ἀβύδου, τὸν Δαρδάνου, τὸν Ἰλίου, τὸν Τρωάδος, τὸν Πιωνίας, τὸν Μιλητουπόλεως.—Ἐπαρχία Λυδίας, μητρόπολις Σάρδεων ἔχει ὑπ' αὐτὴν πόλεις, ἤτοι ἐπισκόπους οϛ', τὸν Φιλαδελφείας, τὸν Τριπόλεως, τὸν Θυατήρων, τὸν Σεταῖν, τὸν Αὐρηλιουπόλεως 20)....

Τὸν Νακωλείας, τὸν τοῦ Δοκημίου, τὸν Μηδιαίου, τὸν Ἴψου, τὸν Πρυμνήσου, τὸν Μηροῦ, τὸν Σιβηνδου, τὸν Πολυβότου, τὸν Φυτίας, τὸν Ἱεραπόλεως, τὸν Εὐκαρπίας, τὸν Λυσιάδος, τὸν Αὐγουστουπόλεως, τὸν Βρύζου, τὸν Ὄτρου, τὸν Λυκάονος, τὸν Στεκτωρίου, τὸν Κηνοβορίου, τὸν Κόνης (Δημητρόπολις), τὸν Σκορδαπίας, τὸν Νικοπόλεως, τὸν Αὐροκλῶν.—Ἐπαρχία Λυκαονίας, μητρόπολις τοῦ Εἰκονίου, ἔχει ὑπ' αὐτὴν πόλεις, ἤτοι ἐπισκόπους ιδ', τὸν Λύστρων, τὸν Οὐασάδων, τὸν Ἀμβλάδων, τὸν Νουμαδων a), τὸν Μισθίων, τὸν Λαράνδων, τὸν Βαρέτων, τὸν Δέρβης, τὸν Σανάτρων, τὸν Κανοῦ, τὸν Βερύνοοπόλεως 21), τὸν Γαλβάνου, τὸν Λύστρων, τὸν Περτῶν.—Ἐπαρχία Πισιδίας, μητρόπολις Ἀντιοχείας ἔχει ὑπ' αὐτὴν πόλεις, ἤτοι ἐπισκόπους ιη', τὸν Φιλομηλίου, τὸν Σαγαλασσοῦ, τὸν Σωζουπόλεως, τὸν Ἀπαμείας τῆς Κηνώου, τὸν Ῥαίου 22), τὸν Βάρεως, τὸν Ἀδριανουπόλεως, τὸν Λιμένων Νεαπόλεως, τὸν Λαοδικείας τῆς Κεκαυμένης 23), τὸν Σελευκίας, τὸν Σιδηρᾶς, τὸν Ἀδάδων, τὸν Ζωζήλων, τὸν Τιμβριάδος, τὸν Τυμανδοῦ, τὸν Ἰουστινιανουπόλεως, τὸν Μητροπόλεως, τὸν Πάππων.—Ἐπαρχία τῆς Παμφυλίας, μητρόπολις Πέργης, ἔχει ὑπ' αὐτὴν πόλεις, ἤτοι ἐπισκόπους ιη', τὸν Ἀτταλίας, τὸν Εὐδοξιάδος, τὸν Τελμησσοῦ, τὸν Σίνδου, τὸν Μαξιμιανουπόλεως, τὸν Λαγήνων, τὸν Παλαιοπόλεως, τὸν Κρημνοῦ, τὸν Κοδρούλων, τὸν Πελτινήσσου, τὸν Ἀρησαποῦ, τὸν Πουγλῶν, τὸν Ἀδριανῆς, τὸν Δικηταύναυρον, τὸν Σανδίδων, τὸν Βαραεῖς, τὸν Σολέου, τὸν Περβαίνων 24).—Ἐπαρχία Καππαδοκίας, μητρόπολις Μωκησοῦ ἔχει

—19) Κοίλας ib. — 20) αὐρηλιουπόλεως. Hic ingens lacuna in codice lipsiensi, cui nullum aliud subest remedium quam ex alia simili et vetere nomenclatura partem accipere quae desideratur, qualem invenio apud Rhalli t. V, p. 459-462.

[Ἐπαρχία Λυδίας...ὁ Γόρδων. η'. ὁ Τράλλεων. θ'. ὁ Σάλων. ι'. ὁ Σιλάνδου. ια'. ὁ Μαιονίας. ιβ'. ὁ Ἀπόλλωνος ἱεροῦ. ιγ'. ὁ Τρκανίδος. ιδ'. ὁ Μοστήνης. ιε'. ὁ Ἀκρασσοῦ. ιϛ'. ὁ Ἀπολλωνίδος. ιζ'. ὁ Ἀτταλείας. ιη'. ὁ Βάγης. ιθ'. ὁ Βαλάνδου. κ'. ὁ Μεσοτυμώλου. κα'. ὁ Ἱεροκαισαρείας. κβ'. ὁ Δάλδης. κγ'. ὁ Στρατονικείας. κδ'. ὁ Κερασσων. κε'. ὁ Σατταλων. κϛ'. ὁ Γαβάλων. κζ'. ὁ Ἑρμοκαπηλείας.—Ἐπαρχία Βιθυνίας. α'. ὁ Νικομηδείας. β'. ὁ Προύσης, ἤτοι Θεουπόλεως. γ'. ὁ Πραινέτου. δ'. ὁ Ἑλενοπόλεως. ε'. ὁ βασιλινουπόλεως. ϛ'. ὁ τοῦ Δασκυλίου. ζ'. ὁ Ἀπολλωνιάδος. η'. ὁ Ἀδριανῶν. θ'. ὁ Καισαρείας. ι'. ὁ Γάλλου, ἤτοι Λοφων. ια'. ὁ Δαφνουσίας. ιβ'. ὁ Ἀρίστης.—Ἐπαρχία τῆς αὐτῆς. α'. ὁ Νικαίας. β'. ὁ Μοδρύνης, ἤτοι Μολίνων. γ'. ὁ Λινόης. δ'. ὁ τοῦ Ταΐου. ε'. ὁ Γορδοσέρβων. ϛ'. ὁ Νουμερικῶν. ζ'. ὁ Μαξιμιανῶν.—Ἐπαρχία Παμφυλίας. α'. ὁ Σίδης. β'. ὁ Ἀσπένδου. γ'. ὁ Ἐτενίας. δ'. ὁ Ὀρύμνης. ε'. ὁ Καίσσων. ϛ'. ὁ Σεμνέων. ζ'. ὁ Καραλλίων. η'. ὁ τοῦ Κορακησίου. θ'. ὁ Συέδρων. ι'. ὁ Μυλάνης, ἤτοι Ἰουστινιανουπόλεως. ια'. ὁ Ἀναμαύδρων. ιβ'. ὁ Δαλισανδοῦ. ιγ'. ὁ Ἴσβων. ιδ'. ὁ Λύρβης. ιε'. ὁ Κολοβρασσοῦ. ιϛ'. ὁ Μαναίων.—Ἐπαρχία Ἀρμενίας. α'. ὁ Σεβαστείας. β'. ὁ Σεβαστουπόλεως. γ'. ὁ Νικοπόλεως. δ'. ὁ Σαταλων. ε'. ὁ Κολωνείας. ϛ'. ὁ Βηρίσσης.—Ἐπαρχία Ἑλενοπόντου. α'. ὁ Ἀμασείας. β'. ὁ Ἀμισσοῦ. γ'. ὁ Σινώπης. δ'. ὁ Ἰβώρων. ε'. ὁ Ἀνδράπων. ϛ'. ὁ Ζαλίχου, ἤτοι Λεοντοπόλεως. ζ'. ὁ Ζήλων.—Ἐπαρχία Ἀρμενίας. α'. ὁ Μελιτηνῆς. β'. ὁ Ἄρκης. γ'. ὁ Κουκουσοῦ. δ'. ὁ Ἀραβισσοῦ. ε'. ὁ Ἀριαραθείας. ϛ'. ὁ Κομάνων.—Ἐπαρχία Καππαδοκίας. α'. ὁ Τυάνων, ἤτοι Χριστουπόλεως. β'. ὁ Κυβίστρων. γ'. ὁ Φαυστινουπόλεως. δ'. ὁ Σασίμων.—Ἐπαρχία Παφλαγονίας. α'. ὁ Γαγγρῶν. β'. ὁ Ἰουνουπόλεως. γ'. ὁ Δαδύβρων. δ'. ὁ Σωρῶν.—Ἐπαρχία Ὀνωριάδος. α'. ὁ Κλαυδιουπόλεως. β'. ὁ Ἡρακλείας Πόντου. γ'. ὁ Προυσιάδος. δ'. ὁ Τίου. ε'. ὁ Κρατείας. ϛ'. ὁ Ἀδριανουπόλεως.—Ἐπαρχία Πόντου Πολεμωνιακοῦ. α'. ὁ Νεοκαισαρείας. β'. ὁ Τραπεζοῦντος. γ'. ὁ Κερασοῦντος. δ'. ὁ τοῦ Πολεμωνίου. ε'. ὁ Κομάνων.—Ἐπαρχία Γαλατίας. α'. ὁ Πισσινοῦντος. β'. ὁ τοῦ Μυρικίου. γ'. ὁ Εὐδοξιάδος. δ'. ὁ Πετενησσοῦ. ε'. ὁ Τροκμάδων. ϛ'. ὁ Γερμοκολωνείας, ζ'. ὁ Σπαλείας, ἤτοι Ἰουστινιανουπόλεως. η'. ὁ Ὀρκίστου.—Ἐπαρχία Λυκίας. α'. ὁ Μύρων. β'. ὁ Μασταύρων. γ'. ὁ Τελμησσοῦ. δ'. ὁ Λιμύρων. ε'. ὁ Ἀραξων. ϛ'. ὁ Ἀπρίλλων. ζ'. ὁ Τάτλων. η'. ὁ Ἀρνεῶν. θ'. ὁ Σιδύμων. ι'. ὁ Ζηνουπόλεως. ια'. ὁ Ὀλόμσου. ιβ'. ὁ Τλῶν. ιγ'. ὁ Κορυδάλων. ιδ'. ὁ Καύνου. ιε'. ὁ Ξάνθου. ιζ'. ὁ Ἀκρασσοῦ. ιη'. ὁ Μαρκιανῆς. ιθ'. ὁ Βουβῶνος, ἤτοι Σοφιανουπόλεως. κ'. ὁ Χώματος. κα'. ὁ Οἰνιάνδων. κβ'. ὁ Φέλλου. κγ'. ὁ Κανδίβων. κδ'. ὁ Φασηλίδος. κε'. ὁ Ἀντιφέλλου. κϛ'. ὁ Ἀπαλισσοῦ. κζ'. ὁ Ῥοδιουπόλεως. κη'. ὁ Λυκάνδων. κθ'. ὁ Λεβισσοῦ. λ'. ὁ Εὐδοκιάδος. λα'. ὁ Παλιωτῶν. λβ'. ὁ Κομβων. λγ'. ὁ Παταίρων. λδ'. ὁ Βαλβεύρων. λε'. ὁ Νήσσων. λϛ'. ὁ Κιανέων. λζ'. ὁ Μελοΐτων.—Ἐπαρχία Καρίας. α'. ὁ Σταυρουπόλεως. β'. ὁ Κιβύρας. γ'. ὁ Σιζων. δ'. ὁ Ἡρακλείας Σαλβάκης. ε'. ὁ Ἀπολλωνιάδος. ϛ'. ὁ Ἡρακλείας. ζ'. ὁ Αακύμων. η'. ὁ Ταβῶν. θ'. ὁ Λάρβων. ι'. ὁ Ἀντιοχείας τῆς Μαιάνδρου. κ'. ὁ Ταπασσῶν. κα'. ὁ Ἀρπάσων. κβ'. ὁ Νεαπόλεως. κγ'. ὁ Ὀρθωσιάδος. κδ'. ὁ Ἀνωτεταίρτης. κε'. ὁ Ἀλλαβάνδων. κϛ'. ὁ Στρατονικείας. κζ'. ὁ Ἀλίνδων. κη'. ὁ Μυλάσσων. κθ'. ὁ Ἀμύζανος. λ'. ὁ Ἰασσου. λα'. ὁ τοῦ Βαργυλίας. λβ'. ὁ Ἁλικαρνασσοῦ. λγ'. ὁ Τλαρύμων. λδ'. ὁ Κνίδου. λε'. ὁ Μεταβων. λϛ'. ὁ Μυνδου. λζ'. ὁ τοῦ Ἱεροῦ. λη'. ὁ Κινδράμων. λθ'. ὁ Κεράμων. μ'. ὁ Προμισσοῦ.—Ἐπαρχία Φρυγίας Καπατιανῆς. α'. ὁ Λαοδικείας. β'. ὁ Τιβεριουπόλεως. γ'. ὁ Ἀζανῶν. δ'. ὁ Ἀγκυροσυναίου. ε'. ὁ Πελτῶν. ϛ'. ὁ Ἀππίας. ζ'. ὁ Καδων. η'. ὁ Ἰκρίων. θ'. ὁ Ἰλουζων. ι'. ὁ Τραγνοπόλεως. ια'. ὁ Σεβαστῆς. ιβ'. ὁ Εὐμενείας. ιγ'. ὁ Τημενοθυρῶν. ιδ'. ὁ Ἀγαθῆς Κώμης. ιε'. ὁ Ἀλιωνῶν. ιϛ'. ὁ Τριπόλεως. ιζ'. ὁ Ἀθανασσοῦ. ιη'. ὁ Τραπεζουπόλεως. ιθ'. ὁ Σιβλίου.—Ἐπαρχία Φρυγίας Σαλουταρίας. α'. ὁ Συνάδων. β'. ὁ Δορυλαίου. γ'. ὁ Νακωλείας...].—a) al. οὐμανάδων et melius ὑπομανάδων; mox al. Βαρωων, deinde σαβάτρων, et κάννων

ὑπ' αὐτὴν πόλεις ἤτοι ἐπισκόπους δ'. τὸν Ναζιανζοῦ, τὸν Κολωνείας, τὸν Παρνασσοῦ, τὸν Δοαρων.—Ἐπαρχία Λαζικῆς, μητρόπολις Φάσιδος ἔχει ὑπ' αὐτὴν πόλεις, ἤτοι ἐπισκόπους δ, τὸν Ῥοδοπόλεως, τὸν τῆς Σαισινῶν, τὸν Πετρῶν, τὸν τῆς Ζηγατίων.—Ἐπαρχία Θρᾴκης. μητρόπολις Φιλιππουπόλεως ἔχει ὑπ' αὐτὴν πόλεις, ἤτοι ἐπισκόπους γ', τὸν Διοκλητιανουπόλεως, τὸν Σεβαστουπόλεως, τὸν Διοσπόλεως.—Ἐπαρχία Εὐρώπης 23). μητρόπολις Τραϊανοῦ ἔχει ὑπ' αὐτὴν πόλεις, ἤτοι ἐπισκόπους β', τὸν Περου, τὸν Ἀναστασιουπόλεως.—Ἐπαρχία νήσων Κυκλάδων, μητρόπολις Ῥόδου ἔχει ὑπ' αὐτὴν πόλεις, ἤτοι ἐπισκόπους ια'. τὸν Σάμου, τὸν Χίου, τὸν Κῶου, τὸν Ναξίας, τὸν Θήρας, τὸν Πάρου, τὸν Λερου, τὸν Ἄνδρου, τὸν Τήνου, τὸν Μήλου, τὸν Πισύνης.—Ἐπαρχία Ἑμημαυπόλεως, μητρόπολις Ἀδριανοῦ ἔχει ὑπ' αὐτὴν πόλεις, ἤτοι ἐπισκόπους ε', τὸν Μεσημβρίας, τὸν Σωζουπόλεως, τὸν Πλουτινουπόλεως, τὸν Ἀναστασιουπόλεως, τὸν Τζουΐδων.—Ἐπαρχία νήσων Κυκλάδων, μητρόπολις Μαρκιανοῦ ἔχει ὑπ' αὐτὴν πόλεις, ἤτοι ἐπισκόπους ε', τὸν Ῥοδοστόλου, τὸν Τραμαρίσσων, τὸν Νοβων, τὸν Ζιοιδέσπως, τὸν Σκαρίας—Ἐπαρχία Φρυγίας Καππαδοκίας [l. καππατιανῆς], μητρόπολις Ἱεραπόλεως ἔχει ὑπ' αὐτὴν πόλεις, ἤτοι ἐπισκόπους ν', τὸν Μετελλουπόλεως 26), τὸν Διονυσιουπόλεως, τὸν Ἀττουΐδων, τὸν Μεσύνων 27).

ANNOTATIONES.

I. Arduum opus erit, si quis non modo singula superioris notitiae nomina in trutina geographorum expenderit, sed ipsam insuper tabulam contulerit cum similibus, quae aut latent manuscriptae, aut typis prodierunt. Neque enim tenue argumentum: id sacrae geographiae profuturum esse, parum est, quum sublimiora meditatus, scrutaris unde tot ecclesiae ortum habuerint et occasum; quentae nimirum molis esset condere orbem christianum, posito petrae fundamento; et, nisi in ea innitantur, quam cito oporteat celebratissimas sedes ruere praecepa; et quam inane aut caducum sit caesareae maiestatis fulcrum, quando digitus Dei recedit. Quum igitur harum ecclesiarum colligere notitias longe aliud sit quam ieiuna congerere nomina, neque muneri meo deesse velim, neque occasioni, quae plurima et multiplex erit, ecclesiasticas διατυπώσεις describendi: immo quot mihi hactenus innotuerint, statim et paucis dicere iuvat.

1. Quae igitur Epiphanii nomine et caesareo quadam celebritate ornatur, prima est, quam adeo mutilam esse quum vehementer displiceat, nullam desperare fure ut ex innumeris quae vetusta tabularia recondunt, lacunae eiusdem certis restituantur supplementis.

2. Altera est, vix aevo secunda, τάξις προκαθεδρίας τῶν ἁγιωτάτων πατριαρχῶν, quae plurima oomioe prae se fert et facile triplex erit: una Georgii Cyprii, qui, ubi occurrit eius patria Lapithus, ibi dicitur libellum illum scripsisse, ex quo altera et sequens, neque vetusta, exculpitur 1); quae porro cuiusdam Basilii est, qui, post Georgium, asseritur gnavam posuisse operam in syllabo simili elaborando, et is armenum se profitetur, ex Sophine vel Iamlimbanis oriundum 2). Tertia sit quae ambitiosa nomine iactat Leonis sapientis et Photii patriarchae, in nonnullis saltem exemplaribus, expresso anno Christi DCCCLXXXIII: ἡ παροῦσα ἔκθεσις ἐγεγόνει ἐν ἔτει ϛτϟα' ἐπὶ

21) Βηρισουπολιοψιατῶν lb. fortasse pro βηριτουπόλεως ἤτοι ὑψιπυλῶν.—22) fort. τὸν τοῦ Κιβοῦ, τὸν Τυριαίου.—23) lege κεκαυμένης. mox σελ. τῆς σιδηρᾶς.—24) Et hic corrupta plura et mutila.—25) lege Ῥοδόπης.—26) Μελλουπόλεως lips.—27) ὁ μοσύνων in eadem nomenclatura Rhalliana quae ita absolvit notitiam patriarchatus constantinopolitani: — Ἐπαρχία Γαλατίας δευτέρας. α'. ὁ τοῦ Ἀμορίου. β'. ὁ Φιλομηλίου. γ'. ὁ τοῦ Δοκιμίου. δ'. ὁ Κελαινίου. ε'. ὁ Πολυβότου. ϛ'. ὁ Πισσίας. Quae vero inde solent addi ex Illyrico et Macedonia, ea primum ad romanum pontificem pertinuisse, ipsa haec monumenta testantur.

1) *Exculpitur*. Λάπιθος, ἐν ᾗ ἐγεννήθη Γεώργιος ὁ Κύπριος, ὁ γράψας τὴν βίβλον ἐξ ἧς ταῦτα μετελήφθησαν Ap. Bevereg. vid. seq. notam.

2) *Oriundum*. Κλίμα Σοφίνης, χωρίον ὑπὸ τὸ αὐτὸ κλίμα Ἰαλιμβάνων, ὅθεν ὁρμᾶται ὁ τὴν παροῦσαν φιλοπονήσας βίβλον Βασίλειος. Apud Beveregium t. II, not. p. 146. 147. Utrumque scholium Rhallius t. V, p. 470, 471 retulit, sed in posteriore σοφίνης distinguit ab altero loco, etiam numeris appositis: ια'. κλίμα σοφίνης.—ιβ'. χωρίον, etc.

τῆς βασιλείας Λέοντος τοῦ σοφοῦ καὶ Φωτίου πατριάρχου. Detar hanc epigraphen esse adiecticiam. Detur, si quis rem usque meverit, Georgium Basiliumque esse tantum amanuenses. Confidentius ego autumarem priscum et verum conditorem veteris cuiusdam χωρογραφίας fuisse sanctum Nicepherum, cum altera et germana pars videatur esse χρονογραφίας, quam eiusdem esse constet, et cui meminī me videre 1) duplicem aliquoties addi appendiculam, unam in qua eomiea patriarcharum in amplissimis catalogis appellantur, alteram in qua leca veterum sedium a photiano aut leonine iedice nen receduat; ea incipit α' ὁ Ῥώμης, et desinit in καρπασίαν, inter cypriacas civitates 2). Neque demum emittam quinque memoratis nominibus addere sextum, Dionysii cuiusdam monachi, qui dum Nicephori chronographiam brevi exprimeret compendie, exiguam sedium tabellam eidem appendere non neglexit.

3. Orientalem tabulam Beveregius eruit e codice Bodleiane arabico, signate hodie sub num. III, scriptore Iosepho Aegyptio, a. 1390, sed collectam ex eperibus vetustioris Eutychii patriarchae Alexandrini, qui saec. circiter IX floruit, cuius particulam tantum habemus, quae ultra fines eiusdem dioecesis non pertingit 3).

4. Rursus altera Leonis imperatoris nomine inscribitur, Ἡ γεγονυῖα διατύπωσις παρὰ τοῦ βασιλέως Λέοντος τοῦ σοφοῦ, ὅπως ἔχουσι τάξεως οἱ θρόνοι τῶν ἐκκλησιῶν τῶν ὑποκειμένων τῷ πατριάρχῃ KII. Incipit: Ἡ Καισάρεια, desinit in XXIII civitates Pamphyliae apud Leunclavium et Carolum a S. Paolo. Goarus et post eum Rhallius adduat XIX Russiae episcopatus, et alii alia multa, quum sexcenta sunt exemplaria diversa; vix ullus est sive Harmenopuli, sive Matthaei Blastaris codex, cui Leoniana διατύπωσις non annectatur, tam varietatibus insignis, quam exiguae sinceritatis. Quae enim sedi byzantinae hic subiectae dicuntur civitates, constat eas multo recentius ad metropoliticam evectam fuisse dignitatem 4).

5. Alexii patriarchae (circa 1025) videtur sententia ἀνεπίγραφος περὶ τῆς κατὰ τὴν καθέδραν τάξεως τῶν μητροπολιτῶν καὶ ἀρχιεπισκόπων καθὼς ἐν τῷ χαρτοφυλακίῳ ἐπαναγράφονται. Praefixe prooemio: ἔδει τὰς πόλεις, incipit ut praecedens: α'. ἡ Καισάρεια, et sine nomine hactenus prodiit apud Boaefidiam, Leunclavium, Goarum, Rhallium, quam demum Mortreolius Alexio nuper restituit 5).

6. Inter codices ques Goarus diligenter sollicitavit, unus aut alter accepit vetus quoddam schema sub Alexio Comneno (1081-1107) expolitum. Et multa argumenta sunt, in primis Comnenos eos fuisse, qui arbitratu suo ita metropolitanos, archiepiscopos, episcopos ponere et deponere audebant, ut eos, quasi pilas, modo in hanc, modo in illam aleam iactavisse per otium dicerentur.

7. Neque emitteedam, sub eadem hac aetate cusum schediasma Nili Doxapatrii

1) *Videre*, vatic. 829, 1150, 1167, etc.

2) *Civitates*. Mutila extat apud Carolum a S. Paolo (*de Geographia sacra* p. 233), apud Junium, Gretserum, Goarum in Codini appendicibus (ed. Paris. 1648, p. 337-362). Integrior apud Beveregium l. c. p. 135-147; apud Schelestradium (in *Antiquit. illustr.* Paris. 1678); in Pasini catalogo codd. Taurin. t. I, p. 201, in Rhallii syntagmate t. V, p. 455-472. Codex bodleianus, quem Beveregius dicit ex charactere esse tantum non quadrato et elegantissime scripto, videtur saeculum IX attingere. Verum enim vero quis unquam lepidior bono illo Beveregio, qui ut Angli sui extra patriarchatum Romanum exulent, belle invenit Britannos, hac notitia memoratos, in Campania collocandos esse, iuxta quosdam Βρεττανίας loca, de qua Polybius, in libro undecimo! Immo, si tanti vacat, videas per me licet lib. I, 56. 8.

3) *Pertingit*. Ibid. p. 148, 149. Proleg. p. XIX; Biener *de collectionib. can. eccl. gr.* p. 3. Uri *catalog. codd. mss. oriental. bibl. bodl.* p. 39. Selden *Synedr.* t. II, p. 181.

4) *Dignitatem*. Cf. Bevereg. l. c. p. 148. Bressius in *Melitae antiquitatibus* lib. VI, 15. Assemani *de scriptoribus rerum italicar.* Zachariae *Novell.* p. 220, 608. Rhalli p. 474-456; Goar. p. 391; Leunclavius t. I, p. 88-102; Car. a S. Paolo t. II, p. 10, ed. 1704.

5) *Restituit*. Mortreolii Hist. du dr. Byzantin. t. III, p. 393. Cf. Bonefid. p. II. p. 118-121; p. III, p. 176-178; Leunclav. p. 233-240; Goar. 387, p. 400-405; Rhalli p. 473, ubi tantum prooemium datur; quae vero statim sequitur Leonina tabula, plane consentit cum patriarchae χαρτοφυλακίῳ.

(XI-XII saec.) de quioque thronis patriarcharum, quem partim edidit Allatius, integriorom vero Lemonius; nisi fortasse plura typos fugerint, quod alio tempori reservandum est 1).

9. Caeteris sincerior habetur, quae ab Andronico senioro (1282-1328) fertur edicta: Ἔκθεσις βασιλέως κυροῦ Ἀνδρονικοῦ τοῦ Παλαιολόγου τοῦ γέροντος ὅπως νῦν ἔχουσι τάξεως αἱ ὑποκείμεναι μητροπόλεις τῷ πατριαρχικῷ θρόνῳ τῆς ΚΠ. Incipit: Ὁ Καισαρείας, et desinit in thronum CIX ὁ Ἀχυράους. Post Goarum, Schelestradium, Rhallium 2), etiam conferre haud otiosum erit Bandurium in Oriente imperiali (p. 236-238).

9. Similis fortasse crit, eiusdemque aetatis catalogus de ordine sedium, iussu Nicolai patriarchae exactus, quem ex codice veneto Morellius in suo catalogo (p. 97) publici iuris fecit.

10. Haud temnendam appendicem Goarus nobis servavit (p 406-407), quam caeteri porro neglexerunt, do ordino thronorum metropolitanorum, quinam ex illis dicuntur Exarchae, et Hypertimi, et qui Hipertimi tantum. Incipit: Ὁ Καισαρείας Καππαδοκίας.

11. Eodem consilio Rhallius accedere ad praecedentia iussit breve scholium: Ὅσαι τῶν πόλεων μετωνομάσθησαν ἐς ὕστερον (p 495, 496); quibus cl. v. Tafel Bavarus quaedam adinnxit in diatriba ad Themata Constantini Porphyrogeniti, et similia quaedam legisse mihi videbar in codice Vratislaviensis universitatis subsignato A. 135. versus finem.

11. Rhallium fugisse videtur, dum multa id genus sedulo inquireret, quoddam ἀπόσπασμα sub celeberrimo Cyrilla Lucari excerptum, de sedibus initio saeculi XVII superstitibus aut profligatis: Κατάλογος ἐπισκοπῶν, αἵ τινας ἕκαστος (sic) τῶν μητροπόλεων ὑποκέκλινται, ὅσαι σώζονται νῦν ἐκ μέρους, ἐκ τούτων αἱ πλεῖσται ἠφανίσθησαν. Incipit: τῆς Καισαρείας [lege τῇ Καισαρείᾳ] τῆς Καππαδοκίας ὑποκέκλινται α' Νύσσης. Desinit in λθ' τῇ Ναυπάκτῳ, apud Bandurium in Orientali imperio t. 1. p. 239

13. Piget etiam eumdem praetermisisse ordinem sedium, qualis in saeculo elapso extabat, referente doctissimo Chrysantho Hierosolymorum patriarcha, in suo συνταγματίῳ, apud Moldovalach. Tergovisti cuso, a 1715.

14. Sed hene est haud omissam ab eodem case novissimam thronum orientalium dispositionem, a. 1855, o typographeo patriarchali S. Sophiae in vulgus emissam, sub eo programmate: Τάξις τῶν θρόνων τῆς ὀρθοδόξου ἀνατολικῆς ἐκκλησίας τῶν ὑπὸ τοὺς τέσσαρας πατριαρχικοὺς θρόνους ΚΠλεως, Ἀλεξανδρείας, Ἀντιοχείας, καὶ Ἱεροσολύμων, καὶ τὰς αὐτοκεφάλους ἐκκλησίας Ῥωσσίας, Κύπρου, Αυστρίας 3), καὶ Ἑλλάδος τελούντων (p. 513-530).

15. Intactam misi controversiam de Hieroclis *Synecdemo*, a quo vel plerasque pendere ecclesiarum notitias 4), vel plurimam recipere lucem, ne dubita (Patrolog. gr. t. CXIII. p. 141.)

II. Agedum, siquis hanc velit messem uberius carpere, praeter editos libros 5), is per me licet nonnullos codices manuscriptos per otium excutiat:

1) *Ent.* Allatius *de consensu utriusq. eccl.* p. 165, 167, 195, 411; Lemoyne *Varia sacra* t. I, p. 211; Goar. p. 406; Schelestrad. *antiq.* app. n. XIX; Rhalli p. 490.

2) *Rhallium* p. 490-495; Schelestrad. app n. XXV; Goar. p. 400-405.

3) Αὐστρίας: Ecclesiarum graecarum in Russia et Austria schematismus repetitur ex editione publica a. 1861, et omnium nomina, qui tunc temporis sedibus praeerant, posteris demandantur.

4) *Notitias.* Cf. Wesselingii *Itinera vetera roman.* Amstelod. 1735 in prolegom.

5) *Libros.* Superioribus adde Fabricium in *Luce evangelica* p. 342-351. — Bongars. *Gesta Dei per* p. 1014. — Holsten. *Annot. ad Geogr. sacr.* p. 6, 33. passim. — Gentian. Hervet. in *Balsamone* p. 1095. — Rich. Simon. *Hist. crit. relig. orient.* p. 194. — Mortreuil. *Hist. iuris Byzant.* II, 314. — *Orbis sacer et profan.* illustrat. a Franc. Orlendio, Florent. 1728. t. I in append. p. 1-CXV, latine tantum.

Vatic. 162, f. 85, in Codino.
— 419, f. 313, patriarch. CP.
— 340, f. 4 item.
— 717, f. 272.—Andronici 1).
— 828, f. 354. — CP. et Iustinianop.
— 829, f. 5, cum Nicephoro.
— 840, f. 38. —CP.
— 841, f. 156. — L.
— 848, f. 324. — L.
— 849, f. 279, 300. — L. et A.
— 850, f. 237. — L.
— 1150, f. 193, cum N.
— 1137, f. 8-12, cum N.
— 1175, f. 152. — A.
— 1185, f. 394, 411.—L. A.
— 1217, f. 148 ad calcem vet. evang.
— 1455, f. 223, CP. — f. 243 Ant. Hieros. CP.
— 1897, f. 1, fragm.
— 2184 (col. 23), f. 178.—L.
Regin. 57, f. 464.
Palat. 219, f. 323 CP. 256, f. 329, — L.
— 302, cum N. et Codino.
— 369, f. 105. — L.
Ottobon. 96, ad calc. — L.
— 180, f. 14.—Cum Nic. et Dionysio.
— 249, f. 824. — A.
— 408, f. 181. — CP.
Barberin. III. 25, f. 138 cum Nicephoro.
— III. 99.— L. manu Holstenii.
— IV. 22. — L.
Vallicell. F. 13 in Malaxo.
Casanat. G. III, 10.
Angelic. B. 1. 12. init. N.
Neapolit. XIX. — L.
Florent. Laur. Pl. V, c. 2, f. 385.
— Pl. IX cod. 8, f. 245.
— Pl. XIII cod. 59.
Ambrosian. A. 53 *infer.* f. 1081.
— E. 117 *super.* ad calc.
— E. 145, f. 152.—L. gr. lat.
— Q. 87, n. IV. — L.
Marcian. 182, ad calcem. —L.
— 228, f. 138. — L.
— 229, f. 259, 261.—L. A.
Bessarion. 169, f. 306. — Alexii CP.
Madritens. 29, in Codino.
Scorialens. X, II, 14, f. 209. — L.
— X, II, 18, f. 230. — L.
— X, III, 1, f. 200.
— X, IV, 13.
Paris. 211, f. 261. — L.
— 949, ex archivo CP.
— 1250. — L.
Paris. 1250. — L. et Thess. eccl.
— 1263. — L.
— 1310, f. 403. — L.
— 1310, f. 403. — L.
— 1321, f. 489. — L.
— 1339. — L.
— 1342, — L.
— 1355, f. 309. — L.
— 1357 A. — L.
— 1360. — L.
— 1361. — L.
— 1362. — L.
— 1363 A. — L.
— 1364 A. — L.
— 1373. — L.
— 1374. — L
— 1375. — L.
— 1377. — L.
— 1386. — L.
— 1388, f. 256. — L.
— 1389, f. 173.
— 1720. — L.
Coislin. 39, t. 293, 300. — L, A.
— 209, f. 230.
— 211, f. 231.
Addit. codd. 67, 304, 467 in Ioanne Scylitza ad calcem Malaxi. — L.
Bodleian. 149, f. 200.
— 158.
— 186, f. 23. — Photii.
— 205.
— 264.
Roe 18, n. 31.
Laud. 31, cum Nicephoro.
Saibantian. III, 5.
Meerman. 170. — L.
Monac. 156. — A.
— 243. — L, A, etc.
— 519.
Lipsiens. senat. — Epiphanii.
Berolin. 4, 5. — L.
Dresd. A. 187, f. 82, 109.
Petroburg. fol. 1, 1
— fol. 1, 4.
Mosquens. 149, f. 213. — L.
— 261, f. 215. — L.
— 426, f. 185. — L.
Typogr. 25, f. 233. — L.
Athonensium τῶν ἰβήρων, 7, 23. — L.
— ἁγίας λαύρας 33, 34, 35. — L.
Trapezuntin. — L.
Gerasimi argivi. — A.

1) *Andronicus* brevius signatur infra sub littera A, Leo vero sub L, Nicephorus autem sub N, patriarchatus dein constantinopolitanus sub CP. Caetera per se liquent.

VIII.

ANTHIMUS PSEUDOPATRIARCHA CP.

A. Chr. 556

I. Agapetus, haud minori quam S. Ioannes virtutum et miraculorum fama commendatus, secundus inter romanos pontifices, Constantinopolim accessit, ac primus omnium manus byzantino antististi imposuit, ut ex illo itinere quantum sedi apostolicae decus, tantum novae Romae attulerit emolumentum. Epiphanio pie defuncto, impius in eius locum Anthimus surrogatus erat. Is. trapezuntinus primum episcopus, sede derelicta, versari inter aulicos solebat, palam ieiuniis et orationibus fucatam ostentans sanctimoniam, clam vero, ut Eudoxiae imperatrici placeret, eutychianam fovens haeresin, facile nuncupandus caput Acephalorum. Latere aliquid monstri sub affectata Anthimi integritate statim ut vidit custos fidei vigilantissimus, minime deterritus strepitu et fastu hypocritam tuentium, spatium iusti temporis illi praescripsit, ut ad ecclesiam rediret suam, poenitentiam acturus. « Quod quum sine mora repelleret, inquit vetus quidam Graecorum latinus interpres, papae Agapeti voce et canonica securi percussus est; complicesque eius Severus et Petrus, Antiochenae et Apameae civitatum quondam episcopi, de exilio in exilium deportati; Zoaras quoque presbyter eorumque sequax, apostolica voce ligatus est. Agapetus vero papa, vas catholicum, evangelii tuba, praeco iustitiae, sacra altaris sedisque velamina, sacrilegi Anthimi infecta flatibus, suis catholicis precibus eluit, omnesque templi aedes ab inflictis inibi per Anthimum maculis, orthodoxis obsecrationibus expiavit, mercenario, lupoque ovium a caula detruso extra ecclesiae parietes 1). » Et aliud fuit insigne beneficium ab eodem sancto pontifice simul concessum, ut Mennam, eximiis praeditum virtutibus, vacuae sedi praeficeret, immo romani pontificis manibus, id quod hactenus inauditum fuerat, consecraret: de qua novitate audi ipsius pontificis testimonium: « Et hoc dignitati suae additum esse credimus, quod a temporibus Petri apostoli nullum alium unquam orientalis ecclesia suscepit episcopum, manibus nostrae sedis ordinatum. »

II. Anthimi vero, tam cito ab usurpata sede eiecti, haud unum superest monumentum, neque exiguum. Ac primum in antiquissimo Syrorum codice parisiensi, inter sangermanenses orient. 38, f. 514-517, latet eiusdem, ut videtur, epistola ad Iacobum Edessenum 2), qua spero fore ut illustretur infaustum quoddam facinus, nunquam satis in tota ecclesia orientali lugendum. Paucissimi remanserant factionis eutychianae praesules, infelixque lolium iu radicibus iam aruerat, quum ultimi sectae episcopi, in quodam castro iuxta Byzantium sub custodia publica detenti, mendico presbytero, nomine Iacobo, manus imposuerunt, eumque in episcopum circumforaneum elegerunt. Qui sub inopis hominis squalore latens, laboris patientissimus, pedum celeritate nulli secundus, totum Orientem peragravit, neque immerito suum sectae nomen reliquit, quum ab eo episcopos, presbyteros et diaconos ad centum millia ordinatos fuisse referatur 3). Nemo

1) *Parietes.* Baronius ad a. 536, n. 19 ex cod vatic. 61.

2) *Edessenum.* Lamy *dissert. de Syr. fide* p. XV.

3) *Referatur.* Semel et iterum Assemanus verba Abulpharagii exhibuit in Bibl. iur. orient. t. III, p. 177, et syriace in Bibl. orient. t. II, p. 126.

non videt quanti pretii futura sit epistola superius memorata, et quisque mea vota dividet ut quanto citius in lucem prodatur, et diligenter conferatur cum eiusdem προσφωνητικῷ ad Iustinianum, quem concilium VI in act. XI partim servavit 1).

III. Alia eiusdem Anthimi et ignota hactenus remansisse, eo magis miror, quod in plena luce vaticana omnium videntur oculos et aciem fugisse. Compendio quidem subobscuro auctoris nomen involvitur; caliginem vero quisque dispulerit, modo leviter regulis imbuatur, quibus veteres scripturae declarari solent. Quin autem alius aut recentior Anthimus quaeratur, obstat codex vaticanus 342, eleganti scriptus manu, quae vix X saeculum excedit 2). Et ab indole quidem pseudo-pastoris, qui sub honesta specie phylacteria dilatavit et sacris se rebus petulanter immiscuit, haud multum recedit quam nunc primum proferimus, psalmodiae legem, cui invisum nomen non iure adhaesit, quo idem remansit insertum novellae XVI Iustiniani «de mensura ordinandorum clericorum 3).» Cave autem ne tenue tibi sit huiusmodi Κανὼν ἀντιφώνων, neve cantare me extra chorum existimes. Habemus enim antiquissimam sacrae psalmodiae normam, veteri fortasse insertam typico S. Sophiae. Ea vero quae pene infantium videntur, dimidiata precum verba, clamores sunt et plausus vagientis Ecclesiae, quae per multa saecula, more in maximis basilicis solemnius inolito, ignitas tantum εὐφημίας psalmis et canticis prophetarum addidit. Quae vero ratio prisca fuerit recitandi psalmos, praemisso, iuxta hunc canonem, τῶν ἀντιφώνων praeludio, unde is ritus proficiscatur, in quo stet adamussim, et qualis postmodum evaserit, haud inepta disputatio est, sed ut alius loci, ita alieni argumenti 4).

IV. Haud alienum interea duxi, anthemiano canoni iungere vetustiores regulas, quibus docetur quinam psalmi sint dicendi diu noctuque, et quinam singulis diei horis, quinam item vespero, quando lumina accenduntur, aut quacumque noctis hora. Etsi alicubi Eusebii Pamphili dicantur huiusmodi psalmorum canones, plerumque sine ullo nomine circumferuntur, ut quum annosis psalteriis praefigi soleant, ob eadem cana antiquitate oriri facile iudicantur. Contuli Vatic. 2966, XI saec. Reg. 1. f. 488, XI saec. Barberin. III. 4, XII saec.

1) *Servavit*. Pauca tantum verba supersunt, (Mansi t. XI, col. 517). Inquirendum esset an non pseudopatriarchae aliquid referendum sit ex duabus factionibus, quas motas fuisse ab Anthimo et Timocle, troparioruin poetis, narrat Theodorus Lector. lib. I, n. 19.

2) *Excedit*. Descripsi e fol. 16, 17, quae varia excipiunt Typica et paschalia, conciunia inusta clypeis cinnabro tinctis, ex ordine cycli cuiusdam LXXII annorum ducta ab anno 1018 ad 1090; tum f. 23 diserte exprimitur illud mnemosynon: Τὸ τοιοῦτον κύριον πάσχα γέγονε ἐν ταῖς ἡμέραις Βασιλείου Βασιλέως καὶ Κωνσταντίνου Πορφυρογεννήτου ἐν ἔτει ϛφη' (a. Chr. 1000) εἰς τὸν λε' χρόνον τοῦ αὐτοῦ βασιλέως, καὶ πάλιν μετὰ χρόνους ια' γέγονε κύριον πάσχα ἐν ἔτει ϛφιθ (a. chr. 1011) ἰνδ. θ'.

3) *Clericorum*. Incipit: Νόμον ἔναγχος ἐγράψαμεν, data XVII kal. aug. Constantinopoli, aliter die XVI Iul. a. 535. Paulo ante S. Epiphanius obierat, cuius memoria diei V Iunii assignatur.

4) *Argumenti*. Cf. Th. Toscani ord. S. Basilii *ad Typica Graecorum animadversiones*, unva eruditione refertissimas, quibus et symbola quaedam iuvaret afferre, si Deus dederit e schedis eruere quae promisi, *nova veterum graecae ecclesiae hymnographorum cantica*.

I.

Κανὼν ἀντιφώνων τῶν ψαλμῶν τῆς τοῦ Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας.

Ỹ Α' καὶ Β'. — Ἀλληλούϊα.
Τ Γ'. — Κατόρθωσον.
Θ Δ' καὶ Ε'. — Οἰκτείρησόν με, Κύριε 1).
ΑΝ ζ' καὶ Η'. — Σῶσον ἡμᾶς, Κύριε.
ΠΡΙ Θ'. — Ἀλληλούϊα.
ΧΥ Ι' καὶ ΙΑ', καὶ ΙΒ', καὶ ΙΓ'. — Ἀλληλούϊα
ΑΡ ΙΔ', ΙΕ', Ιϛ'. — φύλαξόν με, Κύριε.

ΙΖ'. — Ἀλληλούϊα.
ΙΗ', ΙΘ', Κ'. — Ἐπάκουσόν μου, Κύριε.
ΚΑ'. — Ἀλληλούϊα
ΚΒ' καὶ ΚΓ'. — Ἐλέησον με, Κύριε.
ΚΔ' καὶ ΚΕ' — Ἀλληλούϊα.
Κϛ' καὶ ΚΖ'. — Βοήθησον μοι, Κύριε.
ΚΗ' καὶ ΚΘ. — Ἀλληλούϊα.
Λ'. — Ἀντιλαβοῦ μου, Κύριε.
ΛΑ', ΛΒ'. — Ἀλληλούϊα.
ΛΓ', ΛΔ'. — Οἰκτείρησον με, Κύριε.
ΛΕ' καὶ Λϛ'. — Ἀλληλούϊα.
ΛΖ'. — Ἐπάκουσον μου, Κύριε.
ΛΗ' καὶ ΛΘ'. — Ἀλληλούϊα.
Μ'. — Εἰσάκουσόν μου, Κύριε.
ΜΑ' καὶ ΜΒ'. — Ἀλληλούϊα.
ΜΓ'. — Σῶσον ἡμᾶς, Κύριε.
[ΜΔ'. — ΜΖ' *videntur excidisse*]
ΜΗ' καὶ ΜΘ'. — Ἀλληλούϊα.
Ν'. — Κατόρθωσον.
ΝΑ' καὶ ΝΒ' καὶ ΝΓ'. — Μνήσθητί μου, Κύριε.
ΝΔ'. — Ἀλληλούϊα.
ΝΕ' καὶ Νϛ'. — Ἐλέησόν με, Κύριε.
ΝΖ' καὶ ΝΗ'. — Ἀλληλούϊα.
ΝΘ' καὶ Ξ' καὶ ΞΑ'. — Βοήθησόν με, Κύριε.
ΞΒ'. — Κατόρθωσον.
ΞΓ' καὶ ΞΔ'. — Ἀλληλούϊα.
ΞΕ' καὶ Ξϛ'. Οἰκτείρησόν με, Κύριε.
ΞΖ'. — Ἀλληλούϊα
ΞΗ' καὶ ΞΘ. — Σῶσον ἡμᾶς, Κύριε.
Ο'. — Ἀλληλούϊα
ΟΑ' καὶ ΟΒ'. — Ἀντιλαβοῦ μου, Κύριε.
ΟΓ' καὶ ΟΔ'. — Ἀλληλούϊα.
ΟΕ' καὶ Οϛ'. — Φύλαξον με, Κύριε.
ΟΖ'. — Ἀλληλούϊα.
ΟΗ' καὶ ΟΘ'. — Ἱλάσθητί μοι, Κύριε
Π' καὶ ΠΑ'. — Ἀλληλούϊα.
ΠΒ' καὶ ΠΓ'. — Ἐπάκουσόν μου, Κύριε.
ΠΔ'. — Ἀλληλούϊα.
ΠΕ'. — Κατὰ λύχνης.
Πϛ' καὶ ΠΖ'. — Μνήσθητί μου, Κύριε.
ΠΗ'. — Ἀλληλούϊα.
ΠΘ' καὶ Ϙ'. — φύλαξόν με, Κύριε.
ϘΑ' καὶ ϘΒ' καὶ ϘΓ'. — Ἀλληλούϊα.
ϘΔ' καὶ ϘΕ' καὶ Ϙϛ'. — Σῶσον ἡμᾶς, Κύριε.
ϘΖ', ϘΗ', ϘΘ', Ρ'. — Ἀλληλούϊα.
ΡΑ'. — Εἰσάκουσόν μου, Κύριε.
ΡΒ'. — Ἀλληλούϊα.
ΡΓ'. — Οἰκτείρησόν με, Κύριε.
ΡΔ'. — Ἀλληλούϊα.
ΡΕ'. — Ἀντιλαβοῦ μου, Κύριε.
Ρϛ'. — Ἀλληλούϊα.
ΡΖ' καὶ ΡΗ'. — Βοήθησόν μοι, Κύριε.
ΡΘ' καὶ ΡΙ' καὶ ΡΙΑ' καὶ ΡΙΒ'. — Ἀλληλούϊα.
ΡΙΓ' καὶ ΡΙΔ' καὶ ΡΙΕ' καὶ ΡΙϛ'. Ἐπάκουσόν μου, Κύριε.
ΡΙΖ'. — Ἀλληλούϊα.
ΡΙΗ' καὶ ΡΙΘ καὶ ΡΚ' καὶ ΡΚΑ' καὶ ΡΚΒ', ΡΚΓ', ΡΚΔ'.
— Ἐλέησον, Κύριε.
ΡΚΕ', ΡΚϛ', ΡΚΖ', ΡΚΗ', ΡΚΘ', ΡΛ'. — Ἀλληλούϊα.
ΡΛΑ', ΡΛΒ', ΡΛΓ'. Μνήσθητί μου, Κύριε.
ΡΛΔ', ΡΛΕ'. — Ἀλληλούϊα.
ΡΛϛ', ΡΛΖ'. — Ἱλάσθητί μοι, Κύριε.
ΡΛΗ καὶ ΡΛΘ. — Ἀλληλούϊα.
ΡΜ'. — Κατὰ λύχνης.
ΡΜΑ', ΡΜΒ'. — Εἰσάκουσόν μοι, Κύριε.
ΡΜΓ', ΡΜΔ'. — Ἀλληλούϊα.
ΡΜΕ', ΡΜϛ' ΡΜΖ'. — Ἀντιλαβοῦ μοι, Κύριε
ΡΜΓ', ΡΜΔ. — Ἀλληλούϊα.
ΡΜΕ', ΡΜϛ', ΡΜΖ. — Ἀντιλαβοῦ μου, Κύριε.
ΡΜΗ', ΡΜΘ', ΡΝ'. — Κατόρθωσον.
Καὶ ταῦτα τῶν ἀντιφώνων, πᾶσα ἀλληλούϊα καὶ οἰκτείρησον καὶ καθεξῆς.
Ἀλληλούϊα δ'. — Οἰκτείρησον δ'. — Σῶσον ἡμᾶς δ'.
Φύλαξον γ'. — Ἐπάκουσον δ'. — Ἐλέησον γ'.
Βοήθησον γ'. — Ἀντιλαβοῦ δ'. — Εἰσάκουσον γ'.
Ἱλάσθητι γ'. — Μνήσθητί μου γ'. — Ὁμοῦ ἀντίφωνα ξδ'.

Κανόνες ἡμερινοὶ ψαλμῶν 2).

Ὀρθρινοὶ γ'. — [ξβ', ρμ', ρμα'.]
ὥρα α'. — ψαλμὸς η'.
ὥρα β'. — ψαλμὸς κθ'.
ὥρα γ'. — ψαλμὸς γ'.
ὥρα δ'. — ψαλμὸς μα'.
ὥρα ε'. — ψαλμὸς ν'.
ὥρα ϛ'. — ψαλμὸς ο'.
ὥρα ζ'. — ψαλμὸς πε'.
ὥρα η'. — ψαλμὸς να'.
ὥρα θ'. — ψαλμὸς ριζ'.
ὥρα ι'. — ψαλμὸς ρν'.
ὥρα ια'. — ψαλμὸς ρι'.
ὥρα ιβ'. — ψαλμὸς ρβ'.

II.

Κανόνες νυκτερινοὶ τῶν ψαλμῶν.

Λυχνικοὶ γ'. — [ρκθ', ρμ', ιβ'.]
ὥρα α'. — ψαλμὸς οδ'.
ὥρα β'. — ψαλμὸς νθ'.
ὥρα γ'. — ψαλμὸς νδ'.
ὥρα δ'. — ψαλμὸς ϛ'.
ὥρα ε'. — ψαλμὸς δ'.
ὥρα '. — ψαλμὸς μα'.
ὥρα ζ'. — ψαλμὸς λα'.
ὥρα η'. — ψαλμὸς ξ'.
ὥρα θ'. — ψαλμὸς πζ'.
ὥρα ι'. — ψαλμὸς Ϙν'.
ὥρα ια'. — ψαλμὸς Ϙα'.
ὥρα ιβ'. — ψαλμὸς νϛ'.

1) Κύριε. An psalmi VI antiphona exciderit, uti inferius psalmorum XLIV, XLV, XLVI, XLVII? In Barberin. III, 4 ab initio canon omittitur, sed in psalterio marginibus omnes antiphonae suis quaeque locis in eodem fere ordine leguntur. Ad ps. VI inscribitur: ζη. ὑπ. (ζήτησον ὑπακοήν?) σῶσον ἡμᾶς, Κύριε. Nihil vero apponitur ad ps. XLIV-XLVII.

2) ψαλμῶν. Paulo aliter legitur in Athanasii ed. Venet. 1777, t. III, p. XXXI. Sequimur cod. Regin. 1 splendidissimum, nisi quod ab editione veneta quaedam suppleantur, Eusebii Caesariensis nomen in eadem aperte legatur, varientur autem sequentia psalmos inter matutinos: ὥρ. γ'. ψαλμ. α'. — ὥρ. ζ' ψ. ξθ'. — ὥρ. η' ψ. πδ'. — ὥρ. θ' ψ. ρια'. — ὥρ. ι' ψ. ρμ'. — ὥρ. ια' ψ. ρη'. — ὥρ. ιβ'. ψ. ρκ'. Inter psalmos vespertinos: ὥρ. β' ψ. θ'. — ὥρ. ζ ψ. να'. — ὥρ. η' ψ. π. — ὥρ. ια' ψ. κα.

IX.

MENNAS, EUTYCHIUS ET IOANNES SCHOLASTICUS CPP.

A. Chr. 536–582.

1. Ad latus beatissimi pontificis Agapeti, quando manus imposuit novo Byzantii episcopo Mennae, in locum Anthimi sufficiendo, inter Apocrisiarios fortasse aderat romanae ecclesiae diaconus Vigilius, ex patre Ioanne consule ad maiora natus, flore aetatis, procero corpore, nobilitate generis, sed in primis animi robore praestans. Quo notarie uti Pontifex valuit, quom praeclare de Menna scriberet: «Virum eum esse multis laudum modis ornatum, nulli neo scientia, neque vita notum, fidei vero integritate, et sacrarum scripturarum studio atque etiam piae in xenodochio administrationis officio adeo splendidum, ut ipsi tardius venire videretur, quo dignus habitus erat 1).» Accessit splendor alterius Mennae, praetorii et Illyrici praefecti, qui cum patriarcha nomen suum non semel legibus dedit ecclesiasticis. Haud deerat alter Apocrisiarius, Amaseae presbyter et monachus, Eutychius, ipse quoque ob praeclara doctrinae documenta et multa pro fidei patrocinio certamina ad sedem constantinopolitanam promovendus. Et Vigilio per omnes fere pontificatus sui annos ibidem commoranti, comes individuus fuit Pelagius diaconus, mox clavo Ecclesiae inter procellas potiturus, iam regia quadam charitate magnificus, ac dignus qui cum Iustiniano maximam sibi conciliaret amicitiam. Huc vero quum favente eodem imperatore ad urbem ex toto orbe quisque vir haud exiguus accurreret, iam ab Antiochia venerat Ioannes cognomento Scholasticus, multa iuris sacri et profani peritia onicus, qua facile ad infulas ducebatur. Neque multo post tempore interposito, illuxit utriusque Romae decus, Gregorius Magnus, tanta cum Eutychio patriarcha necessitudine iunctus, ut colloquia cum eo de theologicis controversiis multa miscuerit, fidem munierit, ac morituro celeberrimam soggesserit de carnis resurrectione protestationem. Iam vero, si multa et certa historiae monumenta scruteris, si summam potius rerum conditionem respicias, quam singularia quaedam et succedanea, quae facile multas hominibus varietates creare solent, vix dubium erit quin in illo nobilissimo virorum coaequalium agmine, per longum temporis aevum, intercesserit gratum et perpetuum multi obsequii, honoris ac venerationis commercium. Quod enim omnem facile suspicionem tollit, quod procellosas simultatum nebulas dispellit uno flatu, ne unus quidem horum virorum est, qui ab Ecclesia non receperit integerrimae sanctitatis publicos honores 2). Neque id a scris tantum oepo-

1) *Erat.* Epist. ad Petr. Hierosolymit. Mansi VIII, col. 924.

2) *Honores.* Mennam apud Graecos coli die XVIII augusti Assemanus confidenter ait in Bibl. Iur. orient. t. III, p. 128; de eodem alii ad diem XXV et XXIV august. Eutychio dies festus assignatur ad VI april. unanimi suffragio martyrologior. orientalium. Praeterea idem Assemanus diem XXV augusti ascribit communem quatuor patriarchis Ioanni Cappadoci, Gennadio, Mennae et Epiphanio. Excusa Graecorum menaea certum faciunt locum Ioanni Scholastico in die XXI februarii. Legantur quae de cultu Iustiniani imperatoris disserit Morcellius Kalendarii CP. t. I, p. 226, ubi et de Theodora Augusta. Haec in Anno gr. slav. ad II aug. Quibus adde cl. Vincenzi l. c. tom. IV qui inscribitur: *Vigilii pontificis Romani... et Iustiniani imperatoris triumphus*, Rom. 1865, p. 339, et Assemani B. Iur. O. t. III. 307, 308. Non est quod immoremur in cultu SS. Pontificum romanorum qui in hac aetate floruerunt.

tibus, aut ab ignaris factum; sed in ipsa Iustiniani aevi luce floruisse tot virorum famam, unus pro sexcentis testis sit coaequalis biographus sancti Eutychii, Eustbathius, cuius baec verba sunt: « Res autem accidit, neque est eventura. Quum enim multa diversis locis atque temporibus sancta concilia celebrata sunt, ex quo religio christiana constituta est, nemo unquam, nisi magni huius atque divini viri tempore, quatuor simul patriarchas convenisse meminit. Itaque cunctis dubitationibus et controversiis, non violentia, non necessitate, atque partium studio, atque affectione, sed demonstrationum et cobortationum vi dissolutis, summa pax et magna tranquillitas in Dei Ecclesia est consecuta. Quatuor autem patriarchae sunt hi: Vigilius veteris Romae, Eutychius hic novae Romae, Apollinarius magnae Alexandriae, Domnus Antiochiae, qui tanquam unum in corpus ex quatuor elementis conflati, unanimes, idemque sentientes, manus inter se coniunxerunt, ut oraculum illud psalmi testatur: « Flumina plaudent manibus in idipsum. » Quatuor bi fluvii tollentes constitutiones montium, iuxta illud: « Elevabunt flumina fluctus suos, » opiniones baereticorum eiecerunt 1). » Cave igitur ne nimiam fiduciam concedas libellis quos eodem tempore per universum orbem spargebant trium capitulorum defensores, eo usque ausi, ut conciliorum acta violarent, et in ipso Libro pontificali ecclesiae romanae incredibiles quasdam tragoedias et absurdas fabulas intruderent. De quibus ut testis sit omni exceptione maior, sane opportunus est clamor patrum concilii VI, semel et iterum dicentium. « Piissime Domine, falsatus est hic liber quintae synodi. Nequaquam relegatur sermo qui dicitur Mennae ad Vigilium, etc. . . . Non faciat Deus! Domine, non dixit Vigilius. Non sunt libelli Vigilii, falsatus est hic liber 2). »

II. Ac Vigilium quidem, obstinatis calumniis tamdiu oppressum, ab inconstantia at levitate in ferendis, abrogandisve et iterandis sententiis haud infeliciter iam vindicaverant Petrus de Marca, Valesius, Pagius, Orsius, alii. Crimen vero quod superesse videbatur, scilicet occupatae per vim et nefas sedis apostolicae, vivo Silverio, plane diluit, evertitque funditus Petrus Custantius in ea quam merito praestantissimus Maius inscripsit: « Magna de gestis Vigilii Apologia 3), » quae asservatur etiam nunc in thesauris vaticanis. Ex nostris diebus doctus archigymnasii romani professor, iubet solemnem agi ac plenissimum Pontificis triumpbum; cui vindici non venisse optimum consilium, in egregii sui operis coronidem, e tenebris excitandi praeclaram Custantii orationem, dolendum enimvero est. Me autem iuvat, donec plura dandi fausta occasio sit, aliquid decerpere ex brevi et circumcisa epitome, quam Simon Mopinotius, olim forte et sub oculis magistri, ea polivit elegantia, qua nihil supra: « Vigilius, ait, quanto animi robore steterit adversus Eutychianos, ignorat nemo. Et tamen tot egregia factorum praeludium, si veteres recentioresque scriptores audimus, luctuosa fidei proditio fuit. Vexatur Pontifex, traduciturque tanquam sacrilegae nundinationis reus, qui, pudore omni postposito, inita cum baereticis nefaria societate, proculcatis Ecclesiae legibus, eiurata synodi chalcedonensis fide, Romanam sedem invaserit. Atque baec macula iam in

1) *Eiecerunt*. Apud Sur. et Bolland. ad VI april. Pro ὀρῶν, *montium* lege ὅρων. *legum*.

2) *Liber*. Act. III, XII, XIV. Mansi XI. col. 223, 287, 527, 587.

3) *Apologia*. Id legi nobili eiusdem manu impositum fasciculo V chartarum Custantii, quae ad bibliothecam vaticanam e naufragio appulerunt. Quaedam Mopinotius in epistola prodroma praeoccupavit, quae non fugerunt Fr. Blanchinium, dum in Anastasio illustrabat Vigilium.

eius nomine sic insedit, inveteravitque, ut qui de eius pontificatus initiis aliter sentiat, neminem hodie unum esse putem. Res est, fateor, invidiosa contra omnes uiti, sententiaeque communi reclamare. Verum id si postulet veritatis amor, agaturque praesertim magnorum virorum fama, nemo cordatus reprebendet. Itaque impactam sanctissimo papan calumniam propulsare suscepit Custantius; qua ratione, paucis indicabo. Parum habet vir doctus Isidori litteris et pseudo-Damasi sive Libri pontificalis narrationi fidem derogare. Expendit praeterea Africanarum scriptorum, Facundi Hermianensis, Victoris Tunonensis episcoporum, et Liberati Carthaginensis diaconi de Vigilio dicta. Hoc enim cardine tota fabula vertitur. Horum, inquam, criminationes rimatur penitus, easque tum inter se, tum etiam et cum aliis historiae monimentis collatas funditus subruit. Ad haec investigat quae Silverii iu exilium pellendi causa; quae Vigilii in illius locum promovendi ratio; quae pontificatus eius initia; quibus auctoribus, et quo tempore moveri coeperit de tribus capitulis controversia; qnid iu bis primo defendendis, deinde damnandis idem pontifex sibi proposuerit. Eius denique gesta omnia sedulo excutit; suam singulis chronologicam notam assignat; certa ab iucertis, vera ab falsis accurate secernit; atque haec varia critican rui argumenta sic ad examen vocat, nullum ut sit, unde non aliquid ad calumniae confutationem extundat. » Hactenus Sanmaurini de Vigilio, qui, quum et multa et magna obivit discrimina, tum iu illud longe maximum incidit, quod romanos inter pontifices, sive ante, sive post eum, nemo unus expertus est, eum scilicet Constantinopoli transegisse decem solidos annos. Adde quod in media et florentissima aetate sua Iustinianus imperabat, haud immerito fortuna sua superbus, cui placere tam lubricum erat, quam obsistere arduum. Quippe idem et sacra et profana simul regere aemulatus, alter sibi Constantinus 6), nicaenam synodum somniabat, in qua, ut modo leges imperio praeceperat, immenso iuris corpore iam in vulgus edito, ita ipse canonum codicem Ecclesiae largiretur. Neque deerat agmen illud Tribonianorum, qui, quo minus tangere Caesaris edicta auderent, eo promptius Ecclesiae iura arrodere gestiebant. Quibus quoque teneras aures praebebant vel sanctissimi orientalium episcopi, tunc Byzantii frequentes, aut caeco sedium ambitu et amore, aut invidia in occidentales praeconcepta capti plerumque et decepti. His adde Afros, dura cervice pervicaces, qui pro aris et focis minus impigre quam pro tribus capitulis certavissent. Quid plura? Et italici clerici erant, quibuscum et ipsi comites pontificis, et ipsi negotiorum participes, et omnium dux Vigilii nepos, caeteris iidem usque adeo contumaciores, ut sigilla rumpere, prodere arcana, violare chartas, spargere scripta, verba, rumores adversus Christi Vicarium, immo eius imitari pugnum, manumque mentiri non timerent, ut ipsius nomine falsi libelli per universum orbem disseminarentur. Vigilius iu hac acie diu noctuque excubias egit decennes, neque una hora destitit, ut confidenter dicam, dignum Deo et Angelis spectaculum. « Omnium, ita meus suae Custantius apologiae finem imposuit, omnium, inquit, veneratione iure est dignus qui

6) *Constantinus.* Vix quippe Byzantium Vigilius pervenit, quum Iustinianus illi legendam dedit et obtulit versionem pingui Minerva ab ipso scriptam duarum Constantini epistolarum ad Alexandrinos: quod quidem salebrosum interpretamentum hactenus sepultum iacet in codice longobardico parisiensi iam memorato, nec defuerunt qui anxie causam quaererent cur intempestivae operae insudarit regius interpres, quum ex hoc novi se Constantini personam gerere haud illepide significaret.

egreginm omnibus praebuit sanctitatis exemplum. Huno enim nunquam quae sibi, sed semper quae Ecclesiae conducerent, quaesivisse; ac neque inimicorum calumniis dirisque insectationibus, neque sinistris amicorum suspicionibus a tuenda fide et curanda Ecclesiae pace deterreri unquam potnisse; pristinae sententiae minime pertinacem, cum melioris spes affulgeret, in eadem ad vitae usque discrimen, cum vel fidei vel paci Ecclesiae quidquam metueret, constantem et immotum; se ipsum, summi pastoris exemplo, pro gregis sibi crediti salute, obivisse, scripta, dicta, gestaque certis monumentis fidem faciunt. Hoc certe sedula eorum meditatione quum mihi primum persuasum fuisset, officii mei esse duxi, quae me moverent, patefacere, non solum ut honor sancto viro debitus reparetur, sed ne ex praeiudicata falsorum gestorum eius opinione ullum ecclesiasticae disciplinae damnum inferatur.»

III. De Iustiniano pauca, uti par est, nec plura, quam iubet nostri argumenti ratio. Et velim eum videan, labente ultimo illo Vigilii decennio, ad summam ovectum felicitatem, fracta Persarum ferocia, ab Indis usque Britannos legatis ultro citroque ambulantibus, Africae provincia restituta, Italia iam sua ac pene romana, Narsete et Belisario agmina ducentibus, qui veteris Romae triumphos in novam reducebant; in qua, ut alibi, imperatorem commendabant aedes sacrae et publicae, moenia, castra, et omnigena monimenta, ac praeterea leges priscae ac novellae de universa vitae humanae societate, pax demum per orbem composita, haud quidem aurea, sed qua, ab Augusti aut Constantini diebus usque ad proxima mahumedani furoris excidia, maior sub sole non floruit. Ecce autem qui Pontificem lacesserant, iidem Caesari non pepercerunt; utrumque enim prosciderunt et mendacissimus sophista Procopius et caeteri qui post eum de profanis rebus egerunt 1); utrumque infamaverunt vindices trium capitulorum, et vix alii sunt de rebus Ecclesiae testes. Esto quod imperator alacrius insurrexerit ac caeco veluti impetu in Origenem et Acephalos invectus, Vigilium fortasse usque ad violata S. Euphemiae altaria, de qua vi alii dubitant 2), adegerit: dextram denique cum pontifice concordem iunxit, et incolumi fide catholica, haereticos profligavit. Fac eum pruritu theologico tumentem, durius cum S. Eutychio egisse, et neque hic desunt nubes dubiorum: at verbis potius quam sententia peccatum est in importuna τῶν ἀφθαρδοκητῶν controversia 3). Exarserit idem imprudens, extra oleas vagatus aliquando, per hos decem annos, neque satis intellexerit cur Vigilius suspenso pede ad palatium accederet, cur in limine oecumenici concilii staret aequissime, cur dextere sententiam suam temperaret; qui invitus demum neque venit, neque mansit, neque recessit (id confidenter contra Acephalos asseverandum), idemque sibi constans pronuntiavit liberrime. At legum illarum moles, an iusta, an christiana, an toleranda ab oecumenicis consu-

1) *Egerunt*. De quo argumento egregie cl. Vincenzi in toto cap. XXVII « Procopii *Anecdota* sive *Historia arcana* de Iustiniani gestis ab ipsomet Procopio refutata in libris de Bellis persico, vandalico, gothico et de aedificiis, aliis suffragantibus sincerae fidei testimoniis.» p. 368.

2) Dubitandam tanto minus est spuriam esse appendiculam quam ex uno codice Baluzius concilio V attexuit, in qua iubet, morte sua, imperator Vigilii nomen esse e sacris diptychis expungendum. Explosum id iure habent multi. Cf. Mansi IX, 363. An vero caetera omnia quae cl. professor Romanus super repudiavit, repudiari iure oporteat, inter quae plus quam XXX monumenta concilii V oecumenici, alius sit iudicis pronuntiare.

3) *Controversia*. Idem nervose hunc nodum rumpit, in eo saltem laude dignus multa, quod cum uberrima linguarum peritia quid sibi velint apud patrum ambigua quaedam vocabula, rimatur et patefacit.

libus, ab iudice apostolico, reponet aliquis? Et ego dixi de hac re et alibi dicam satis. Unum hic notaverim: iam semel et iterum Iustinianus promulgaverat codicem, digestum ac fere omnes novellas, priusquam Vigilius ad eum pervenerit. Tantum vero hominem ego non crederem eum Byzantinis magistris tamdiu versatum fuisse, quin saepius Iustinianum inter et Tribonianum iudex sederit aut arbiter; quin egregie ius Ecclesiae ab omnibus tabulis vindicaverit; quin ferendas leges emollierit, latas autem ad id ut recte et ordine procedent, reduxerit. Neque vana auguror; sed factam ideo constat prolixiorem Vigilii in Urbe moram, quum de tribus capitulis iam clamatum, ut, ipso teste Iustiniano, summa occidentalium negotia egitaret, et inter plura, confirmanda curaret quaecumque romanae sedi concessa ab Theodato, Amalasuintha, Atalerico fuerant, firmiter inde iactis apostolico dominio fundamentis. Et haec et alia si quis consideraverit, minus ille mirabitur unde effusas laudes piissimo imperatori cumulaverit, non Vigilius tantum, sed Agapetus, Felix IV, uterque Pelagius, quin immo magnus ipse Gregorius. Inter quae S. Agapeti verba in primis proferantur, quibus imperator ideo laudatur quod per eum in orbe « catholicae professionis lumen irradiat, ut ubicumque propagatur imperium, regnum mox accipiat proficere sempiternum. Quod enim, ait, manus fidei vestrae poterit opus existere, quam quod tantis apostolicam sedem charitatis et munificentiae titulis elevastis, ut ipsa etiam desideria sperantium transiretis 1)? »

IV. Ad patriarchas ut e diverticulo redeam, morae pretium est duo potissimum animadvertere: in primis romani pontificatus amplitudinem, quae quum a Christo tota sit, a Caesare augeri nequit, integram incolumemque remansisse in omnibus Iustiniani legibus; deinde, si idem solemni more cum Byzantinis mollius egerit, nedum tamen eorum ambitioni calcar adderet, fraeno potius eos intra certos limites coercuisse, uti, rebus paulo superius revocatis, compertum erit. Etsi tertio canone constantinopolitano regiae urbis ecclesia valde augeretur, haud sublata fuisse iura Metropolitae Heracleensis ex synodo Ad Quercum comprobatur, in qua Paulus Heracleae primus sedit ac caeterorum sententias rogavit, quamvis Theophilus Alexandrinus adesset. Praeterea etiam secundo canone eiusdem concilii constantinopolitani cautum erat ne quidquam tres exarchatus detrimenti caperent. Verum a Nectarii tempore quaedam incoepit longa synodorum series, quae, quum une voce dici soleet *ἐνδημοῦσα* vel *ἐπιδημοῦσα* 2) *σύνοδος*, quasi perpetuum sistit synedrion, a quo invaluit mos, ut, quum ob varia negotia

1) *Transiretis.* Mansi VIII, col. 850-851. Vel inter ineptias maledicentissimi sophistae Procopii videre est quot reges gentesque barbaras sub illo imperatore ad fidem seu unitatem convolent: a. 528, rex Herulorum quidam, Grodus rex Hunnorum, Hellesthena, rex Homeritarum, et alii inter Arabum duces. A. 549 Gothi Tetraxitae, Abassi et quidam Hunnorum et Iberorum populi, ut ne quae per totum occidentem propagandae fidei et dilatandae ecclesiae fuit, memorem, ne habita roferam conciliis a. 536, 540, 541, 543, 553, et innumeras cum variis sectis collationes a. 532, 546, 550, 552, 553, unus testis aequalis inter orientales, Ioannes Asiae episcopus, scribit se Iustiniani iussu regiones Asiae, Cariae, Lydiae et Phrygiae perlustrasse et a Gentilium erroribus ad christianam fidem septuaginta hominum millia pertraxisse; imperatorem vero ad id opus sumptus larga manu suppeditasse, vasa argentea et aenea, lineas vestes et sacros libros pro monasteriis XII et XCVI ecclesiis, e quibus neophytos unam supra XL sumptibus propriis extruxisse, caeteras vero aere publico, iussu imperatoris, conditas. Cf. Assemani l. c. t. III, p. 391, et novissimam Ioannis Asiaei editionem cl. Curetonii opera infeliciter defuncti procuratam.

2) Ἐπιδημοῦσα. Cf. Concilia CP. a. 394, 446, 459, 498, 531, cum notis Holstenii ad conc. a. 446 in Mansi t. VIII, 772.

episcopi ad principis aulam accederent, difficiles eorum causae, praeside vel arbitro constantinopolitano, inter caeteros ibidem commorantes, dirimerentur. Id vero primum non patriarchatus nomine actum est, sed iure quodam insolito arbitratus aut praeventionis, ut aiunt, ad quod ipse S. Ambrosius adversus Gerontium Nicomediensem provocavit, et quo usus est Nectarius in causa Arabum Agapii et Bagadii, ac rursus Flavianus in controversia inter Ioannem et Cassinum episcopos ac Florentium Sardensem metropolitam 1). Quod vero usu tantum et pro re nata accidit, id publica et perpetua lege, de Illyrico Atticus sanciri voluit, sed civili usus potestate, praeter quodcumque ius et omnem consuetudinem. Extat vero etiam nunc in Codice theodosiano lex illa insolita et temeraria, qua tum primum « ecclesia constantinopolitana Romae veteris praerogativa laetari » gloriatur 2). Ad quod minime respexit Iustinianus, quem primum sive ab Agapeto, deinde a Vigilio confirmanda curavit quaecumque ob patriam suam Achridam instituit, cuius episcopus in subiectis sibi provinciis dicitur « eum obtinuisse locum sedis apostolicae romanae, secundum ea quae definita sunt a sanctissimo papa Vigilio 3). » Ceterea Attico audacior fuit, immo et felicior Anatolius, quum eadem et longe plura chalcedonensium decretis inserenda dictavit, quibus iam publica non imperatoria, sed episcoporum lege, iurisdictio byzantina supra omnes Orientis patriarchatus efferebatur. Rursus obstitit Iustinianus ne iniquius dilataretur id quod tantum erat vicaria commissione concessum, nec nisi in synodo quam ἐνδημοῦσαν dicebant, exercendum, quum in novella 123 restituendo esse declaravit iura patriarcharum, ut « si contra metropolitam provocare velit vel episcopus, vel clericus vel alia quaecumque persona, ipse illius patriarcha causam iudicet 4). » Neque refricata in trullanis canonibus Byzantini episcopi superbia multum profecit, quum ipse Balsamon ad XXVIII canonem chalcedonensem fateatur, in Basilicis, quae longo deinceps tempore scripta repurgataque sunt, nullas extare leges quae definiant constantinopolitanum archiepiscopum iisdem ac papa Romanus praerogativis potiri.

V. Pauca supersunt, quae habeo addere de singulis tribus patriarchis, Menna, Eutychio et Ioanne Scholastico. De ultimo ut primum dicam, plura in alium locum reservaturus, et doctum eum fuisse, quum maxime in iure ecclesiastico, ostendent quae mox proferemus condita ab eo canonum et legum syntagmata; et gratum eumdem mansisse sanctis Romae pontificibus luculenta testimonia significant, et legitimam electionem eiusdem fuisse, licet incerto modo peractam et vivo sancto Eutychio, dubitare eadem non sinunt monimenta, perpetuo consecrata et publico cultu. Eutychium, a quo nihil rebus in canonicis superest, ad Theologos mitto et historicos, ut sive gesta, sive dogmata eius declaranda suscipiant. Noster autem est potiore iure Mennas, quum abstinere me nequeam quin fidei quemdam libellum proferam quem ie patriarcham

1) *Metropolitam.* Sozomen. H. E. VIII, 6. In primis cf. Lequien. *Or. chr.* t. 1, p. 21, ubi multa scite et apposite explicantur.

2) *Gloriatur.* Cod. theodos. tit. de Episc. et Cleric. c. 45. Omni innovatione.

3) *Vigilio.* Nov. 131, c. III. « Beatissimus vero qui est archiepiscopus primae Iustinianae... in ipsis provinciis ei subiectis locum teneat sedis apostolicae romanae, *secundum ea quae a Sanctissimo papa Vigilio constituta sunt.* » Hoc pacto, inquit Lequienius, spes omnis CP. patriarchae adimebatur regiones istas sibi subiugandi, quas novae imperatoris sanctiones romano papae asseruerunt. Idque fuit ecclesiarum Illyrici status ad Bulgarorum usque paganorum impressionem, nec non Leonis Isauri imp. tempora, id que Vigilio in primis referendum est.

4) *Iudicet.* Ὁ τῆς διοικήσεως ἐκείνης μακαριώτατος πατριάρχης τὸ πρᾶγμα κρινέτω. Nov. 123, c. 22.

consecrandus ab romano Pontifice, in ipsius manus publice attulit. Simillimam pene formulam eidem Agapeto quum Iustinianus obtulisset, haud omisit Vigilius postmodum renuntiare sui ipsius famulatum, ac si ipse dictavisset aut scripsisset aliquatenus, quum apocrisiarius esset, libellum a S. Agapeto acceptum et approbatum. Utrumque nobis servavit locupletissima quae nuncupatur avellana 1) collectio, quae cum e quatuor vaticanis codicibus, qui soli supersunt, multa iam et eximia Baronio, Sirmondo, Ballerinis praestiterit, novissimo mihi hanc reservavit uvam post vindemias, ideo fortasse neglectam quod initium iam in conciliis vulgatum videretur. Immo si quis ecclesiasticas huius aevi tabulas sollicito scrutatus oculo fuerit, haud sine quadam admiratione videbit hunc eumdem libellum, ab Hormisda papa ad Vigilium, decies ed minus et in summis negotiis memorari atque rescribi 2). Quo id efficitur notatu dignissimum, neque satis animadversum hactenus, hanc fuisse fidei formulam, quam ecclesia Romana ad tollendum Acacii schisma proposuit subscribendam. Decuit igitur eam in celebriorem lucem produci et omnibus muniri varietatibus. Praestat vero in antecessum eat brevis syllabus 3) legum ecclesiasticarum quae ab a. 536 ad 546, certisque temporibus notis factae publici iuris sunt.

A. 535. Nov. XI. De privilegiis archiepiscopi Iustinianae. *Multis et variis.*
— Nov. XXXVII. De africanis ecclesiis. *Venerabilem.*
— Nov. CLVI. De obscoenorum nuptiis. Παράδοξος.
— Nov. CLVII. De rusticorum nuptiis Ἐκ τῶν εἰς ἡμᾶς.
— Edict. De nov. VIII ad episcopos. Παραδοθείσης.
A. 536. Nov. XVI. De mensura ordinandorum, ad Anthimum. Νόμον ἔναγχος.
— Nov. XXIII. De secundis nuptiis. Πολλοὶ μὲν ἤδη.
— Nov. XL. De ecclesia sanctae resurrectionis. ἤδη μὲν τὰ περὶ τῆς κωλύσεως.
— Nov. XLII. De abdicatione Anthimi et Severi, etc. ad Mennam. Πρᾶγμα οὐκ ἀήθες.
— Nov. XLIII. De officinis sanctae magnae ecclesiae CP. Ἐπειδὴ μέλει.
— Nov. XLV. De Iudaeis et Samaritanis Ῥημάτιν πρὸς ἡμᾶς.
A. 537. Nov. XLVI. De bonis ecclesiarum immobilibus. Καὶ τὰ περὶ τοὺς νόμους.
— Nov. LIV. De oratoriis locisque piis. Ἔν τινι τῶν ἡμετέρων.
— Nov. LV. De permutatione rerum ecclesiasticarum, ad Mennam. Νόμον ἐγράψαμεν
— Nov. LVI. De muneribus quae ἐμφανιστικὰ dicuntur in magna ecclesia, ad Mennam. Παρὰ πολλῶν
— Nov. LIX. De exsequiis. Ἕκαστον τῶν ἀγαθῶν.
A. 538. Nov. LVII. De clericis qui ab ecclesiis discedunt, ad Mennam. Πολλοὶ πολλάκις.
— Nov. LVIII. Ne in privatis domibus sacra mysteria celebrentur, ad eumdem. Καὶ τοῖς πάλαι.
— Nov. LXV. De bonis ecclesiarum in Mysia. *Scimus antes.*
— Nov. LXVII. De oratoriis non condendis sine episcopi nutu, ad Mennam. Καὶ τὰ περὶ τῶν ἀγιωτάτ.

1) *Avellana.* Quatuor codices, nec plures hactenus innotuerunt; vaticani omnes, quorum primus caeterorum fons unicus est, scilicet 4961 (f. 45), saeculi XI; a quo primum 3787 (f. 68) saeculi XII, deinde 3786 (f. 131) et 4903 (f. 186), uterque saec. XVI ex penu Ant. Augustini Ilerdensis. Cum vero libelli Mennae et Iustiniani alio tempore sub aliis nominibus prodierint, immo multis in locis conciliorum occurrunt; cum nonnullis varietatibus, quas uno conspectu cernere haud ingratum erit. Varia autem collata loca sunt 1° Mansi t. VIII, p. 407; 2° id. p. 452; 3° id. p. 467; 4° id. p. 502; 5° id. p. 734; 6° id. p. 847; 7° id. p. 857; 8° id. p. 870; 9° id. t. IX, p. 37 ubi Mennae et Iustiniani libellus uterque aperte a Vigilio designatur.

2) *Rescribi.* Vide loca superius memorata et Annotationes.

3) *Syllabus.* Ad normam novissimae Novellarum editionis Kriegelianae, at cum notis temporum acceptis ab Ed. Muralti libro: *Essai de chronographie Byzantine.* S. Petersb. 1855.

A. 539. Nov. LXXIX. De causis monachorum, ad Mennam. Πράγμα μαθόντες.
— Nov. LXXXI. Episcopatus a patris potestate liberat. Εἴ τι πρὸς ὠφέλειαν.
— Nov. LXXXIII. Ut clerici apud episcopos respondeant. Πολλοὺς ἱερούς.
— Nov. LXXXIV. De affinitatibus. Πολλοῖς πανταχόθεν.
— Nov. LXXXVI. A praesidibus ad episcopos provocatur. Ἐξ οὗπερ ἡμᾶς.
— Nov. CXXXIII. De monachis. Ὁ μονήρης βίος.
A. 541. Nov. CIX. De mulieribus haereticis. Μίαν ἡμῖν εἶναι.
— Nov. CIX. De c. annorum praescriptione in bonis eccl. *Quod medicamenta*.
— Nov. CXXXI. De ecclesiasticis canonibus. Περὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν.
— Nov. CXXXII. De fide. Πρῶτον εἶναι.
— Nov. CXXXVII. De creatione episcoporum et clericorum. Εἰ τοὺς πολιτικοὺς νόμους.
A. 542. Nov. CXVII. De causis solvendi matrimon. Διαφόρων κεφαλαίων.
A. 544. Nov. CXX. De alienatione bonor. ecclesiast. Πολλῶν καὶ διαφόρων.
— Nov. CXXIII. De diversis capitib. eccles. Περὶ διοικήσεως.
A. 546. Nov. CXXIX. De Samaritis. Οὐδὲν οὕτω μέγα.
— Nov. CXLVI. De Hebraeis. Ἐχρῆν μὲν Ἑβραίους.

I.

Exemplar libelli 1) *Mennae presbyteri et Xenodochi* 2), *qui factus est episcopus constantinopolitanus, sub die III id. Martias, iterum post consulatum Paulini V.C. iunioris.*

Primo salus est rectae fidei regulam custodire et a patrum traditione 3) nulleteuus deviare 4), quia non potest Domini praetermitti sententia dicentis: « Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam 5).» Haec quae dicta sunt, rerum probantur effectibus, quia in sede apostolica inviolabilis semper catholica custoditur 6) religio. De hac igitur fide 7) non cadere cupientes, et patrum sequentes in omnibus constituta 8), id est CCCXVIII sanctorum patrum qui in Nicaea sunt [congregati, et sanctum mathema] sive symbolum 9) fidei exposuerunt; et CL sanctorum patrum qui in constantinopolitana civitate convenerunt, et idipsum sanctum mathema 10) dilucidaverunt atque manifestaverunt et sanctorum patrum qui in Chalcedone 11) convenerunt, et quae in unaquaque earum 12) de fide continentur, sequentes dogmata per quae omnis aufertur haeresis impugnans sanctam et apostolicam Ecclesiam, et probantes per omnia atque amplectentes epistolas beatae memoriae Leonis, omnes quas de fide christiana conscripsit, et confitentes unum eumdem-

1) *Libelli*. Titulus est *Regula fidei* M. 1ᵒ. — *Exemplum libelli Ioannis episcopi* CP. M. 2ᵒ. — *Exemplar precum eius* (Iustini) et Iustiniani M. 5ᵒ. — *Exemplar precum Iustiniani imperat. ad Agapetum papam* M. 6ᵒ. Nota temporis est dies XIII Martii, a. 536.

2) *Exenodochus* in vatic. 1, 2.

3) *A constitutis patrum* M. 1ᵒ, 3ᵒ, 5ᵒ.

4) *Et quia* M. 1ᵒ, 5ᵒ, 6ᵒ.

5) *Meam*. Matth. XVI, 18.

6) *Immaculata est semper servata religio* M. 1ᵒ. — *extra maculam semper* M. 3ᵒ, 5ᵒ, 6ᵒ. — *Custodiatur*. vatic. 1 in lib. Iustin.

7) *Ab hac ergo spe et fide* M. 1ᵒ, 5ᵒ. — *De qua spe et fide* M. 3ᵒ, 6ᵒ. — *Separari minime cupientes* M. 1ᵒ, 3ᵒ, 5ᵒ.

8) *Constituta*, inde multis omissis, statim: *anathematizamus omnes haereticos* [*et* M. 3ᵒ.] *praecipue Nestorium haereticum*. M. 1ᵒ, 2ᵒ, 3ᵒ. — Bravius et summatim alias: *anathematizamus omnes qui contra sanctam romanam et apostolicam ecclesiam* M. 5ᵒ, 6ᵒ, nec plura in hoc 6ᵒ loco, ubi ad quintum remittitur; verum in 5ᵒ tantum additur: *superbiendo suas erigant cervices, sequentes in omnibus apostolicam sedem*, caetera inde pergunt ut in 4ᵒ loco, et mox recitabuntur.

9) *Sunt, sive symbolum*, caeteris omissis, vat. 1, 2, in ipso Mennae libello; omissa alter libellus supplevit.

10) *Anathema* M. 7ᵒ. semel et iterum, inscita Labbei emendatione, ut videtur, cui frustra caverat vetus scholiasta, a quo diligenter in margine vaticani 1 illud leoninum apponitur: « Servet *mathema*, vitare volens *anathema*.»

11) *Manifestaverunt et sanctorum patrum qui in Epheso prima synodo congregati sunt*. add. lib. Iust.

12) *In unaquaeque earum* vatic. 1 *in unaquaque ipsorum* M. 7ᵒ.

que Christum Filium 1) unigenitum in duabus naturis, id est in divinitate et humanitate inconfuse, incommutabiliter, inseparabiliter agnoscendum, nusquam sublata differentia naturarum propter unitionem, magisque salva proprietate utriusque naturae, et in unam personam atque substantiam concurrentem 2), et non in duas personas partitum atque divisum, sed in unum 3) eumdemque Filium unigenitum Dei Verbum 4) Dominum Iesum Christum, sicut ante prophetae de eo et ipse nos Iesus Christus erudivit, et sanctorum patrum nobis symbolum tradidit: omnem haereticum anathematizamus, qui praeter haec quae dicta sunt, sapuerunt atque sapiunt, praecipue Nestorium haereticum, constantinopolitanae civitatis quondam episcopum 5), damnatum in synodo ephesina a beatae memoriae Coelestino papa urbis Romae et sancto Cyrillo alexandrinae civitatis antistite; et cum eo 6) anathematizamus Eutychetem et Dioscorum Alexandrinae, quondam civitatis episcopum damnatum in sancta synodo chalcedonensi 7), quam amplectentes sequimur, his centum genantes 8) Timotheum parricidem, Helurum cognominatum, eiusque discipulum et sequacem in omnibus, Petrum Alexandrinum similiter condemnantes 9); aversamur autem et Acacium 10) quondam constantinopolitanae urbis 11) episcopum cohaereticum, et sequacem horum factum, nec non et 12) participem (Quorum enim quis communionem amplectitur 13), eorum et similem sententiam in condemnatione consequitur), cum sequacibus suis et omnibus suprascriptis 14). Quapropter sicut praefati sumus 15), sequentes in omnibus sedem apostolicam, quae ab ea statuta sunt, praedicamus.

Et alia manu. Menas misericordiae Dei presbyter et xenodochus suscipio praedictas sanctas quatuor synodos et omnia quae in ipsis continentur dogmata et epistolas papae Leonis quas pro fide conscripsit et confiteor in duabus naturis id est, in divi-

1) *Christum Dominum filium.* M. 7ᵃ.

2) *Concurrentes* ib. fort. *concurrentis.*

3) *Sed unum* ib.

4) *Unigenitum Dominum Iesum Christum* vat. 1, in Iustin. lib.

5) *Qui quondam CP. fuit urbis episcopus, damnatus in concilio ephesino* M. 1ᵃ, 2ᵃ, 3ᵃ, 5ᵃ.

6) *Una cum ipso anathematisantes Eutychetem* M. 1ᵃ 2ᵃ. *Dioscorum alexandrinum* vatic. 1, 2.

7) *A synod. chalced.* M. 7ᵃ. — *Quam sequimur et amplectimur chalcedonensi damnatos* M. 1ᵃ, *damnatos a sancta s. ch. quam venerantes sequimur et amplectimur* M. 2ᵃ, 3ᵃ. — *quae sequens sanctam synodum nicaenam apostolicam fidem praedicavit.* M. 2ᵃ. — *Secuta sanctum concilium nicaenum fidem pr.* M. 3ᵃ.

8) *His Timoth. adiicientes* M. 1ᵃ. — *Detestamur et Timotheum.* M. 3ᵃ. — *Herulum cognomento* M. 1ᵃ.

9) *Condemnatos.* M. 7ᵃ.

10) *Petrum vel Acacium qui in eorum communionis societate permansit, quia quorum* etc. M. 1ᵃ, per compendium. — *Anathematizamus similiter Acacium* M. 2ᵃ. — *Et etiam anathematizamus Acacium* M. 3ᵃ.

11) *Civitatis* M. 7ᵃ. — *Episcoporum* vatic. 1, 2, communis originis peccato.

12) *Necnon et participatione* vatic. 1 in Iustin. libello, id quod facile emendatur ex altero Mennae exemplari; hoc vero Labbeus non vidit et scripsit: *Nec non et participatorem* M. 6ᵃ. — *nec non et perseverantes eorum communioni et participationi.* M. 2ᵃ — *Eorum complicem et sequacem, vel in earum communione aut societate permanserunt, qui Acacium, quorum se communioni miscuit*, M. 3ᵃ, multa ibi corruptela scatet.

13) *Quia quorum se communioni miscuit, ille similem meruit in damnatione sententiam.* M. 1ᵃ, — *et similem adiudicationem in condemnatione consequitur.* M. 2ᵃ.

14) *Petrum nihilominus Antiochenum damnantes cum suis seq. et omnium subscriptorum.* M. 1ᵃ, 3ᵃ. — *Anathematizantes eum cum sequacibus* M. 2ᵃ.

15) *Quapropter suscipimus et approbamus omnes epistolas Leonis papae universas* (omnino lege: *universalis*) *quas de religione christiana conscripsit. Unde sicut* M. 1ᵃ. — *Unde probamus et amplectimur epistolas omnes beati Leonis papae urbis Romae quas conscripsit de recta fide. Quapropter* M. 2ᵃ. — *Suscipimus autem et probamus epistolas beati Leonis papae universas* (uti supra iubeo emendari) *quas de rel. chr. conscripsit* M. 3ᵃ. Quibus eadem fere clausula in 1ᵃ, 2ᵃ, 3ᵃ loco additur, quae tamen singulis varia esse solebat et propria manu conscripta, uti videtur tam in Mennae quam in Iustiniani libello.

nitate et humanitate Christum Dominum nostrum inconfuse, indivise agnoscendum, et anathematizatis omnibus qui praeterea sapiunt una cum omnibus qui condemnati sunt, ut superius dictum est, subscripsi.

II.

Exemplar libelli piissimi Domini nostri Iustiniani imperatoris quem dedit Agapito papae, Constantinopoli 1), *de fide.*

In nomine Domini Dei nostri Iesu Christi imperator Caesar Flavius Iustinianus, Alamannicus, Goticus, Francus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, pius, felix, inclytus, victor ac triumphator, semper augustus, Agapito sanctissimo ac beatissimo archiepiscopo almae urbis Romae et patriarchae.

Prima salus est rectae fidei regulam custodire, etc. *uti supra usque ad verba:* Quae ab ea statuta sunt, praedicamus. Et profitemur ista inconcusse servari et compellere, ut iuxta tenorem libelli istius omnes faciant episcopi, ut sanctissimi quidem patriarchae ad vestram faciant sanctitatem, metropolitani vero patriarchis, et alii ut suis faciant metropolitanis, quatenus per omnia sancta catholica Ecclesia suam habeat firmitatem.

Et alia manu: Divinitas te servet per multos annos, sancte ac religiosissime 2) Pater.

Dat. XVII kal. aprilium Constantinopolim 3), post Cons. Belisarii V. C.

ANNOTATIONES

Sub oculis iam habetur tessera quaedam fidei, qua per quinquaginta annos ab Oriente in ultimum Occidentem circumlata, maxime inter Graecos, ecclesia romana utebatur, ut veritatem ab errore, quasi lapide lydio probatam, secerneret, inque primis schismatis acaciani vafritiem contunderet et pervicaciam. Frustra igitur sunt boni editorum conciliorum procuratores, qui eidem saepe formulae offendere pertaesi, modo eam suppresserunt, truncarunt modo, haud omissa solemni ia spuria averruncandi deprecatione: « Et haec quoque a callido veteratore confecta! » Pretium operae nobis sit, singula vel minima huius formulae vestigia relegere, ut quaenam nobilissimus libellus fata habuerit, edisseratur.

1. S. Hermisdas, a quo fortasse ortum habuit, primus hanc *fidei regulam* mittit a. 517 ad Ioannem episcopum Nicopolitanum, et a. 518 subscriptam ab eodem recipit, uti pontifex praeceperat in haec modum: « Libellum direximus, in quo eos (presbyteros) oportet debere subscribere, quia et omnes sacerdotes vestrarum partium, qui ad sedis apostolicae communionem reversi sunt, in eadem professione subscripserunt 4). » Cui regulae sua manu, ut videtur, Ioannes adiecit: « Spero ut in una communione vobiscum, quam sedes apostolica praedicat, esse merear, in qua est integra et verax christianae religionis soliditas; promittens etiam sequestratos a communione Ecclesiae, id est non consen-

1) *Constantinopolim* vatic. 1, 2.
2) *Religiose.* M. 7ᵃ.
3) *Datum XVIII Constantinopoli* ib.
4) *Subscripserunt.* Mans. t. VIII. col. 407. cf. annexum cum Regula « indiculum per Pullionem diaconum, quid in nicopolitana ecclesia sit agendum, » in quo iubetur aut libellum in synodo episcoporum subscribendum esse aut ad singulos mittendum. In epist. XVII (col. 419) refertur synodum cum metropolita subscripsisse.

tientes sedi apostolicae, eorum nomina intur sacra non nsse recitanda mysteria. Hnnc autem professionem meam manu propria snbscripsi, et tibi Hormisdae sancto et venerabili papae urbis Romae obtuli. Data XV kal. npril. Agapito V. Cl. consuln.»

2. A. 519, missa Constentinopolim celnberrima legationn npostolica, qune fincm scbismati imponnret, idem libellus conceptis verbis proponitur, ut sivc prscsente populo, sive io sccretario recitetur coram cloricis et archimendritis, integor voro subscribntur 1). Annnit loannes patrierchn, in cuius litteris totus inseritur, nddita simillima ac supra recitntur, clensuls: «Et propterea spero—mysteria 2).» Quibus adiicit; «Quod si in aliquo a profcssione mea devinre tentavero, his quos condomnavi, per condemnationem propriam, consortem me esse profiteor. Huic vero professioni subscripsi mea manu, et direxi per scripta tibi Hormisdno sanctn et bnotissimo fratri et papac magnnn Romac pnr suprascriptos Germanum et Ioannem venerabiles episcopos, et Fclicem et Dioscorum diaconos, et Blandum presbyterum. *Et alia manu:* Ioannes misericordia Dei episcnpns constantinopolitanae (?) novellae Romae, hac men professione consentiens, omnibus snpradictis subscripsi sanus in Domino. Data mensn martio die 27 indict. XII, consensu Domini Iustini impnratoris, Eutbarico v. cl. cons.» Id vero fnctum, nt superius dixi, in feria V[a] maioris hobdomadnc, cum effuso omnium plausu, idemqun in thessalonicn civitatn feliciter incoeptum, libellumquo multis npiscopis et erchimandritis suscipinntibus, exemplaria graece et latine scripta Romam pervenerunt 3). Iussum praeterea idem fieri Antiocbian et Alexandrisn.

1) *Subscribatur.* ib. col. 442.

2) *Mysteria* Ib. col. 45.-Mox edd *dubitare tentavero?*

3) *Pervenerunt.* Ib. col. 453, 455.—Dorotheus tamen thessalonicensis in contumacia Indnruit. v. col. 476.

3. Cuins rei felicem exitum quum Hormisdas ad omnes Hispaniae, fortasse et Gallinrum episcopos nuntieret, haud omisit litterin suis addere exnmplnm libelli, qualis semnl et iterum exhibetur, cum eadem clausula leviter in fine mutiln: «Quod si in aliquo a mea professione dnviare tentavero: his quos dnmnavi, complicem mn mea snntentia [lege: consortem mc per meam sententiam] essn profiteor 4).»

4. A. 520, nb Epiphanio, recnns in patriarcham clecto, litterae ad Hormisdnm scriptae sunt, qune eumdem libellum, non coocnptis quidem vnrbis exprimunt, sed ita singulas res ex ordine persequuntur, ut eum se prae oculis habuisse Epiphanius vix aportins significaverit. 5).

5. Circitor a. 530, sub Bonifacio II, alterum eiusdnm libulli nxcmplar suh Iustiniani impcratoris nomine circumfertur, iis tamnn auctum incrementis, quan corruptelae movent haud illegitimam suspicionem 6).

6. Sincerius essct cxemplar n Iustiniano missum et oblntum S. Agapeto papac, nisi in vulgatis conciliis pars praecipua nbscissa fuisset 7). Caeterum idem plnnn vidntur is libellus ac altnra fidei confessio quse panlo post nxhibntur, qualem enm nos superius dedimus. Tum vero istum, tum etiem Mnnnae quom rescripsimus libellum quasi digito ostendit Vigilius, quum de priore nit in opist. IV: «In omnibus comprobantes fidei vestrae libellum, quom nostri obsequii fnmulatu, tunc prsedecessori nnstro pinn recordationis Agapetn pietas vestra ortbodoxn devotinnn contradidit.» Et de posteriore paulo post: «In his vero in quibus Mennam fratrem et coepiscopum nostrum, mnmorem libelli sui, qunm praedecessori nostro beatae memorian Agapeto, ordinstionis suse tempore, vestrae clemen-

4) *Profiteor.* Ibid. 468.

5) *Significaverit.* col. 502, 503.

6) *Suspicionem.* Ib. col. 734. Lacinias assuuntur ex Hormisdae ep. 80, ex concil. sub Menna act. V, ex Gregorii m. ep. IV, 36.

7) *Fuisset.* Vid. col. 818, 858.

tiae consensu, porrexerat 1) . . » Videndum vero an Vigilius, quum tam sollicite « obsequii sui famulatum » ad haec memoret, moneat se non tantum latorem libelli fuisse, sed aut scriptorem, aut auctorem ut quaedam adderentur, ex quibus nihil notabilius quam ultima Iustiniani verba quae Romanae sedis praecellentiam egregie testantur.

Nolim interea quisquam miretur eamdem formulam esse toties repetitam: versanti enim cuique vel leviter pontificum epistolas, notum est easdem litteras saepe sub duplici forma dictari, utramque scripturam etiam committi legatis, ut pro opportunitate rerum et hominum alterutram exhibeant. Huiusmodi sunt Leonis epistolae 1, 44, 45, 107, 130, Gregorii Magni Reg. 1, 7, 26, etc. Hormisdae quoque 102 et 103. Immo, ut ad Vigilium revertar, contigit mihi in ultimo Spicilegii tomo, prolegomenis 2) inserere quamdam fidei formulam, quae ob varia suo loco exposita argumenta, licet in codice ἀκέφαλος, Vigilio tamen adscribenda existimabatur. Haud tamen diffitear similem plane formulam, saltem ab initio, legi appensam epistolae Pelagii I ad Childebertum regem, sub hoc titulo: *Fides papae Pelagii,* hisce incipientem: « Credo igitur in unum Deum . . . » Auctiora certe dedimus, et nisi ad vigilianas controversias pertineant, haud indigna tamen erant quae in lucem prodirent. Pauciora vero et tenuiora manserunt, quam ut oculos excitarent cl. professoris Romani, qui tot monumenta de eodem argumento nuper sollicitavit; quum enim grana et paleas haud sine tumultu ventilaret, nil mirum eum, haud modico pulvere circumfusum, fugisse spiculam in agro Solesmensium latitantem et derelictam.

1) *Porrexerat.* Mansi t. IX, col. 36, 37.

2) *Prolegomenis.* t. IV, p. XII-XVI.

X.

IOANNES IEIUNATOR

A. Chr. 582-595.

I. Diu immorandum hic nobis erit, si quoscumque nodos in causa τοῦ Νηστευτοῦ innexos solvere aut extricare, animus est. Qui enim litem habuit haud modicam vivus, defunctus pergit et plurimo capite vexari. Neque tantum de nimio illo et ambitioso τοῦ οἰκουμενικοῦ titulo Gregorius Magnus querebatur 1). Sed corrupta Ephesini concilii acta ultro citroque ventilantur 2). Ob mortuum peccato Adamum Pelagius in causa erat 2). Scelestus quoque iuvenculus quidam intercessit, tam his invisus, quam illis gratus, a quo totum Νηστευτῆς pendebat 4). Et monachos et presbyteros, quos idem segregavit, restituit Gregorius 5). Quin usque ad inferos de Christi καταβάσει praeliabatur 6). Neque pax tumulo inscripta, quum etiam nunc et de tantae abstinentiae viro et de publico eius cultu prolixa et ardua actio sit 7). Quid plura? De innumeris libellis, iure an iniuria eidem ascriptis, certant agmina eruditorum 8). Haud exiguum hominem fuisse, vel cumulatae faciunt controversiae. Quem enim parvi habeas, statim silentio premis. Restat illud Isidori Hispalensis testimonium, a coaequali gravissimum oraculum, quantumvis breve: « Vir inaestimabilis abstinentiae et eleemosynis largissimus 9); » quin immo assentiente Leandro fratre, cui librum suum de baptismo Ioannes nuncupavit 10). Et quantum est vel in optimis hominibus inane! Ille igitur est sanctissimus Ioannes (quo nomine defunctum ipse Gregorius ornavit), qui quum sciret quam periculosa superbia tumuissent sui byzantini, quam caute non semel eorum ambitum frangi oportuerit, quam praeceps sit a vanis titulis ut vacuis nominibus ruere inde in affectatam et usurpatam potestatem, conscius demum actum esse de universa Ecclesia, si re et iure diceretur universalis episcopus, non quidem Christi Vicarius et Petri successor, sed ille qui primum suffraganeus in Ponto ab Heraclea pendens, nondum certo iure patriarcha, neque merito nomine secundus post romanum habebatur, qui haec probe novit Ioannes, larvam exuere nunquam voluit. Frustra per tredecim annos, qua precibus, qua minis, institit providentissimus Gregorius, tantum non gladio usus excommunicationis. Adeo novae Romae invaluerat caeca dominandi cupido, animisque vel piis, sed incautis, obrepserat pertinacia auras captandi populares!

II. Haud pauca in rebus nostris vestigia supersunt Ieiunatoris; vix enim aliena dicam sive librum de baptismo, et sermonem de exitu animae 11), quos e tenebris eri-

1) *Querebatur*. Cf. Gregorii *Regest.* V, 18, 19, 43, 60; VII, 5, 6, 27, 31, 33; IX, 68.

2) *Ventilantur*. Ib. cf. VII, 15, 16, 17, 48.

3) *Erat*. Regest. VI, 14, ad Narsetem.

4) *Pendebat*. Ib. III, 53; V, 18.

5) *Gregorius*. Ib. VII, 5 et in praecedentibus III, 53; VI, 14, 16, etc.

6) *Praeliabatur*. Cf. Assemani Iur. Or. III. p. 513, 514.

7) *Sit*. Post Asseman. III, 479, 583 et Morcellium ad Menolog. Basilian. cf. Bolland. die 11 Sept.

8) *Eruditorum*. Fabr. Bibl. gr. XI, 168; Lequien. *Or. Chr.* 1. col. 226 Binterim *Vorzügl. Denkwürd.* t. V, p. 383.

9) *Largissimus*. Isidori *de Viris illustrib.* n. 39 Areval. t. VII, p. 159.

10) *Nuncupavit*. Insignia sunt verba Isidori, quae viam ad librum alicubi detegendum pene aperiunt: « Hic graeco eloquio edidit de sacramento baptismatis ad bonae recordationis dominum nostrum et praedecessorem Leandrum episcopum, in quo nihil proprium ponit, sed tantummodo antiquorum patrum replicat de trina mersione sententias. »

11) *Animae*. Latet in cod. taurin. 148, f. 106;

pere averem, sive orationes duas de poenitentia et de falsis prophetis, quae Chrysostomi inter spuria sepeliuntur. Vereor ne sinceriores non sint tres libri περὶ ἐξομολογήσεως, quos Morinus in lucem primus vindicavit. Unus incipit: Λαμβάνει ὁ ἱερεύς 1); alius: Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ μονογενὴς 2). Tertius: Τῆς θείας καὶ πανάγαθου τοῦ ὑπεραγάθου 3). Quae mihi mox erunt libellus I, II et III. Quartum addidit Allatius, sub hoc initio: Εὐλογεῖ ὁ ἱερεύς 4). A quibus ea non recedunt, quae nuper Rhallius descripsit, alia scilicet ex Matthaeo Blastare excerpta: Ἀλλὰ γὰρ κατὰ τὸν Νηστευτὴν, et alia ex Pedalio sumpta epitimia: Ἐάν τινας πέσῃ 5). Neque ego spondeo germana omnino esse quae in Solesmensi Spicilegio, meo quidem periculo protuli: 1 Didascaliam, quae incipit: Παῦλος ὁ πανεύφημος; 2. Epitimia varia: ἡ προσβολή; 3. Quaedam liturgica: χρὴ μὲν γινώσκειν; 4. Versus politicos ad quemdam monachum: Τηρῶν, μοναχέ, σωφροσύνης τοὺς ὅρους 6). Nec plura nisi fallor, typi excusserunt.

III. Copiam vero rerum quae chartas inter et membranas obruuntur, quis Ieiunatori restituere valebit aut aequa expendere trutina criticae severioris? Cursu nobis festinandum est per salebrosas vepres, spe non amissa quae sunt obscura, alio in loco declarandi, fortasse et evulgandi quae minus nota sunt.

Vatic. 430, f. 5. — 1ᵃ ἐπιτίμια, ἡ προσβολή.
— f. 155—174 — Ioannis filii obedientiae, Basilii discipuli, libellus III.
— f. 74. — 2ᵃ Epitimia, ἡ πορνεία.
— 504, f. 77. — Περὶ ἐξαγορεύσεως, ὅτι δεῖ τὸν ἐξομολογούμενον, libell. V.
— 640, f. 208. — Ioannis, discipuli Basilii, lib. III.
— f. 223. — 2ᵃ epitimia.
— 744, f. 232. — Ἀλλὰ γὰρ κατὰ τὸν N. ex Matthaeo Blastare.
— 790, f. 249. — Ex eodem.
— 828, f. 342. — Λαμβάνειν δεῖ, libell. I.
— 841, f. 152. — Ex Matthaeo Blast.
— 1114, f. 80. — Ioannis f. obed. διάφοροι διαφοραὶ περὶ ἐξομολογουμένων. Ὅτι δεῖ τὸν ἐξομ. libell. V.
— f. 92, — 1ᵃ epitimia.

titulus est: Περὶ ἐξόδου τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος et initium: Μέγας φόβος, ἀδελφοί. De sequentibus v. Chrysost. opp. t. I, p. 807; Savil. t. VII, p. 221, 641.

1) Ἱερεύς. I. Morini *Comm. hist. de sacram. poenitent.* ed. Venet. 1702, p. 616, 625, Ἀκολουθία καὶ τάξις ἐπὶ ἐξομολογουμένων συνταχθεῖσα ὑπὸ τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Νηστευτοῦ. Ex cod. altempsiano XI saec.

2) Μονογενής. Ἰωάννου μοναχοῦ Κπ. τοῦ νηστευτοῦ λόγος πρὸς τὸν μέλλοντα ἐξαγορεῦσαι τὸν ἑαυτοῦ πνευματικὸν πατέρα. ib. p. 626-630. Ex codice archiepiscopi Monchals.

3) Ὑπεραγάθου. Peculiari titulo inscribitur: Ἰωάννου μοναχοῦ καὶ διακόνου μαθητοῦ τοῦ ἁγίου Βασιλείου καὶ υἱοῦ τῆς ὑπακοῆς κ. τ. ε. post amplissimum prooemium, quod Morino videtur giganteum caput pumilioni, opus incipit: ἄρξομαι δὲ τῇ τοῦ Θεοῦ. Ibid. p. 665-644. Quartus ordo est apud eumdem, ex cod. barberino, ab hoc initio: λέγει ὁ ἱερεύς. Ioannis vero nullum ibi vestigium. Idem decem circiter collegit canones sparsos apud Harmenopulum et Matthaeum Blastarem, tum addit excerptum aliud ex Balsamone vulgato, quod videsis ib. p. 632.

4) Ἱερεύς. Inscribitur ut supra: Ἀκολουθία καὶ τάξις ἐπὶ ἐξομολογ. De consensu utriusque Eccles. c. 17, § 20. p. 1313-1325, ex codd. barberin. olim 79, 245, 302. Aliud canonarium sit, nisi potius tres quoque libellos habeat, βιβλίον ψυχωφελέστατον, διῃρημένον εἰς τρία μέρη, ὧν μὲν πρῶτον περιέχει διδασκαλίαν σύντομον καὶ πρακτικὴν πρὸς τὸν πνευματικὸν, πῶς νὰ ἐξομολογῇ μὲ καρπόν· τὸ δεύτερον τοὺς κανόνας τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ νηστευτοῦ ἀκριβῶς ἐξηγουμένους μετὰ καί τινων ἄλλων ἀναγκαίων· τὸ δὲ τρίτον συμβουλὴν γλαφυρὰν καὶ σύντομον πρὸς τὸν μετανοοῦντα πῶς νὰ ἐξομολογῆται, καθὼς πρέπει, ἐκ διαφόρων διδασκάλων συνερανισθὲν καὶ εἰς ἄριστον τάξιν ταχθὲν παρὰ τοῦ ὁσιολογιωτάτου ἐν ἱερομοναχοῖς κυρίου κυρίου Νικοδήμου. Venet. 1794. Idem libellus iterum prodiit a. 1804, sed nondum ad manus meas pervenit.

5) Πεσῃ. Tom. IV, p. 432-446.

6) Ὅρους. *Spicil. solesm.* t. IV, p. 416, 429, 436, 438, 439. Libellus quem dixero V, legendus p. 438, in fine recidit in primum et inscribitur in codd. paris. Νομοκάνων σὺν θεῷ ἁγιωτάτου ὁσίου πατρὸς ἡμῶν I. τοῦ N. περὶ ἐξαγορεύσεως διαφορᾶς καὶ περὶ ἁμαρτημάτων. Incipit: ὅτι δεῖ τὸν ἐξομολογούμενον τὰ κρύφια.

Vatic. 1114, f. 92. — Παράγγελμα παντὶ πιστῷ. Τὴν νηστείαν παρέλαβε, libell. VI.
— f. 101. — Preces poenitentium.
— 1184, f. 213. — Ex. Matth. Blast.
— 1545, f. 1-63. — Canonarion poenitentium.
— 2137, f. 53. — Quidam canones.
— 2151. — Passim apud Malaxem.
Palat. 258. — Ex Matth. Blast.
— 384, f. 244. — Ex eodem.
Regin. 35, f. 382. — Τῆς θείας καὶ παναγάθου, libell. III.
— 57, f. 430. — 3ª epitimia, γονὴ φάρμακα
— f. 479. — 4ª epitimia, ἀνὴρ δὲ ἤτοι βάρβαρος.
— f. 481. — Ex Matth. Blast.
Ottobon. 97, f. 33. — In Malaxi nomimo.
— 160, f. 33. — Ὅτι δεῖ μαγαρίζοντες. Cf. libell. V.
— 339, f. 155. — Περὶ νομοκάνονος, ex Nicone.
— 344, f. 73. — Ἀκολουθία ἐξομολογουμένων. Λαμβάνει. libell. 1.
— 362, f. 4-26. — Libell. V.
— f. 41-60. — Ex eodem.
— 418, f, 374. — Liturgica. Χρὴ γινώσκειν.
— 364. — De V Eulogiis et defunctis.
— 438, f. 73. — Ex Matth. Blast.
Barberin. III, 42, f. 320. — Ioannis Basilii disc. libell. III.
— f. 349. — 1ª epitimia.
— III, 70, f. 42. — Quaedam περὶ ἐξομολογ.
— III, 71, f. 21. — Διάκρισις ἁμαρτημάτων.
— f. 364. — Διάφοροι διαφοραί, ex libello V.
Casanat. G. III, 20. — Ex Matthaeo Blast.
Marcian. Nan. 206, f. 404. — Λόγος παραινετικός ex libello II.
— 226, f. 221. — Ex eodem mutil.
— 228, f. 172-174. — Libell. 1.
— f. 175. — 5ª epitimia Ὅσα τοίνυν.
— f. 231. — Ex Matthaeo Blast.
— f. 369, 400. — Liturgica et de defunctis.
— 229, f. 252. — Quaedam de poenitentis haeretic.
— 232, f. 1. — Ex libello III.
— Cf. 231, ubi idem ordo, sine auctoris nomine.
— 236, f. 117. — Ex Matth. Bl. — f. 97 excerpta.
— 256, — Λόγος παραινετικός, libell. II.
Ambros. G. 57 *super*. f. 43. — Ex libell. III.
— M. 15 *super*. n. 2ª. — Libell. III.
— M. 87 *super*. — Ex Matthaeo Blast.
— E. 145 *super*. — Ex cod. latine.
— A. 53 infer. f. 1018. — Oratio patris spiritual.
Laurent. Pl. III, cod. 72. — Passim in nomocanone.
— Pl. V, cod. 2. — Ex Matth. Blast.
Vindobon. 24, 34, 58, 90, 96, 184. — Ex Matth. Blast.
— 283, f. 144-159. — Ioannis disc. Basil. libell. III.
Mosquens. 149, f. 164. — Libell. III, cum epitim. f. 188.
— 255, f. 9. — Ioannis disc. Basil.
— 493, f. 212. — Eiusdem.
— 503, f. 65. — Eiusdem.
Scorialensis. X, II, 18. — Ex Matthaeo Blast.
Mosquens. 150 et 151. — Ex eodem.
— 426 (ol. 399) f. 223. — Διαθέσεις τῶν ἐξομολογουμένων libell. 1.
— Typ. 6 in fol. (ol. 28) f. 267. — 6ª Epitim. Ἡ μὲν συντεκνον.

Mosquens. Typ. 6, f. 269. — Παραγγέλματα. Ταῖς νηστείαις. libell. VI.
— f. 275, 286, excerpta varia.
Paris. 363, f. 69. — Ὅτι δεῖ τὸν ἐξομολογούμ. libell. V.
— 364, f. 63. — Libell. III.
— f. 69. — Libell. III.
— 767, f. 143. — Encomium, auctore Callisto CP.
— 788. — Oratio de poenitentia.
— 1138, f. 8. — Ex Matth. Blast
— f. 27, 33. — Idem prolixius.
— 1152, f. 23. — Ioannis Basil. disc. Libell. III.
— f. 33. — Ex eodem.
— 1250. — Ex Matth. Blast. cum epitim.
— 1259. — Ex eodem sub Chrysostomi nomine.
— 1318, f. 5-27. — Libell. V.
— f. 51. — Libell. II.
— 1321. f. 469. — Libell. III.
— 1330. — Libell. III et V.
— 1319, 1322, 1337, 1339, 1342, 1361, 1373, 1374, 1375, 1377, 1389. — Ex Matthaeo Blast.
— 2500, f. 207. — Liturgica.
— 2748, f. 151. — Παραινέσεις metrica.
Coislin. 28. — Encomium vetus memoratur.
— 39. — Libell. II.
— 117, f. 56. — Ex Nicone.
— 36, 121, 122, 123. — Apud Niconem passim.
— 177. — Vita citatur a Nicone.
— 211, f. 294. — Αἱ ποσότητες καὶ ποιότητες libell. VII.
— 363, f. 67. — 1ᵃ. epitimia.
— 364, f. 279-297. — Didascalia et epitimia.

IV. Quibus adde, si lubet, codices alios mss. circiter viginti in monte Atho asservatos, in quibus Matthaeus Blastares continetur, tum eiusdem alios septem, quos Rhallius in tomi VI prooemio recenset; eos vero quum ego non tetigerim, Ieiunatorem in singulis adesse non ausim asseverare. Mitto praeterea alios sine fine libros Harmenopuli, Malaxi, Niconis, qui in collectaneis suis Ieiunatoris ex dapibus haud parca manu mensas instruxerunt suas. Quid vero ex copiosissima supellectile meos in usus adducerem, diu haud remansi anxius: primum enim in alium locum necesse fuit amandari quaecumque vehuntur inter epitimiorum plaustra et sarcinulas patrum πνευματικῶν, quarum quisque ex arbitrio sibi suum condidit libellum, eidem nomini ex solemni cultu consecratum. Quibus amotis, duo iam sola supererant, didascalia monialium et versus ad monachum; quae alius in monastica fortasse reservaverit. Dabo tamen hic, quum haud iniucundam inter alia severiora creare varietatem valeant.

I.

Διδασκαλία μοναζουσῶν καὶ ἐπιτίμια ἑκάστου ἁμαρτήματος Ἰωάννου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Νηστευτοῦ [1].

Doctrina monialium et poenae pro singulis peccatis.

α΄. Παῦλος ὁ πανεύφημος [2] διαφορὰς τῶν τε ὑπὸ ζυγὸν γυναικῶν, τῶν τε ἐν παρθένων χόροις συντεταγμένων ὑποδεικνύς· Μεμέρισται, φησί, καὶ ἡ γυνὴ καὶ ἡ παρθένος· ἡ ἄγαμος μεριμνᾷ τὸ τοῦ Κυρίου, πῶς ἀρέσει τῷ Κυρίῳ, ἵνα ᾖ ἁγία καὶ σώματι καὶ πνεύματι, καὶ ἡ τῷ γάμῳ συζευχθεῖσα μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου, πῶς ἀρέσει τῷ ἀνδρί. Παρθένος τοιγαροῦν, ἥ τις τῷ τῶν ὑπάνδρων ἀκριβῶς ἐξακολουθῇ παραδείγματι, οὐδεμίας χρείαν ἔχει παραινέσεως εἰς τὸ ἀρέσκειν Χριστῷ· ὅθεν ὥσπερ ἐκείνη ἀδιάσπαστον ἔχει τὸν πόθον ἐπὶ τὸν ἄνδρα, οὕτω καὶ σύ, ὡς μοναζουσῶν ἱερὸν τέμενος ἔμψυχον καὶ θεότευκτον, ἐπὶ Χριστὸν τὸν σὸν ἐραστήν, καὶ ὃν τρόπον ἐκείνη ἀεὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς πρὸς τὸν σύζυγον φέρει, ἐὰν καὶ αὐτὴ ἀεὶ τὸ [3]· « Πρὸς σὲ ἦρα τοὺς ὀφθαλμούς μου, τὸν κατοικοῦντα ἐν τῷ οὐρανῷ » ἀναβοᾷς, αὐτὸν κατόψῃ [4] τὸν σὸν νυμφίον οὐρανόθεν προκαθήμενον, καὶ τό· « Ἐγώ εἰμι μετὰ σοῦ, καὶ οὐδεὶς κατὰ σοῦ [5] » προσφωνοῦντά σοι. Αὐτός σου τὸν νοῦν φωτίσει, καὶ τὰς ἑαυτοῦ ἀκτῖνας κατὰ πρόσωπον τοῦ σου νοὸς ἐκπέμψει. Εἶπε γάρ· « Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου· ὁ ἐμοὶ ἀκολουθῶν οὐ μὴ περιπατήσει ἐν τῇ σκοτίᾳ [6], ἀλλ' ἕξει τὸ φῶς τῆς ζωῆς. » Μόνον σου τὸν νοῦν εἰς οὐρανοὺς ἀνάγειν σπούδαζε, μόνον ἐκεῖ Χριστὸν καθορᾶν ἐν θρόνῳ προκαθήμενον πρόσεχε· μόνον ἑαυτῆς τὸ βλέμμα πρὸς ἐκεῖνον ἀτένιζε, καὶ ἐκεῖνον πάλιν πρὸς σὲ ἀτενίζοντα νοητῶς κατόπτευε, αὐτὴ ἀεὶ λέγουσα· « Ἰδοὺ οἱ ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπὶ τοὺς φοβουμένους αὐτόν [7]. » Καὶ πάλιν· « Κύριος ἐκ τοῦ οὐρανοῦ διέκυψεν ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων [8]. » Καὶ πάλιν· « Ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπὶ δικαίους, καὶ ὦτα αὐτοῦ εἰς δέησιν αὐτῶν [9]. » Καί· « Ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπὶ παντὶ τόπῳ σκοπεύουσιν ἀγαθούς τε καὶ κακούς [10]. » Εἰ τοίνυν αὐτὸν ἄνωθεν σκοποῦντά σε προβλέπεις, ἐκεῖνον πόθει, ἐκεῖνον ζήτει, εἰς αὐτὸν τὰς χεῖρας ἀνάτεινε, πρὸς αὐ-

Paulus ille omnium voce notus, quum discrimina mulieres inter illas quae sub viri iugo, et illas quae virginum in choro compositae sunt, ostenderet: « Divisa est, ait, et mulier et virgo; quae innupta est, sollicita est de his quae Domini sunt, quomodo placeat Domino, ut sit sancta et corpore et animo; quae autem nupta est, sollicita est de mundo, quomodo viro placeat. » Virgo igitur, si qua exemplum uxorum viris subiectarum sedulo secuta sit, nullo indiget verborum stimulo ut Christo placere studeat: ut enim uxori assiduus est in virum amor, ita et tu, quasi monialium ad templum sanctum idque vivum et divinitus aedificatum, te confer in Christum, tuum amatorem; perinde ac illa oculos semper flectit in consortem, tu quoque, modo tibi clamare solemne sit: « Ad te levavi oculos meos, ad eum qui habitat in coelo, » tuum velim videas sponsum sedentem in supernis, teque his compellantem: « Ego sum tecum, et nemo contra te. » Ipse tuam mentem illustrabit, et suos ipse radios in faciem animae tuae immittet. Ait enim: « Ego sum lux mundi: qui sequitur me, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitae. » Tantum in coelos mentem tuam ultere ut erigas; tantum intende ibi Christum suspicere solio praesidentem; tantum in ipsum aciem oculorum tuorum fixam tene: et ipsum tibi vicissim attendentem ex animo speculare, assidue aiens: « Ecce oculi Domini super metuentes eum. » Et iterum: « Dominus de coelo respexit super filios hominum. » Et rursus: « Oculi Domini super iustos, et aures eius in precem eorum. » Et etiam: « Oculi Domini in omni loco considerant bonos et malos. » Eum igitur desuper te intuentem si consideras, ipsum cupito, ipsum quaere, in ipsum extende manus, ad ipsum oculos erige. Atque si afflictio rerum inciderit, seu tristitia aut

1) Νηστευτοῦ. Ex cod. coislin. 361, f. 279-297, saec. XIII, cuius perpetua et foeda sphalmata aliud suadent fuisse exemplar multo vetustius; immo auctoris nomen unde expressum ad illam ducit aetatem, in qua, nondum firmato schismate, ὁ νηστευτής aut in sanctorum album non referebatur, aut magnis non ornabatur laudibus, neque etiam suo τοῦ οἰκουμενικοῦ titulo muniebatur.— 2) Πανὔφημος at mox μεμέρισται cod. et alia id genus multa, quae tacitus emendo.— 3) Τό. Ps. CXXII, 1. Aliquid f. deest.— 4) Ἀναβοᾷς αὐτὸν κατόψει cod. — 5) Σοῦ. Ierem. I, 8, 18? — 6) Σκοτίᾳ cod. Ioan. VIII, 12. — 7) Αὐτόν. Ps. XXXII, 18. — 8) Ἀνθρώπων. Ps. XXXII, 13. — 9) Αὐτῶν. Ps. XXXIII, 16. — 10) Κακούς. Prov. XV, 3. —

τὸν τοὺς ὀφθαλμοὺς σου ἄρον· κἂν θλῖψις [11] ἐπισυμβῇ, κἂν λύπη, κἂν τε νόσος, κἂν τε πόλεμός σοι ἐπιστῇ δαιμόνων, ἐκεῖσε πρὸς τὸν ἐπὶ θρόνου σου νυμφίον ἀνατρέχειν σπούδαζε· πλέον γὰρ ἐκείνου βοηθὸν καὶ συνεργὸν οὐδένα, οὔτε ἐν ἀγγέλοις [12], οὔτε ἐν ἀνθρώποις ἐφευρήσεις ποθοῦντα ἢ εὐεργετοῦντά σε. Οὐ γάρ ἐστιν, « οὐκ ἔστιν ὄνομα ἕτερον, οὔτε ἐν οὐρανῷ, οὔτε ἐπὶ γῆς, ἐν ᾧ δεῖ σωθῆναι ἡμᾶς, εἰ μὴ Κύριος Ἰησοῦς Χριστός.»

Ὡς γὰρ γυνὴ πλέον ἀνδρὸς οὐδένα τὸν μετὰ ζήλου διαπύρου [13] τὴν αὐτῆς ἐκδίκησιν ποιεῖν ἐθέλοντα κέκτηται, οὕτως οὐδὲ ψυχὴ παρθένος πλέον Χριστοῦ ἕτερον ἐπικαλεῖσθαι ἢ τὰς ἑαυτῆς θλίψεις ἢ ἀνάγκας ἐξαγγέλλειν κεχρεώστηκεν [14]. Διό, ὅ τ' ἂν αὐτοῦ χωρὶς ποιήσεις, καὶ μὴ μεθ' ὑπομνήσεως καὶ πρὸ προσευχῆς ἐκείνου, οὐκ εἰς ἀγαθόν σοι γενήσεται. Κεφαλὴ γάρ ἡ σὴ οὐχ ὁ ἀνήρ, ἀλλ' ὁ Χριστός, ἀεί σοι ἄνωθεν κραυγάζων [15]· « Χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε [16] ποιεῖν οὐδέν.» Ἐὰν ἀργήσῃς ἐκ τῶν ἄνω, ἐνεργήσεις πάντως τὰ τῶν κάτω· τοῦ γὰρ λογικοῦ τῆς ψυχῆς ἄνω πρὸς Χριστὸν κρεμαμένου καὶ ἐκεῖσε ἀσχολουμένου, νεκρὰ πάντα τὰ πάθη, καὶ οὔτε ὁ θυμός, οὔτε ἐπιθυμία το [16a] παρενοχλῆσαι δύναται· ἡνίκα δὲ ἐκεῖθεν ἀποπέσῃ, παραυτίκα τὰ τοῦ θυμικοῦ καὶ ἐπιθυμητικοῦ πάθη, ὡς θῆρές τινες, ἐπαναστάντα τὴν ψυχὴν κατεσθίουσι. Μὴ προτίμα ἔργον ἢ πρᾶγμα ἢ διοίκημα, παρὰ Χριστόν· ἀλλὰ πρῶτον εὖξαι καὶ ὑπόμνησον καὶ παρακάλεσον, καὶ οὕτως διοίκησον, καὶ τότε εὑρήσεις πάντα εὐθέα σοι καὶ ἀνεμπόδιστα. Σφόδρα γὰρ λυπεῖται ὁ Θεός, ὅταν ὑπὲρ αὐτὸν προτιμότερόν τι τῶν ἐπὶ γῆς ἐπικέκτησαι. Ἀλλ' ὁποῖον ἂν καὶ ἀναγκαῖον τὸ ἐπὶ γῆς ὑπάρχει, ἐν συντόμῳ μόνον πρῶτον εὖξαι καὶ πρῶτον ὑπόμνησον, καὶ οὕτως τοῦ ἔργου ἢ τῆς χρείας τὴν ἀρχὴν καὶ διοίκησιν ποίησον. Ἀεὶ οὖν σεαυτὴν ἐπίλεγε· Ποιήσωμεν τὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ οὕτως τὰ τῶν ἀνθρώπων· πρῶτον τὰ ψυχικά, καὶ οὕτως τὰ σωματικά. Τὴν γὰρ προτίμησιν χωρὶς πάσης προφάσεως ἀποστῆσαί σε [16b] μέλλει ὅσος καὶ ἀνὴρ καὶ νυμφίος καὶ δεσπότης Χριστός, οὗ χωρὶς τῶν ὄντων οὔτε ἐγένετο, οὔτε γίνεται οὐδέν.

Ὅρα δὲ καὶ τοὺς ὑπὸ τοῦ ὄφεως ὑποβαλλομένους σοι ἐχθροὺς λογισμούς· σπεύδει γὰρ τοῦ ξύλου σε τῆς ζωῆς ἀποστερῆσαι, Χριστοῦ, καὶ ἐνατένιζει [17] Εὔαν ἀπεργάσασθαι, ἐπαγωνίζεται τοῦ

morbas, sivo doemonam pugna institerit, illuc ad tuum in sulio sedentem spunsum accurrere festina: quo enim praestantiorem nullum patronum et adiutorem, sive in angelis sive io hominibus, iavanies qai la amet ac bene tibi faciat. Nua est enim, « non esl aliud aomen sivo in coelo, sive in terra, ia quo oporteat nos salvos fieri, nisi Domiaus Iesus Christas. »

Quemadmodam uxor neminem praa viro suo adepta ost zelo succaasiorom, qui velit eam ulcisci, sic quaa spiritu virgo ost, nullum praa Christo magis invocara debet, cai vel suas acrumnas vel necessitates commiltat. Propterea, si quid sine illo feceris, ipsius immemor, nec praemissa ad eum prece, id sano tuum in bonum aoa eessaram est. Caput eaim tuum aon est vir, sed Christus, a qao tibi do coeio semper elamatur: « Sine me nihil potestis facere. « Si coelestia neglexeris omaiuo, axsequeris quae sunt inferiora. Nam qaom aoimae tuae vim cogitandi totam Christo appensam habueris in eoque occupatam, mortuae passiones omnes sunt, nec animas, neqae appetitus allus conturbare te valobit. Inda vero ut axcideris, illico cupidinum ac voluptatum aestus, velnti qaaedam ferae, retroversi animam devorant. Na tibi praopiaceat sivo opus, sive ministerium, magis qaam Christus; huac primum ora, hanc memorare, hunc flagita, sicqae munere fungitor, at tunc invenies cuncta obvia tibi ot expedita. Vohemeator enim moeret Deus, quoties aliquid ipso antiquius in terra adipisceris. Sod qaodcamqae vel necessariam in terra saccedit, strictim eum soiam in primis ora et in primis recordare; ita opus quodlibet aut necessarium officiom incipe ot confice. Sic igitur te sempor alloqaere: Agamus quae Dei sunt, doindo quae hominum; spiritualia primum, deindo corporalia. Quominas eaim quidqaam Deo praeponas, oxcluso qaalicamqae praetoxtu, probibera debot Christus, utpote vir, spoesusqae et dominas, sine qao rerum aulla facta est, nec fiet umquam.

Sed vida qualio tibi suppetant serpentis inimica coosilia; nititur enim a ligno vitae, Christo, te fraudare; omoi opo nititur ut Evam subvertat, at pro viribas aestuat ut a paradiso, sivo Christi

11) Θλίψεις cod. — 12) Ἀγγέλοις. Mox Act. IV, 12. — 13) Διαπείρου cod. — 14) Καὶ χρειόστηκεν cod. — 15) Κ(αυγάζω cod. — 16) Δύνασται ib. Ioan. XV, 5. — 16a) τοῦ cod. — 16b) fort. σου. — 17) Ἐντένισε cod. —

παραδείσου, τῆς εἰς Χριστὸν θεωρίας, ἀποξενῶσαι. Ἐὰν οὖν εἴπῃ σοι ὁ λογισμός· Βλέψον τόδε τὸ πρᾶγμα, ἢ τὸ πρόσωπον, λέγε· Οὐ βλέπω. Ἐὰν εἴπῃ· Ἄκουσον τί λέγει ὁ δεῖνα, τί γέγονεν ἐν τῷδε τῷ τόπῳ, λέγε· Οὐκ ἀκούω. Ἐὰν εἴπῃ· Ἔκτεινον τὴν χεῖρα, ἅψαι τοῦδε, λέγε· Οὐχ ἁπῶ. Ἐὰν εἴπῃ· Ἔκτεινον πάλιν τὴν χεῖρα, ἅψαι τοῦδε, λέγε ὅτι οὐκ ἐκτείνω. Ἐὰν εἴπῃ· Πορεύθητι ἐκεῖσε 18), διοίκησον τόδε, λέγε· Ἡ γυνὴ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, ἀλλ᾽ ὁ ἀνήρ· ἐρωτήσω Χριστόν, ὑπομνήσω Χριστόν. Καὶ ἂν οὕτως λέγῃς, φεύξεται ἀπὸ σοῦ πᾶν δαιμονικὸν ἐνθύμιον, ὅτι μηδὲ ὑποφέρει ὁ δαίμων καθεκάστην ὥραν 19) μισθοὺς παρὰ Θεοῦ καὶ στεφάνους τὸ λαμβάνειν σε.

Φύλαττε οὖν τοὺς ὀφθαλμούς, χωρὶς ἀνάγκης μηδέποτε πρὸς ὃ μὴ ἔχῃς ἀνάγκην [ὥστε] τὸ μὴ βλέπειν σε. Φύλαττε τὴν ἀκοήν, ἀκαίρους ἀκοὰς καὶ ὁμιλίας μηδαμῶς ἀκροᾶσθαί σε. Φύλαττε παντελῶς ὑπὲρ πάντα τὴν χεῖρα, σώματος μήτε οἰκείου, μήτε ἀλλοτρίου ἐμπαθῶς ἐφάψασθαι, ἵνα εἰ καὶ 20) ὁ ὀφθαλμὸς ὑποκλαπῇ ἢ ἡ ἀκοὴ εἰσδέξηται λόγους τινάς, ἐὰν μὲν ἡ χεὶρ κρατῆται, οὐ πολὺ τὸ ἁμάρτημα· ἐὰν δὲ ἡ χεὶρ τῆς Εὔας ἅψηται τοῦ καρποῦ, οὐκ εἰς μακρὸν καὶ τὴν βρῶσιν θελέσει 21), κἂν ἢ μὴ βούληται τῆς πράξεως [τὸ ἀκάθαρτον], καὶ τότε ἔξω τοῦ τῆς τρυφῆς τοῦ παραδείσου ἀπελασθήσεται.

Γίνωσκε δὲ πάλιν τοῦ διαβόλου τρόπον ἕτερον, ὑποβάλλειν πολλάκις λογισμοὺς αἰσχροὺς καὶ πολλούς, καὶ οὐκ ἀφίσταται 22). Εἶτα στραφεὶς 23) φησι· «Τοσαῦτα δεῖνα ἐπενθύμει· καὶ ποταπὴν φυλάττεις τὴν παρθενίαν σου τῷ Χριστῷ; κἂν ποίησον τὴν συγκατάθεσιν, καὶ τῆς ἡδονῆς μὴ ἀποστῇς.» Ἀλλὰ ἀποπήδησον· λῃστής ἐστιν καὶ κλέπτης 24). Διὸ γίνωσκε ὅτι ὥσπερ ἀνὴρ ἀφεὶς τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα καὶ πορευθεὶς εἴς τινα διοίκησιν, ἐν τῷ ἀποστραφῆναι, ἐὰν ταύτην εὕρῃ μηδενὶ τῶν ἀνδρῶν προσεγγυήσασαν 25), κἂν μυρίους λογισμοὺς λογίσεται, κἂν μυρίας ἕξει τὰς ἐπιθυμίας, οὐκ ἀποβάλλεται, οὐκ ἀποστρέφεται· οὕτω καὶ ὁ Κύριος. μόνον τῆς πράξεως μὴ βλέψῃ τὸ ἀκάθαρτον, ἐπεὶ φιλάνθρωπός ἐστι καὶ ἀγαθὸς καὶ μακρόθυμος, καὶ μικροῖς ἐπιτιμίοις ταχέως δωρεῖται τὴν ἴασιν 26).

contemplatione, eam excludet. Si igitur tentatio tibi suggerit: «Cerne rem hanc, vel hanc faciem,» dicito: «Cernere nolo.» Si dixerit: «Audi quid talis dicat, quid in hoc vel illo loco agatur,» dicito: «Non audio.» Si dixerit: «Extende manum, tange illud,» «Non tangam:» Si dixerit. «Extende rursus manum, tange illud,» dicito: «Non extendo.» Si dixerit: «Huc vade, hoc age,» dicito: «Mulier non habet sui corporis potestatem, sed vir: Christum sciscitabor; meminero Christi.» Atque haec si responderis, aufugiet a te omnis daemonum illecebra. Non enim sustinet diabolus te singulis horis mercedes a Deo coronasque suscipientem.

Custodi igitur oculos, ne umquam, citra necessitatem, id quod cernere te non oportet, aspicias. Custodi aures, ne otiosum auditum percipias et colloquia vana. Custodi praesertim super omnia manum, ne sive tuum sive alterius corpus minus modeste tractes; etiamsi enim vel oculus surripuerit, vel auris nonnulla hauserit verba, dummodo contineatur manus, non multum peccatum erit. At ubi Evae manus pomum tetigerit, non diu erit quum voluerit cibum, et tametsi rei nequitiam nolit, nihilominus extra paradisi delicias extrudetur.

Rursus autem alias nosce diaboli insidias, submittere saepenumero cogitatus inhonestos et multos, et non desistit. Postmodum conversus, ait tibi: «Haec quanta et qualiacumque sint, concupisce. Et quam ob rem tuam virginitatem Christo servas? quin cedo consensum, nec te a voluptate abstineas.» At enim recede, fur est et latro. Noveris ergo idem futurum esse ac si vir, dimisso uxore sua, iter in aliam provinciam fecit, domumque reversus, si non uxorem invenit alieno viro traditam, licet sexcenta in mente volverit, sexcentavo concupierit, nec dimittit eam, nec eiicit: ita et Dominus, modo non videat patrati flagitii turpitudinem, quum hominum amator sit et bonus et longanimis, per levia epitimia medelam tibi cito impertitur.

Si quae tentatio tibi exoriatur, nec eam discer-

18) Ἐκεῖσαι Ib. Deinde I Cor. VII, 4. — 19) Ὑποφέρη... ὁρᾶν... τοῦ λαμβάνειν cod. — 20) Ἀεὶ Ib. Mox εἰδέξεται. — 21) Τελέση, Ib. Statim βούλεται, et vix putem non deesse aliquid in hac phrasi raptim interciso. — 22) Ἀφιστατε ibid. — 23) Στραφῆς ibid. — 24) Κλαιπτη,. Ib. Paulo post: Ἀφῆς. — 25) Προσεγγυσασαν cod. — 26) Ἴασιν. Caute lege et recole quae veteres de nimia Ieiunatoris facilitate et indulgentia haud semel conquesti sunt. Cf. Spicil. solesm. t. IV, p. 399 Niceph. can. 83; p. 474, Nic. can. 24; p. 480,

Ἐὰν λογισμὸς εἰσέλθῃ σοι, καὶ διακρῖναι τοῦτον οὐ δύνασαι[27], Χριστὸν περὶ αὐτοῦ δυσώπησον, ἵνα εἰ μὲν ἐκ δαιμόνων ἐστὶ, φεύξηται καὶ εἰς τὸ μὴ ὂν παραστήσηται· ἐὰν δὲ ἐκ Θεοῦ, μᾶλλον στερεωθήσεται, καὶ καθαρώτερόν σοι ἐμφανισθήσεται· οὐ γὰρ ἐπὶ πολὺ ἀφίησι ὁ Θεὸς τοὺς εἰς αὐτὸν ἐλπίζοντας πειράζεσθαι. Ἀλλὰ ποιήσει τάχυ σὺν τῷ πειρασμῷ καὶ τὴν ἔκβασιν τοῦ δύνασθαι ὑπενεγκεῖν. Εἰ δέ γε ἐπιμένει καὶ συνθλίβει[28], γίνωσκε ὅτι πειράζει σε ὁ Χριστός. Εἰ ἄρα ἀφίης αὐτὸν καὶ ἑτέρους τρόπους ἐπινοεῖς πρὸς τὴν ἄνεσιν, καὶ ἡνίκα ἴδῃς τὸ ἐξ αὐτοῦ ἀμετάθετον, εὐθέως πάρεχε[29] καὶ τὸ ἔλεος, ἢ ἐξέτασον καὶ τὴν αἰτίαν, μήποτε ἐξ ἡμῶν τὴν ἀφορμὴν λαμβάνῃ, μὴ διὰ γαστριμαργίας, ἢ οἰνοποσίας, ἢ πολυυπνίας, ἢ καταλαλιᾶς, ἢ ὑπερηφανίας ἐνισχύηται. Καὶ τοτὲ τὴν ὕλην ταχὺ ἀπόῤῥιπτε, καὶ τὸ πῦρ ταχέως ἀποσβέννυται· τοτὲ οὖν πολλῶν δακρύων χρεία, πολλῆς ἀγρυπνείας, νηστείας, παραστάσεως· καιρὸς γὰρ πολέμου καὶ καιρὸς ἢ στεφανῶν ἢ τιμωριῶν· ἐνέστηκε γὰρ ἡ πάλη, διὰ τὸ ὑμᾶς καταφρονῆσαι εἰσελθεῖν καὶ τὴν προσβολὴν καὶ τὸν συνδυασμὸν[30]· ἀναλαβοῦ τοιγαροῦν πάλιν τὸν νοῦν, βρέχε τοὺς πόδας Χριστοῦ, καθὼς ἡ πόρνη· μνημόνευε αὐτὸν διὰ παντός. «Εἴτε γὰρ ἐσθίετε, εἴτε πίνετε, εἴτε τι ποιεῖτε, πάντα ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ ποιεῖτε[1].»

Γίνωσκε δὲ καὶ τοῦτο, ἔστι δαίμων πορνείας ἐν τῷ ὕπνῳ, ὑποβάλλων ὀνείρατα αἰσχρὰ καὶ παριστάμενα βλέπειν τὸν ἄνθρωπον, ἵνα ἅμα τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀνοῖξαι ἐκ τοῦ ὕπνου, εὐθέως ὑπομνήσῃ[2] τὰ ἐν τῷ ὕπνῳ ὁραθέντα, ὅπως ταῦτα τὴν ἅπασαν ἡμέραν ὁ νοῦς ἐπιθυμῆται. Δίδαξον οὖν τὸ στόμα, ἅμα τὸ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξ ὕπνου ἀνοῖξαι[3], λέγειν. «Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ Υἱὲ Θεοῦ, ἐλέησον. Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, Υἱὲ Θεοῦ, βοήθει μοι.» Καὶ οὕτως ἐὰν πρὸ παντὸς ἔργου καὶ λόγου τὸν Χριστὸν ἐπικαλῇς[4], αὐτὸς οὐδέποτε ἐγκαταλίπῃ σε[5].

β΄. Κράτει τὴν βίαν, «ὅτι βιασταὶ[6] ἁρπάζουσι τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.»

γ΄. Ἐξέταζε τὴν στενὴν καὶ τεθλιμμένην ὁδὸν περιπατεῖν, ἢ τὴν πλατεῖαν καὶ εὐρύχω-

nere poteris, Christum propter hoc supplica; adeo ut si a daemone venit, dissipabitur et in nihilum evadet; sin a Deo, potius firmabitur et clariorem in lucem erumpet. Non enim permittit Deus sperantes in se supra modum tentari. Sed in prompto cum tentatione faciet tibi eamdem sustinendi copiam. Quae etiamsi duraverit et te afflixerit, scito quod probet te Christus. Si ergo dimittis eum, atque per alias errandi vias declinas in segnitiem, quando demum videris eum per se non mutatum, illico te in Dei misericordiam recipe, aut scrutare diligenter tentationis causam, num fortasse a nobismet nacta occasionem sit, num a comessatione vel immodico vino, num a nimio somno, loquelave vel superbia invalescat. Modo nulla mora, materiam tolle, et cito ignis extinguitur; modo autem multis opus est lacrymis, multis vigiliis, ieiuniis, stationibus. Tempus quippe belli, tempus est sive coronarum, sive poenarum. Crevit enim praelium, eo quod a primo impetu et tumultu contemsisti initia. Resume igitur animum; riga pedes Christi, meretricis instar, eumque recordare perpetuo. «Sive enim manducatis, sive bibitis, sive aliquid facitis, omnia in nomine Iesu Christi facite.»

Ad haec et illud noveris, esse fornicationis daemonem in somno, foeda immittentem somnia, hominis visionem prae se ferentia, ut simul ac oculos e somno solveris, illico refricet quae per somnum conspecta fuere, adeoque per totam diem animus concitetur. Doce igitur os tuum, ubi oculos e somno aperueris, dicere: «Domine, Iesu Christe, fili Dei, miserere! Domine, Iesu Christe, fili Dei, auxiliare mihi.» Itaque dum omni opere ac sermone Christum invocaveris, ipse profecto non te derelinquet.

II. Vim adhibe, quia «violenti rapiunt regnum coelorum.»

III. Elige utrum per angustam et arctam viam ambules, an per latam et expeditam. Hoc vero unde noveris? Si quaecumque egeris, vim modi-

eiusd. resp. 13. – 27) f. μὴ δυνῃ. – 28) Συνθλίβῃ cod. — 29) Παρεχει ib. mox λαμβάνει. — 30) Συνδυασμὸν distincte hic et infra, aliud forte a συνδυασμῷ aut peculiari sensu intelligendum, quasi designet statum animae medium inter tentationem et consensum suspensae, id quod *dubium* audimus et interpretamur.

1) Ποιεῖτε. I Cor. X, 31. — 2) Ὑπομνήσει cod. — 3) Ἀνοῖξαι ib. — 4) Ἐπικαλεῖ. Deinde στίχους sequimur, quales eos distinguit codex, etsi non semel sensus aliam suadeat divisionem. — 5) Ἐγκαταλίπει σε ib. — 6) Βιασταί cod. Agnoviati Matth. XI, 12. —

ρου [7]. Πῶς δὲ τοῦτο ἐπιγνώσῃς; ἐὰν ἐν παντί σου πράγματι μίξῃς καὶ βίαν μικρὰν ἐν νῷ· εἰ ἐσθίεις, μικρὸν πείνη, καὶ μὴ ἐμπλησθῇς· ἐὰν πίνῃς [8], καὶ μικρὸν δίψη. Ἐὰν κοιμήσῃ [9], ἔστω ἐπὶ ξύλου, ἢ ἄλλο τι τὸ τὰς πλευρὰς σου ὑπονύττον [10]. Καὶ ἐν παντί σου ποίει μέρος καὶ τοῦ Χριστοῦ· τοῦ ὄψου εἰ μεταλαμβάνεις, ἄφες ἐξ αὐτοῦ καὶ μέρος τοῦ Χριστοῦ.

δ'. Τὴν νύκτα μόνος ἔστω ὁ Χριστὸς· ἃ πράττεις γινώσκει· εἰ μὲν εἰς εὐχὰς καὶ θεωρίας ἐπαρθῇ [11] ὁ νοῦς σου, κατάλειπε [12] πᾶσαν τῶν ψαλμῶν στιχολογίαν καὶ μετανοίας, καὶ μόνοις σχόλαζε τοῖς δάκρυσιν.

ε'. Εἰ [13] δέ τι σου κλάσῃ ὁ λογισμὸς, πάλιν ἐπιλαβοῦ τὸν ψαλμόν· χρέος γάρ σοι τοῦτο μέγα τὴν πᾶσαν νύκτα εἰς τὸν σὸν νυμφίον ἀπασχολεῖσθαι, ἵνα αὐτὸς μόνος καὶ μηδεὶς ἀνθρώπων ἴδῃ τίνα ἐστὶν ἃ πράττεις ἐν νυκτὶ μετὰ σοῦ. Ἀεὶ οὖν ἀπὸ ἑσπέρας ἀπάρχου τῆς τῶν ψαλμῶν στιχολογίας. Οἱ μὲν ἀρχάριοι [14] πληροῦσι τὸ ψαλτήριον, οἱ μέσοι [15] τὸ ἥμισυ· οἱ δὲ τέλειοι μόνον εὔχονται, καὶ οὐδαμῶς ἕτερόν τι πράττουσιν.

ς'. Ὅταν λογισμός σοι ὑψηλοφροσύνης ἢ ὑπερηφανίας εἰσέλθῃ [15a], ἐρεύνησον εἰ πάσας τὰς ἐντολὰς ἐφύλαξας, εἰ ἀγαπᾷς τοὺς ἐχθρούς σου, καὶ ὑπὲρ αὐτῶν προσεύχεσθαι, καὶ ἐὰν ἔχῃς τὸ πάντων ἀγαπᾷν εἶναι ἐσχάτην, καὶ δουλεύειν θέλῃς [16] ἅπαντας, ὡς πάντων ἁμαρτωλοτέρα· εἰ δὲ μή, μάτην καυχᾶσαι.

ζ'. Ὅταν πρὸς κενοδοξίαν βλέπῃ σου ὁ νοῦς, ἴδε ὅτι τὸν ὁρῶντα ἄνωθεν Θεὸν καταφρόνησας, καὶ παρὰ ἀνθρώπων ἔπαινον καὶ δόξαν ἐπιθυμεῖς, καὶ αἰδέσθητι, μᾶλλον δὲ εὐθέως τὴν τῶν ἀνθρώπων διάστησον [ὁμιλίαν].

η'. Ὅταν πρόσωπόν τινος ἐν τῇ καρδίᾳ σου ὁ διάβολος ὑποδείξῃ, ἆρόν σου τὸν νοῦν ἐπὶ τὸν Θεὸν, καὶ εἰπέ· «Ὅτι πρὸς σὲ, Κύριε, Κύριε, οἱ ὀφθαλμοί μου· ἐπὶ σοὶ ἤλπισα, μὴ ἀντανέλῃς τὴν ψυχήν μου [17].»

θ'. Ὅταν τις ὑβρίσῃ ἢ λοιδορήσῃ ἢ καταποιήσῃ σε, καὶ μνησικακίαν ἔχῃς [17a] ἐν τῇ καρδίᾳ σου, μνήσθητι καὶ σὺ [ὅτι] τὸν Θεὸν πολλάκις ἐλύπησας, καὶ ἐὰν μὴ ἀφήσῃς, οὐδὲ ὁ Θεὸς ἀφήσει σοι τὴν ἁμαρτίαν [18].

cam in animo adhibeas. Si manducas, paulum esuri, neque expletor. Si bibis, modicum fac sitias; si dormis, in ligno cubes, aut qualicumque strato latus compungas. Et in omni re tua da partem Christo: vel obsonium accipiendo, ex eo sepone unde Christi portio sit.

IV. Per noctem solum esto Christus: quae tu facis, non ignorat. Sin vero sese in orationes et contemplationes efferat animus tuus, intermitte omnem psalmorum recitationem et metanoeas, ut solis indulgeas lacrymis.

V. Si quid autem tibi tentatio fregerit, iterum resume psalmum. Interest enim tua multum totam per noctem tuo vacare sponso, ut solus ille, hominum vero nullus, videat quaenam noctu tecum egeris. Semper igitur ab hora vespertina inchoa psalmorum stichologiam. Novitii quidem explent psalterium; medii, dimidiam partem; perfecti autem soli orationi student, nec aliud agunt omnino.

VI. Te quum alti supercilii aut arrogantiae tumor invadit, scrutator an omnia mandata servaveris, an eo usque tuos diligas inimicos ut pro illis ores, an te iuvet omnium esse ultimam omnibusque subesse velis, uti omnium nequissima peccatrix: alioquin, in vanum gloriaris.

VII. Quum ad inanem gloriam tuus respexerit animus, considera quod desursum videntem te Deum respicis, et ab hominibus laudem plaususque appetis, ac erubesce, quin immo cito ab hominum colloquiis fuge.

VIII. Quando hominis alicuius imaginem diabolus pectori tuo exhibuerit, erige mentem ad Deum, et dicito: «Ad te, Domine, Domine, oculi mei; in te speravi, ne penitus auferas animam meam.»

IX. Quoties aliquis tibi contumeliam aut opprobria aut iniustitiam intulerit, tuoque insidet animo iniuriae memoria, memorare te non semel Deo molestam fuisse, ac nisi tu dimiseris, nec tibi Deum dimissurum esse peccata.

7) Εὐρύχωρον. Matth. VII, 13, 14. Mox ἐπιγνῷς cod. — 8) Ἐσθίεις, πίνε, πίνεις, δίψα cod. — 9) Κοιμᾶσαι ibid. — 10) Τὰς π. ὑπονύττων σου ib. — 11) Εὐχὴν κ. θεωριῶν ἐπ. σου ib. — 12) Κατάλειπε ib. — 13) Εἰς δέ τι ib. — 14) Ἀρχάριοι. Et hanc vocem nota ut alia quae vix alibi legeris. — 15) Μέσει cod. — 15a) εἰσέλθοι ib. — 16) θέλεις ib. — 17) Mov. Ps. CXL, 8. — 17a) ἔχεις cod. — 18) Ἁμαρτίαν. Matth. VI, 15.

ί. Ὅταν εἰς θυμὸν ἀνάψῃ σου ἡ καρδία καὶ ἀναγκάζῃ εἰπεῖν τι ἀπρεπὲς καὶ ἀνθυβρίσαι ἢ λοιδορῆσαι τὴν λυπήσασαν, κράτησον τὴν γλῶσσαν, καὶ εἰπὲ πρὸς τὸν Θεόν· « Θοῦ, Κύριε, φυλακὴν τῷ στόματί μου 19), » ἵνα καὶ σὺ δυνηθῇς εἰπεῖν μετὰ Δαυΐδ· « Ἐταράχθην, καὶ οὐκ ἐλάλησα 20). » Καί· « Ἐθέμην τῷ στόματί μου φυλακὴν ἐν τῷ συστῆναι τὸν ἁμαρτωλὸν ἐναντίον μου 21).

ιά. Ὅταν ἴδῃς τὸν νοῦν ἀγαπῶντα τὰ ἐπίγεια, γίνωσκε, οὐρανίας γλυκύτητος οὐδαμῶς ἀπεγεύσατο· ὁ γὰρ γευσάμενος τῶν ἄνω, εὐχερῶς καταφρονεῖ τῶν κάτω.

ιβ'. Ὅταν βρωμάτων ἐπιθυμίαν ὑποβάλλῃ σοι ὁ λογισμός, μὴ τὰ βρώματα λαβοῦ 22), ἀλλὰ βλέψον ὅτι μετὰ τὴν τῶν βρωμάτων ἡδονήν, ἑτέρα σοι ἐπέρχεται 23) ὑπὲρ τὴν ἐν Βαβυλῶνι κάμινον, μέλλουσα τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν καταφλέγειν, καὶ παῦσαι.

ιγ'. Ὅταν ἴδῃς πύρωσιν ὑπέρμετρόν σε καταφλέγουσαν, στῆθι ἐν μέσῳ καμίνῳ, καὶ λέγε μετὰ τῶν τριῶν παίδων. « Κύριε, Κύριε, μὴ παραδῴης με εἰς τέλος διὰ τὸ ὄνομά σου, καὶ μὴ διασκεδάσῃς τὴν διαθήκην σου, καὶ μὴ ἀποστήσῃς τὸ ἔλεός σου ἀπ' ἐμοῦ 24). »

ιδ'. Ὅταν ἴδῃς ὅτι ὁ νυσταγμὸς καταβαρεῖ σε, λέγε τρίτον. « Κύριε, φώτισον τοὺς ὀφθαλμούς μου, μήποτε ὑπνώσω εἰς θάνατον, μήποτε εἴποι 25) ὁ ἐχθρός μου· Ἴσχυσα πρὸς αὐτόν. »

ιε'. Φοβοῦ τὴν χωρὶς σώματος ἑτέρου πορνείαν· αὕτη δὲ γίνεται, ὅταν ἐν καρδίᾳ τις ἀναζωγραφήσας τὸ πάθος, ἐν ἀδήλῳ ἐργάζηται τὴν ἁμαρτίαν.

ις'. Φοβοῦ τὸ κρῖναι καὶ κατακρῖναί τινα· ὅταν γὰρ διὰ τὸ κρῖναι ἐπέλθῃ πόλεμος, ἀφίεται παρὰ Θεοῦ ἡ ψυχή, καὶ τότε ἐν ᾧ κρίνει ἄλλους, εὑρίσκεται καὶ αὐτὴ κρινομένη 26).

ιζ'. Φοβοῦ τὸ μετὰ ἔχθρας τε καὶ μάχης στῆναι εἰς προσευχήν. Ἐπεὶ εἰς μάτην κοπιᾷς, πλὴν ἐὰν ἴδῃς ὑπερζέουσάν σου τὴν ἰδέαν 27) καὶ μὴ παυομένην τῆς μανίας, ἐκεῖ 28) ἄφες σου τὸ δῶρον, τουτέστι ὑπὲρ ψυχῆς τῆς σῆς προσεύχεσθαι, καὶ ἄρξαι λέγειν ὑπὲρ ἐκείνου· « Κύριε, μνήσθητι ὅτι ὠδίνω 29), καὶ ἐλέησον, βοήθησον, συγχώρησον. » Καὶ μὴ παύσῃ ἕως ἂν ἴδῃς ὅτι ἰσχύθη ὁ διάβολος καὶ ἀνεχώρησεν· οὕτως ποίει, καὶ οὐδέποτέ σου μνησικακία κυριεύσει.

ιη'. Τοὺς τῆς βλασφημίας λογισμοὺς γίνωσκε ἐξ ὑπερηφανίας προσιέναι· [ἴσμεν] αὐτοὶ μὴν 30)

X. Statim ut in iram cor tuum accendetur et te cogat aliquid minus aequum dicere, aut convicia et probra vexanti te retribuere, cohibe linguam, et dic ad Deum: « Pone, Domine, custodiam ori meo; » nempe ut cum David cantare valeas: « Conturbatus sum, et non sum loquutus. » Et: « Posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator adversum me. »

XI. Ubi videris animum tuum terrestria diligentem, scito nondum eum coelestes gustavisse delicias; superna enim gustanti facile sordent inferiora.

XII. Quum in ciborum appetitum effuderit se tuus animus, noli escas sumere, sed considera post hanc ciborum voluptatem, futuram esse tibi fornacem Babylonica saeviorem, quae corpus et animam incendet, finemque deliciis ponet.

XIII. Quando senties ignem in te ultra modum fervescentem, sta in medio camino, et dic cum tribus pueris: « Domine, Domine, ne me tradas in finem, propter nomen tuum, et ne dissipes testamentum tuum, et ne avertas misericordiam tuam a me. »

XIV. Si videris te sopore gravatum, ter dicito: « Domine, illumina oculos meos, nequando obdormiam in morte, nequando inimicus meus dicat: Praevalui in eum. »

XV. Time quae sine alieno corpore fit, fornicationem: ea vero fit quando quis, pectori inscripta voluptatis imagine, in occulto peccatum admittit.

XVI. Time ne iudices quemquam aut damnes; quippe, quum ob istiusmodi iudicium tentatio subierit, recedit a Deo anima, et tunc ideo quod alios iudicavit, deprehenditur et ipsa iudicata.

XVII. Time ne cum inimicitia et lite vaces orationi. Quod si, postquam frustra laboraveris, usque ebullire mentis phantasiam sentis, nec a furore supersedere, pone ibi munus tuum, id est, pro anima tua deprecationem, et incipe super hoc dicere: « Domine, memento quia dolore premor, et miserere, » succurre, ignosce. » Et noli quiescere, dum non videris oppressum diabolum et fugatum. Hoc fac, et numquam in te iniuriarum memoria praevalebit.

XVIII. Scito blasphemiae cogitatus o superbia

19) Μου. Ps. CXL, 3. Mox δυνηθεὶς cod. — 20) Ἐλάλησα. Ps. LXXVI, 5. — 21) Μου. P. XXXVIII, 2. — 22) Φοβοῦ, ἀλλὰ βλέψον. Audacior fortasse emendatio, sed plane necessaria. — 23) Ἐπέρχεσθαι ὑπὲρ τὴν (sic) ex phrasi bibl. — 24) Ἐμοῦ Dan. III, 34. — 25) εἴπῃ cod. Ps. XII, 4, 5. — 26) Κρινομένη. Rom. II, 1. — 27) Ἰδίαν cod. — 28) Καὶ ἄρεσσοῦ ib. Matth. V, 24. — 29) Ὁ δεῖν cod. — 30) Καὶ αὐτοὶ μὴν ib. Forte aliquid deest, ut dicatur alios

ἀκατάκριτοι. Τί γὰρ ἐγὼ κρίνομαι, εἰ δαίμων ἐρχόμενος λέγει κατὰ Θεοῦ ἐν τῇ ἐμῇ καρδίᾳ; ἀλλ' ἐν τούτῳ 1) κριθήσομαι ὅτι οὐκ ἂν εὗρεν ὁ δαίμων παῤῥησίαν, εἰ μὴ ὑψωθῇ ἡ καρδία μου, ὡς μεγάλη καὶ ἐνάρετος 2), καὶ διὰ τοῦτο ἔρχεται ὁ διάβολος, ἵνα ἡμᾶς ταπεινώσῃ, καὶ ἵνα ἡμᾶς ποιήσῃ ὅπως ἔχωμεν ἑαυτούς, οὐ μόνον ἀνάγνους 3), ἀλλὰ καὶ ἐχθροὺς καὶ ὑβριστὰς Θεοῦ καὶ ὑπερηφάνους.

ιθ'. Ὁ μὴ πιστεύων ἀψευδῶς Θεῷ ὅτι ἑκατονταπλασίονα παρέχει ἐν τῷ νῦν αἰῶνι καὶ ἐν τῷ μέλλοντι ζωὴν αἰώνιον 4), οὐδέποτε μισήσει κόσμον, οὐδὲ τὰ ἐν κόσμῳ· ὁ δὲ μὴ μισήσας ταῦτα, οὐδέποτε Θεόν, ὡς δεῖ, ἀγαπήσει.

κ'. Ὁ μὴ ἀσφαλῶς καθ' ἑκάστην ὥραν θανάτου μεμνημένος, μήποτε πρωΐας λέγων μὴ φθάσαι τὴν ἑσπέραν· καὶ ἑσπέρας, τὴν ἡμέραν μηδαμῶς καταλαβεῖν, παίζει, καὶ παίζεται ὑπὸ τῶν τοῦ κόσμου πραγμάτων, καὶ οὐδεμίαν ἀρετήν, ὡς δεῖ, κατεργάσεται. Ἀλλὰ τὴν σήμερον ἐρεῖ· αὔριον, μετὰ τήν· αὔριον, καὶ οὕτως αὐτοῦ τὴν πᾶσαν ζωὴν διαπνεύσει, ζητῶν πότε φθάσαι τὸ αὔριον.

κα'. Ἡ τῶν χειλέων σου σιωπὴ διδάσκει τῷ Θεῷ λαλεῖν πολλά· καὶ ὀλίγα Θεῷ οὐκ οἶδεν, ὅτι καρδίας καὶ νεφροὺς ἐξετάσει ὁ Θεός 5). Ἀλλ' ἔστι θέρμης δίχα βαλανεῖον, διὰ τὸ τὰς θυρίδας ἀεὶ ἀνεῳγμένας ἔχειν, καὶ οὔτε Θεόν, οὔτε ἀνθρώπους ἐπαναπαῦσαι δύναται· διὸ καὶ ὁ Δαυὶδ εἰπών· «Ἐθέμην τῷ στόματί μου φυλακήν,» ἐπάγει· «Ἐθερμάνθη ἡ καρδία μου ἐντός μου, καὶ ἐν τῇ μελέτῃ μου ἐκκαυθήσεται πῦρ.»

κβ'. Μὴ θέλε τὴν σάρκα λιπαίνειν καὶ παχύνειν 6)· πάντα γὰρ τὰ πετεινὰ καὶ ἀεροπόρα ζῶα ὀλιγόσαρκα, διὸ καὶ εὐχερῶς ἐπὶ ἀέρα πέτανται. Βόες δὲ καὶ ὄνοι καὶ κάμηλοι καὶ εἴ εἰσι πολύσαρκοι, γῆν καὶ ὕλην καὶ τέλμα [καὶ] πηλὸν φιλοῦντες διατρίβουσι.

κγ'. Τὰ ἀρχαῖα ἁμαρτήματα, σπῖλοι καὶ ῥύποι σαρκός, καὶ τὸν τῆς ψυχῆς χιτῶνα μεμολυσμένον ἀπεργάζονται. Οὐκ ἔστι δὲ χιτῶνα ἐῤῥυπωμένον ἀποπλῦναι, εἰ μή γε ὕδωρ παρὰ πολλά· ἔτι δὲ καὶ πόνοι καὶ ὕβρις, καὶ ἀτιμίαι καὶ τὰ παρ' ἐχθρῶν ὀνείδη, ὡς λουτίσματα 7).

procedere, de quibus tamen non accusamur. Quomodo enim accusor, si diabolus meo pectori accedens, adversus Deum loquitur? In hoc vero iudicabor: quia diabolus adeo non ausus esset, nisi cor tumuisset, quasi magnum esset ac integerrimum, unde occasio diabolo datur ut nos humiliet idque efficiat, ut nedum sancti simus, quin immo Christi fiamus inimici inque Deum contumeliosi, et superbiamus.

XIX. Qui non credit indubitanter Deo centuplum in hoc aevo et in futuro vitam aeternam promittenti, is minime mundum et mundana odio habebit: quae nisi oderit, numquam Deum, ut oportet, amabit.

XX. Qui non constanter singulis horis meminerit mortem, nec mane dicit: « Vespera non veniet, » aut in vespere: « Diem iam non assequar, » ludit et luditur a mundanis rebus, neque ullam virtutem, uti par est, exercebit. Sed hodie dicet: « Cras », post alterum diem: « Cras iterum, » sicque suam omnem vitam impendet, quaerens semper crastino die vivere.

XXI. Labiorum tuorum silentium multa significat Deo dicenda, immo non pauca Deo dicere potest, quum corda et renes scrutabitur Deus. Verum inest ibi sine calore balneus, cuius quippe ostiola semper aperiuntur, et qui nec ipsum Deum neque homines sinit quiescere. Idcirco David quum dixit: « Posui « ori meo custodiam, » subdit: « Incaluit cor meum « intra me, et in meditatione mea exardescet ignis. »

XXII. Noli carnem saginare, et impinguare. Quaeque enim volatilia et animalia in aere degentia, carne levia sunt, ideoque per aera promtius avolant. Boves autem asinique et cameli, aut si quae sunt pecudes corpore crassiores, terram atque materiem et paludosa loca diligere solent.

XXIII. Vetera peccata maculae et sordes carnis sunt, quae animae tunicam contaminant. At fieri nequit ut polluta tunica lavetur, nisi aqua praesertim suppetat. Ita enimvero aerumnae et iniuriae et opprobria et ab inimicis accepta convicia quasi quaedam sunt animae lavacra.

quidem blasphemiae cogitatus ultroneos damnatum iri (αὐτοὶ μέν,—αὐτοὶ δέ), alios vero benignios habendos.

1) Ἐμοὶ κ. ά. ἐν τούτῳ ib. — 2) Ἐξαίρετος vix non legam. — 3) οὐ μόνον ἁγίους cod. Aut corrige mecum aut lege, si malueris ἀναγίους ex vet. gloss. — 4) Αἰώνιον. Matth. XIX, 29. — 5) Θεός. Ps. VII, 10. Mox ps. XXXVIII, 2, 4. — 6) Ταχύνειν cod. — 7) Λουτίσματα id insulse, ut videtur; nisi malim confugere ad vocem forte novam, non inepte a λούω derivа-

κδ'. Πᾶς ὁ κόπος ἐν ἀρχαῖς τῷ μοναχῷ ἐπὶ παντοίας 8) ἀρετῆς ἐγγίγνηται. Ὡς γάρ οἱ ὕδωρ ἐπὶ κῆπον ἀγαγεῖν σπουδάζοντες, τὴν πᾶσαν βίαν ἐπὶ τοῦ ὑδραγωγῆσαι καὶ διορυγὰς ποιῆσαι καὶ ἐπιτελέσαι τὰ λοιπὰ τοῦ ὕδατος δοχεῖα 9) ἀσχολοῦντες· ἡνίκα δὲ τὸ ὕδωρ ἅπαξ διαγάγωσιν, ἐν ᾗ ἂν ὥρᾳ θέλωσιν, ἑτοίμως τοῦτο 10) συνεισφέρουσιν· οὕτω καὶ ὁ ἅπαξ ἢ καὶ δὶς ἐν τοῖς καλοῖς τῶν ἀρετῶν ἀσχοληθεὶς, οὐκ ἔτι οὕτως ἐν ταῖς ἀρχαῖς πονεῖ.

κε'. Μὴ ἀπὸ ἀρετῆς εἰς ἀρετὴν πρὸ τοῦ κατορθῶσαι μεταβῆναι, καὶ ποτὲ μὲν ταύτην, ποτὲ δὲ ἐκείνην, ἐπιχείρει, ἐπεὶ παρεικασθήσεται 11) ὡς ὄρνις ἄστατος ἐπὶ ὠῶν, εἴ τις διὰ τὸ εὐκόλως μεταβαίνειν, οὔρια πάντα καὶ ἕωλα 11a) ἀποτελεῖ. Ἀλλὰ συνάψασα τὰς τέσσαρας αὐτὰς ἀρετὰς, ὡς ὠά τινα, νηστείαν, ἀγρυπνείαν, προσευχὴν καὶ ταπείνωσιν, οὕτως ταύτας μέχρι τούτου περιθάλπειν 12), καὶ προσμένειν θέλε, ἕως ἂν πτεροφυήσασαι, εἰς οὐρανὸν καὶ σοι τὸ 12a) πετασθῆναι παρασκευάσωσιν.

κς'. Πάντα σου ὁ λύχνος τῆς ψυχῆς δι' ἀγάπης τῆς εἰς Θεὸν ἀναπτόμενος καὶ φλογιζόμενος σφοδρῶς ὑπάρχῃ 13), οὐδέ πού σοι σκότους ἔργον πλησιάσαι οὐ δυνήσεται· ἐὰν δὲ ἐκεῖνος ἀποσβεσθῇ, παραυτίκα ὁ δαίμων τῆς φιληδονίας ἥξει, ὥσπερ μῦς, τότε ἔλαιον ἐκπίνων, καὶ τὸ στίππιον 14) ἀφανίζων, εἶθ' οὕτως πολλάκις, καὶ αὐτὸν τὸν λύχνον καταστρέφων καὶ συντρίβων.

κζ'. Ἐπειδὴ δὲ μὴ μόνον τοσαύτην νύμφην γνησίαν εἰργάσω Χριστῷ, ἀλλὰ δὴ καὶ ἑτέρας ψυχὰς ἅς σοι Χριστὸς ἐνεχείρισεν, ὡς ἂν νυμφοστόλον ἁγίαν ἀπεργάσεται 14a) καὶ πολλαπλασίονά σοι τὸν μισθὸν ἀνταποδώσει ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ [καὶ] τῇ φοβερᾷ τῆς στάσεως ὥρᾳ.

κη'. Τὰς νύμφας ἰσχυρῶς καλλώπιζε, ἵνα δυνατὴ καὶ αὐτὴ μετὰ Παύλου λέγειν ὑπάρξῃς· «Ἡρμοσάμην ὑμᾶς [ἑνὶ] ἀνδρὶ παρθένους ἁγνὰς παραστῆσαι τῷ Χριστῷ 15).» Διὸ πλύνεσθαι ταύτας καὶ λούεσθαι 16) καθεκάστην τοῖς δάκρυσι δίδασκε, ἕως πάντα τὸν ἀπὸ κόσμου μολυσμὸν καὶ τὸν ῥύπον ἀποκαθαρῶσιν.

XXIV. Principio totus labor monacho solet esse ad singulas virtutes: haud secus ac quum in hortum aquam dirigere satagunt, vim exeruot omnem in adducendis fluentis alveolisque fodiendis caeterisque parandis aquae receptaculis; ubi autem aqua semel adducta fuit, quacumque hora placet, prompte devebitur. Ita quum aliquis semel aut iterum sese dotibus virtutum excolendis dederit, inde non eodem ac in principiis labore vexatur.

XXV. Cave ne a virtute in virtutem excurras, priusquam singulae confirmentur, ut huic modo, modo illi operam conferas, quando quidem similis erit avi super ova instabili, quicumque hac illac meandi occasionem nactus, ventosa relinquit omnia et rancida. Sed una compingens quatuor virtutes, ut totidem ova, ieiunia videlicet, vigilias, preces et humiliationes, sic singulas, usque confovere velis, iisque insistere, donec alis instructae, etiam tibi in coelum avolandi copiam faciant.

XXVI. In omnibus sit animae lucerna per charitatem in Deum accensa et ardescens vehementer, nullum tunc tenebrarum opus ad te accedere poterit: at si extincta fuerit, nulla mora daemon voluptatis veniet, tamquam mus, oleumque bibet, ac linum consumet; quin immo multoties et ipsam lucernam subvertet atque confringet.

XXVII. Sed quoniam non unam tantummodo huiusmodi sponsam legitimam exhibuisti Christo, sed alias etiam animas quas tibi Christus commendavit, te veluti pronubam sanctam efficiet et abundantiore mercede vicissim donabit, in illa die et formidolosa hora coram iudice sistendi.

XXVIII. Has vero sponsas strenue adorna, ut et ipsa valeas cum Apostolo dicere: «Desponsavi vos uni viro, ut virgines castas exhibeam Christo.» Ideo eas lavare se lacrymis et baptizari per singulas horas doce, donec ab omni mundana sorde et macula vere mundentur.

tam.—8) Ἐπιπαντίας ib. Praecedens vox *μοναχῷ* tam brevissimis siglis coarctatur ut lectio dubio non careat, praesertim quum tota haec scriptio dirigatur ad monialem. — 9) Δοχεῖα ib. — 10) Ἑτοίμους τούτῳ συνεισφέρωσιν ib.—11) παρεικασθήσει ib.— 11a) αἰόλα fort. melius.— 12) Περιθάλπειν ib. —12a) σὲ τοῦ cod. solemni scriptura.— 13) ὑπάρχει, οὐδέ πού σου ib.— —14) Στίππον, cod. f. idem ac στυππεῖον a στύπη. Cf. Climac. grad. XXVII: «Aucupatur quidem murem venatrix felis: sed *murem spiritualem* (seu daemonem), solitarii intenta mens et cogitatio.» Ad haec loco. Raitby in scholiis: «*Murem intelligibilem* dicit homicidam diabolum, quem intentio quiescentis vigilanter observat, sicut cata murem.» *Bibl. PP.* t. X, p. 483, 518. — 15) Χριστῷ. II Cor. XI, 2. — 16) Λούεσθε cod. Modo πλύνεσθε; mox διδάσκει. —

κθ'. Πρὸ παντὸς, ἑκάστης τοὺς ἐν καρδίᾳ λογισμοὺς καὶ τὰ ἐκπαιδόθεν πεπραγμένα δι' ἐξαγγελίας ἀναμάνθανε, ὡς εἰ μή τις ἐξαγγεῖλαι βούληται, μηδὲ τοῦ ἁγίου σχήματος ἀξία γένοιτο. Τί γὰρ ὄφελος βασιλικὸν μὲν ἱμάτιον ἐπενδύσασθαι τὴν νυμφευθεῖσαν Χριστῷ, μέλλουσαν ἔσωθεν ψώρας καὶ λέπρας καὶ παντοίας ἀκαθαρσίας μεμεστωμένην τυγχάνειν; Ταύτην γὰρ καί σε τὴν νυμφοστόλον κατακρινεῖ, ὡς τοιαύτην αἰσχύνην καὶ ἄμορφον νύμφην τῷ Χριστῷ προσάγουσαν, κἀκείνην ἀπόβλητον ἀπεργάσεται.

λ'. Μετὰ γοῦν τὸ διὰ μετανοίας καὶ ἐξαγορεύσεως γνῶναι τὰ τῆς προσιούσης ἀπόκρυφα, μὴ παραυτίκα τὴν βασιλικὴν στολὴν ἐπένδυε, ἀλλὰ μετὰ τὴν ἔκπλυσιν καὶ ἀποκάθαρσιν τὸν ἐν ἁπλότητι χιτῶνα περίβαλλε 17)· καθυποτάττηται εὐγνωμόνως δουλεύουσα, καὶ ἀπὸ πασῶν ταῖς εὐχαῖς στηρίζοιτο.

λα'. Ἄρα γὰρ ἐπεὶ μεσίτης καὶ προοδηγὸς καὶ νυμφοστόλος προβλήθης 18) Χριστοῦ, μετὰ πολλῆς δοκιμασίας καὶ χρόνου ἱκανοῦ, τὴν τοῦ μεγάλου καὶ ἀγγελικοῦ σχήματος ἐπίβαλε στολήν· οὐ μικρὸν γάρ σοι ἀγὼν βασιλίδα στολίζειν, καὶ βασιλέως Χριστοῦ νύμφην εἰσαγαγεῖν· Διὸ οὕτως στόλιζε, ἵνα δυνήσῃ λέγειν· «Πᾶσα ἡ δόξα τῆς θυγατρὸς τοῦ βασιλέως ἔσωθεν, ἐν κροσσωτοῖς χρυσοῖς περιβεβλημμένη, πεποικιλμένη 19).»

λβ'. Γίνωσκε ἐπαγρυπνεῖν καὶ νυκτοφυλακεῖν, ὅτιπερ ὀφείλεις (οἱ ψυχῶν καθηγούμενοι οὕτως τοῦ ἀγρυπνεῖν ὑπόχρεοι διηνεκῶς, ὡς λόγον ἀποδώσοντες 20) ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, τυγχάνουσιν)· ἀγρυπνοῦσα δὲ, ὡς δυνατὴ καὶ τὰ τῶν ἀδυνάτων βάρη βαστάζειν 21), τοσοῦτον πόνον ἔχουσα, ὅσον μήτηρ θυγατέρας ἔχουσα ἀγάμους καὶ ταύτας βουλομένη βασιλεῖ μεγίστῳ νυμφοστολῆσαι.

λγ'. Ταῖς πειραζομέναις καὶ πολεμουμέναις βοηθεῖν μὴ ἀποκάμῃς, ἵνα καὶ περὶ σοῦ Δαυὶδ εἴπῃ ὁ θεοπάτωρ· «Ἀπενεχθήσονται τῷ βασιλεῖ παρθένοι ὀπίσω αὐτῆς. Αἱ πλησίον αὐτῆς ἀπενεχθήσονται ἐν εὐφροσύνῃ καὶ ἀγαλλιάσει 22).»

λδ'. Ἐὰν μία τις ὑπὸ τοῦ διαβόλου σκληρυνθῇ 23), ὑπόμενε καὶ μὴ ἀπότεμνε, μὴ δίωκε· οὐ γὰρ τοσοῦτον τὸ ἁμάρτημα σκληρότης καὶ ὕβρις καὶ ἀντιλογία ὅσον κρῖμα μετὰ διωγμὸν ἀνδρὶ συναφθῆναι, καὶ ἀπὸ Χριστοῦ ἐπὶ μοιχείαν περιπεσεῖν τὴν διωχθεῖσαν.

XXIX. Ante omnia, singularum secretos animi sensus et a teneris gesta per relationem ex ordine disce, ut si una forte ea nolit concredere, indigna sacro habito maneat. Ut quid enim proficiet regio illo indui pallio virginem Christo sponsatam, quae intus est scabie et lepra et omnigena sporcitie oppleta? Eam enim et te sponsarum ducem Christus ideo damnabit, te utpote quae tantam foeditatem, adeoque turpem sponsam Christo adduxisti, eam vero ut reprobam amovebit.

XXX. Quum igitur per poenitentiam et manifestationem abscondita noveris accedentis ad sponsum virginis, noli citius eam regia induere stola; sed postquam lota et mundata fuerit, tunc ei simplicem tunicam confer, eaque demissioni bono cum animo mancipata, ab omnium precibus confirmetur.

XXXI. Age dum, quoniam mediatricis vice ac pronubae, sponsas ad Christum deducendi tuum munus est, post multam probationem et tempus sufficiens, tum demum magni et angelici habitus stolam largitor. Non exiguum enim hoc tibi studium est, regiam induere stola, regisque Christi introducere sponsam. Idcirco sic eam indue, ut dicere queas: «Omnia gloria filiae regis intus est, in fimbriis aureis circumdata, varietate distincta.»

XXXII. Disce vigilare et noctem custodire insomnem, quantum id debes: qui animabus praesunt, sic vigilare necessarium constanter habent, prout rationem in die iudicii reddituri sunt. Vigila vero, ut possis vel negotiorum quae vires superant, pondera sustinere; tantamque operam nava quantam mater aliqua, filias habens innuptas, easque volens regi omnium maximo praeparare et adornare.

XXXIII. Ne cessa iis quae probantur et tentantur auxiliari impigre, ut de te dicat David ille Christi avus: «Afferentur regi virgines post eam. Proximae eius afferentur in laetitia et exultatione.»

XXXIV. Si una forte, diabolo suadente, induruerit, sustine et noli abscidere eam, neque expellere: tantum enim peccatum non est duritia et contumelia aut contumacia, quantum crimen est eam, semel expulsam, viro coniungi et a Christi foedere in adulterium incidere repudiatam.

17) Περίβαλε f. Notanda hic et paulo post distinctio μεγάλου et μικροῦ σχήματος monachorum. Statim in cod. καθυποτάττηται. — 18) Προβληθεὶς ib. fort. προβλήθης. — 19) Πεποικιλμένη. Ps. XLIV, 14. — 20) Ἀποδώσοντες cod. — 21) Καὶ τὰ τῶν ἀδυνάτων βαρὺ βαστάζειν ib. — 22) Ἀγαλλιάσει. Ps. XLIV, 15. — 23) Σκληρυνθεῖ cod.

λε'. Ὑπομένουσα τοιγαροῦν λοιδορίας καὶ ὕβρεις καὶ καταλαλιὰς ὑπόμενε.

λϛ'. Τὸ χεῖρον καὶ βαρύτερον ἐν ἅπασι προβλέπουσα, τοσοῦτος δέ σοι ὁ τῆς ὑπομονῆς μισθὸς, ὅσος μὴ ἐᾶσαι ψυχὴν εἰς τοιοῦτον ἁμάρτημα μοιχείας ἐκπεσεῖν, ὅθεν τὸν πρὸ τοῦ πυλῶνος ὠρυόμενον λέοντα προκαθορῶσα, ὡς δ' ἂν καὶ πράξῃς 25) τὴν μηδεμίαν αὐτῷ ψυχὴν εἰς κατάβρωμα παρασκευάσαι 26)· ἀλλ' ἐν ὑπομονῇ συμπάθει, ἐν ταῖς προσευχαῖς βοήθει, ἐν ταῖς ἀγρυπνίαις [στήρισον?], ὥσπερ ἁπάσας, τὰ ἁπασῶν βάρη βάσταζε. Δυνατὸς γὰρ ὁ Θεὸς δοῦναι μετάνοιαν εἰς σωτηρίαν, ὡς ἂν ἡ πλανωμένη ψυχὴ εἰς ἑαυτὴν ἀποστρέψειεν.

Γίνωσκε δὲ καὶ τὰ ἐπιτίμια ἅπερ οὐχ ἡμεῖς, ἀλλ' ὁ μέγιστος ταῖς παραπιπτούσαις ἐξέθετο Βασίλειος 27).

II.

Ἡ παραίνεσις τοῦ ὁσιωτάτου Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Νηστευτοῦ.

Τηρῶν 1), μοναχὲ, σωφροσύνης τοὺς ὅρους,
Φύλαξον, ὡς χρὴ, τὰς κόρας τῶν ὀμμάτων,
Ἄλλο πρὸς ἄλλο μὴ βλέπειν πρὸς τοὺς πέλας.
Λάλει δεόντως, ἀφρόνως δὲ μὴ σίγα.
Ἐνδύμασι χρῶ τοῖς ἀναγκαίοις μόνοις,
Καὶ βρώματα ζήτησον, ἃ συνιστάνει
Τουτὶ τὸ σωματεῖον εἰς ὑπουργίαν.
Πάντων μεταλάμβανε τῶν τεθειμένων·
Τὸν δαίμονα δὲ φεῦγε γαστριμαργίας.
Μὴ τὰ μὲν ἐκφαύλιζε τῶν ἐδεσμάτων,
Τὰ δ' ἐκλέγου σύμμορφα τῇ σῇ κοιλίᾳ.
Ἡ διάκρισις κρινέτω σου τοὺς τρόπους.
Οἴνου τὸ πλεῖστον ἐκτρέπου καθ' ἡμέραν,
Εἰ δ' ἀδυνατεῖς, ἀπογεύου χρησίμως.
Τὴν χεῖρα τὴν σὴν μὴ τινων γύμνου μέσον.
Μικρὸν λογίζου σαυτὸν, ἔνθα προσκάθῃ·
Καὶ σοῖς ἀδελφοῖς δουλικῶς ὑπηρέτει.
Κέντρον τὸ δεινὸν φεῦγε τῆς παῤῥησίας,
Βάλλει γὰρ εἰς θάνατον ἄχρι καρδίας.
Καὶ πτυέλου σύμπτωμα μὴ παραβλέπῃς·

XXXV. Hanc vero sustinens, convicia nihilominus et opprobria et maledicta perfer.

XXXVI. Ubi quod pessimum est et gravissimum in his rebus provide consideraveris, eo potior erit tuae patientiae merces, quod impedieris quominus in tantum adulterii flagitium anima labatur; perinde ac si ante fores rugientem leonem vidisses, per te non liceret vel una anima illi sit in escam cessura. Sed per patientiam compatere, per preces auxiliator; per vigilias [confirma], ut ferre debes cunctas, sic gravia cunctarum onera sustine. Potens est enim Deus dare poenitentiam in salutem, ut errabunda anima in se ipsam revertatur.

Nosce insuper quales poenitentias non ego quidem, sed maximus Basilius pro lapsis instituerit.

Admonitio S. P. N. Ioannis Ieiunatoris.

Modestiae metam tenens, o monache,
Caute pupillas, uti par est, tuere,
Ne quemque proximum hinc aspicias.
Ad rem probe loquaris et scite tace.
Vestibus, uti necesse est, tantum utere.
Habe cibos, sed unde sustentes tuum
Corpusculum, ut pensum laboris impleat.
Oblata sume quae tibi hospes porrigit,
Ingluviei modo vites daemonem.
Verum cibos nolim renutes alios,
Neque alios ventri praeferas congruos.
Diiudicet mores tuos discretio.
Vino quotidie abstine, quoad potes;
Liba, minus si valeas, ut expedit.
Ne caeteris coram tuas nuda manus.
Te minimum aestima, et sede novissimus.
Arbitrio servire te fratrum iuvet.
Levare cristas absit arrogantiae,
Quae cordia in perniciem praeceps ruit.
Sputum salivae ne vagum negligito.

24) Πράξεις Ib.—25) Παρασκευάσας Ib.—26) Βασίλειος. inde sequuntur LI epitimia, quae incipiunt: ἡ προσβολή. basiliania plerumque similia, uti infra videb.

1) Τηρῶν. Scripta serie continua in paris. 2748.

Ὁ βὴξ ἐπῆλθεν ἐν τραπέζῃ πρὸς βίαν;
Κράτησον, ὡς χρὴ, πτύσον ἔξω τοῦ μέσου.
Θέλεις φαγεῖν, ἄνθρωπε, καὶ πιεῖν ἅμα;
Χρειῶδές ἐστιν· ἀλλὰ φυγῇ 1) τοῦ κόρου.
Ἐγγὺς ὁ πίναξ καὶ συντίθεται μέσον;
Μή σου πρότεινε χεῖρα τοῦ φαγεῖν χάριν.
Αἰδὼς προσίτω καὶ προτίμησις φίλῳ 2).
Τὸ δὶς δὲ καὶ τρὶς μὴ παραιτοῦ προλέγειν·
« Φεῦγε, προόπτα τῆς ἐμῆς σωτηρίας! »
Ἀκηδίας γέννημα χάσμης ὁ κλόνος.
Θέα, μοναχὲ, τὸν τρόπον τῆς Μαινάδος,
Καὶ σὸν στόμα συστῆθι ταῖν χεροῖν ὅλαιν,
Ἀσχημοσύνην μὴ διδοὺς τῷ πλησίον.
Κροῦσον μετ' αἰδοῦς τὰς θύρας τοῦ σοῦ φίλου.
Μὴ δ' αὖ προόπτως 3) εἰσδράμῃς, ὥσπερ κύων
Σκεύη καταθρῶν καὶ καταθλῶν ὀστέα.
Ὑπακοῆς φύλαττε τὴν εὐταξίαν,
Χωρὶς, πρόδηλον, ψυχικῆς ἁμαρτίας.
Πράως διαλέγου μοι πᾶσιν οἷς τύχῃς,
Ὄμμα προσασκῶν σῶφρον ἐν τοῖς πλησίον.
Γελῶν γελάσεις μειδιάματος μέχρι,
Ἕρκος φυλάττων τῶν ὀδόντων ἐν φόβῳ.
Τοὺς συγγενεῖς ἔκφευγε, καὶ λύπας φύγῃς,
Νεωτέρων δίωκε τὰς συντυχίας,
Διαβόλου γάρ εἰσιν ὁπλομαχίαι.
Πολυλόγου βάδισμα μηδόλως βλέπε,
Κρύπτον τὰς ἀδικημάτων ἀταξίας 4)).
Τὸ δογματίζειν, κἂν δοκῇς γραφῶν ἴδρις,
Ἄνευ ἀνάγκης, φεῦγε, μὴ κατακαῇς.
Εἰ ταῦτα τηρεῖς, ἐγγὺς εἶ σωτηρίας.

Si tussis in mensa, inscio te, eruperit,
Premas oportet, ne spuas in medio.
Escam cupis, mi homo, simulque vis scyphum?
Bene est quidem; cave satur fias tamen.
Praesto est catinus tibi, coram positus?
Per me manum non admovebis ferculis.
Honorem amico, mente semper pudica,
Debes. Bis autem terque dicito: « Meae
« Tu qui saluti insidias struis, fuge. »
Acediae fit fetus oscitatio
Hiantis: os tu vide hiulcum Maenadis,
Ambabus et palmis tuum, frater, preme,
Ne proximo tuo pudorem incutias.
Fores amici, sed verecunde, move.
Verum procax ne cursites, sicut canis,
Sus deque vertens vasa et ossa conterens.
Obtemperes: is ordo rerum pulchrior,
At modo pravum nil tibi quisquam imperet.
Blande alloquaris, si quibusdam occurreris,
Spectans modeste, nec nimis stantes prope.
Ridebis, et parcius et risu levi;
Vigil timensque claustra dentium
Serva. Propinquos fugis? Aerumnas fugas.
Vanae iuventae prohibe colloquia:
Hic Satanae sunt arx et arma posita.
Virum loquacis ne oculis quidem tere,
Qui callide quae perperam facit, tegit.
Doctor sedere noli, sis doctus licet,
Citra necessitatem, in igne ne ardeas.
Fidelis haec tene: salus tibi prope est.

1) φεῦγε mel. — 2) φίλου iterum malim. — 3) An μὴ δ' ἀπροόπτως, et mox καταθραύων? sed metrum excludit. — 4) τὸ δικαιωμάτων cod.; leviter mutavi, ut sensum assequerer, dubius tamen utrum assequi verum contigerit.

Si quis mihi, ut maxime unus, se ad haec usque ultima Ieiunatoris verba continuerit, sane haud semel eum taeduerit sermonem fluere adeo lutosum, sabuloque, calce et favillis mixtum; ipso tamen fastidio noverit minime fucatum esse aut fictitium; sed germanum, sibique simillimum, qualem nimirum audio Ioannem, inter Chrysostomi appendices, in oratione de poenitentia et virginitate sermocinantem. Hic enim et illic eadem chorda pulsatur, sonus idem, idemque fratris cum sorore simplex et ingenuum colloquium. Ab eodem Pauli invocatione exorditur, quem solemni ratione compellat *ἀσθενούντων χειραγωγόν, πιστευόντων νυμφαγωγόν*, statimque iubet virginem, caeteris spretis, in Domino esse: *ἡ δὲ παρθένος ἐπὶ τῷ Κυρίῳ, ἵνα καὶ τὸν ἔπαινον σχῇ παρ' αὐτοῦ, λέγουσα τῷ Θεῷ· Παρὰ σου ὁ ἔπαινός μου.* Pergere eo magis lubet quod, facto hinc et inde similium respectu, id mihi certo, forte et caeteris, succedet inexpectatum, banc orationem ita didascaliae germanam et affinem esse, ut eiusdem plane operis alterutra sit pars futura, aut prior aut posterior, ex uno autem fonte in eumdem alveum utraque confluat et recipiatur.

Nulla igitur ibi concio ad plebem est, sed pia ad virginem monita, quae primum docetur ne in specie sua extollatur aut Deum avertat propter superbiam. Immo abluat lacrymis peccatorum sordes, frontem verberet, pulset pectus; « integrum sit corpus et anima et spiritus: psalterium quidem est spiritus, et cythara est anima, tympanum autem pellem habet mortuam, igitur mortifica corpus. Si Deum honoras, fit a dextris tuis; si ipsum contempseris, diabolus fit tibi dexter. Si dixeris: Diabolus me decepit, dicet tibi iudex, quod nihil profuit Evae quia dixit: Serpens me decepit. . . . Nemo dormiens coronatur, neque recumbens et stertens bravium capit, sed pulvere et plagis squallens ipse apud agonothetam primus invenitur, vulnera gerens et sanguinem ostendens defluentem . . . Non mentitur Iesus dicens: « Non veni ut iudicem mundum, sed ut salvem. » Non sic insanus amator dilectam suam amat, ut Deus poenitentem animam. O animae Deum amantis propositum et ad superiora pennis subvectae! Luceat lampas quotidie, parata sis 1) in sponsi occursum, ut et tu audias: «Intra in gaudium Domini tui. » Sursum igitur oculum tuum semper habeas, ubi et tibi concupitus est sponsus. Desiderio animi motus vince...»

Sed ne totam videar relegere orationem, properandum ad ultima, ubi ait: « Haec mente concupiens, stude sponso placere. Cauta sis, mors enim tanquam fur venit; lucernam tuam accende, ardens sit lampas tua, ne dormiente te oleum deficere inveniatur. Dulcis somnus videtur, sed bene nosti quod nihil psalmodia dulcius. At grave tibi humi cubare? Cogita quod martyres super carbones iactabantur. At amarius os facit ieiunium? Christus qui mellis dulcedinem creavit, fel propter te gustavit. »

Et etiam graeca 2) rescripsisse vellem, ut gutta guttae similior sit. Uno verbo concludam: paraenesis de poenitentia prima potius monita vitae spiritualis habet; didascalia vero perfectiora; in illa a saeculo vita revocatur; hac vero clausa anima ad meliora charismata urgetur. Utroque opere idem scopus intenditur, idem perficitur consilium, vox eadem, eademque manus et scribentem et loquentem movet.

1) *Ἑτοίμης ἴσο*. Vulgatus interpres: *paratus sis*. Et sic fere putem emendandum ubique *ἀγαπητή*, *ἀδελφή*, ubi editi libri: *ἀγαπητοί*, *ἀδελφοί*.

2) *Graeca*. Praeter enim communes dialogismos, exempla, imagines, praeter similia scripturae loca, testimonia et interpretationes, iidem quoque verborum tropi, eadem copia copularum *ἐάν*, *ὅταν*, *ἐπάν* cum perpetuis et solemnibus verborum flexionibus, iidem lusus et tinnitus dictionum: *κάτω ἔστω σου το ὄμμα, ἵνα ᾖ ἡ διάνοια ἄνω* (leviter emendo), et sic alia conspirant. Cf. Patrol. t. LXXXVIII, p. 1940 sqq. Sondeo quoque etiam metrica didascalia conferatur cum versiculis Chrysostomo supra additis, p. 170, eiusdem Minervae, haud semper inconcinnae.

XI.

ANASTASIANA

Saec. VII.

1. Incidimus, post Iustiniani aevum, in humilem et abiectam sedis et imperii Byzantini calamitatem. Scilicet Graeculi fuerint, quibus altera Roma non erat, nisi nova; neque orbis terrarum, praeter romanas; neque ulla οἰκουμένη, extra Caesaris ditionem; immo non christiani, nisi graeci 1); neque porro oecumenicus re et nomine alios episcopus quam Byzantinus. Οὗ ἐὰν εἰσέλθῃ ὕβρις, ἐκεῖ καὶ ἀτιμία 2). Ecce enim caedi et cruori palatium datur; imperium, vastationi; ecclesia, scandalis et haeresibus. Interea, dum ultimus pontifex Romanus, quem Constantinopolis viderit, velut e patibulo pendet, urbes et oppida corruunt, provinciae membratim truncantur, fusisque exercitibus, palabundis civium turbis, novae Romae orbis deficit; quaecumque Christo improba eripuit, dedit invita Sarracenis, ipsa imperii sede, post aliquot annos, potitoris. Neque iam Antiochiae, Θεοῦ πόλει, neque etiam Hierosolymorum sanctae civitati parcitum, quum in utriusque diptychis, quae nimium et saepius impiis foedata sunt nominibus, qualiscumque episcoporum successio expungatur. Verumtamen Deus immerenti Orienti non defuit, qui militum et ducum in loco, agmina instruxit fortium praesulum, presbyterorum, monachorum, qui ferme soli obices fuerunt, ne omnia turbine perflarentur. Et quan facere et pati non destiterunt, ea referunt menologia, λειμωνάρια, παράδεισοι, γεροντικὰ patrum, in quibus Anastasius, Ioannes Climax, Moschus, Sophronius, iam ipsi qualia virtutum exempla, suos descripsere commilitones. Quorum in prima acie inclaruerunt Anastasii plures, nomine, animo et sanguine coniuncti. Ex quibus nonnulli egregium magistrum nacti sunt, Maximum illum, tam apposite dictum monachum et confessorem quam philosophum et martyrem: quo cum Anastasii nimirum duo erant in nobilissima S. Martini palaestra, quae apicem apostolatus sanguine consecratum, palmis et coronis decoratum exhibuit 3). Rursus, qui Maximum habuere ὁδηγόν, viam sternunt sequacibus, Andreae, Damasceno, Theodoro Abucarae, utrique Cosmae et Leontiis variis; a quibus non omnes solum sectae Graecorum, usque ad ultimos Iconomachos, profligantur; nec modo Iudaei, Sarraceni, ac caeteri τῶν ἔξω sophistae vapulant: verum ita universa christianae disputationis ratio statuitur, ut quaecumque

1) *Graeci.* « Verum, inquit Anastasius bibliothecarius, quum apud Constantinopolim positus, frequenter Graecos super hoc vocabulo redarguerem, asserebant quod non ideo oecumenicum... dicerent patriarcham, quod universi orbis teneat praesulatum, sed quod cuidam parti orbis, *quae a christianis habitatur.* » Praefat. ad synod. VII. Id porro liquidum est Reiskio, quem iam adduxi: « Voce, inquit, *christianorum*, soli christiani graeci iuris et ritus intelliguntur... Nam ὁ οἰκουμενικός procul dubio est episcopus τῆς οἰκουμένης aut τῶν οἰκουμένων. Atque demonstravimus, (an nemine contradicente? τὰ οἰκούμενα esse imperium romanum, exclusis omnibus alienae ditionis. » Haec bonus Reiskius, inter Germanos germanus vir, aulici caeremonialis interpres.

2) Ἀτιμία. Prov. XI, 2.

3) *Exhibuit.* Cf. Maximi opp. t. I, p. XIV, XXXVIII, LXV, LXXXIV, ubi Anastasius Apocrisiarius egregia sed rudi latinitate, utinam graeca venustas non lateat! « Propter quod et... praecipua apostolicus et verticalis (κορυφαῖος) papa noster Martinus similiter semetipsum in sacrificium pro fideli populo tradidit, in omnibus agonothetam Christum Deum nostrum et verticem apostolorum Petrum imitatus, et in cunctis secutus, cuius et successor, ut revera dignus effectus est, pacemque firmam et indissolubilem unitatem ubique sanctis suis donet ecclesiis. » Patrol. XC, p. 202.

errorum monstra saeculum usque peperit, invictis confodiantur argumentis. Hisce paululum immorari eo magis lubet, quod plerique hi novissimi fidei assertores, si pauca nomina excipias insigniora, silentio premuntur. Vix enim unum, ac ne vix quidem Photius in suam recepit bibliothecam, tot cymbalis tinnientibus obstrepentem. Et dum in media barbarie byzantina, Comneni lapsas excitarent litteras, Maximus ipse, quadam ruditatis fame pressus, nondum fastidia vicerat 1). Unde operam ego lusisse haud videar, dum hic paucis expediam, quid singulari huiusmodi theologorum scholae commune sit, quidve, ne omnes deinceps referam, proprium sit Anastasiis. Utroque dum argumento defungar, plura rei canonicae contulerim.

II. Anastasiana gens, verbo sit venia, actuosa est, prompta, accincta; circumciso et brevi utitur sermone, non ampullis, neque calamistris; in armis tota, nihil fuco cedit; presse disputantium, singularis mere certaminis, dialogos instruit; telorum instar, concisa acuit capitula; scholia ad formam gladii in transversum stringit; sagittas habet conferta veterum testimonia, quae denso velut examine, singulis foliis erumpunt. Placent illi collectanea, uti festinantibus messoribus; eclogae uberrimae sunt, quasi post vindemias; Melissae ebundant et florilegia, quae mella stipata non recondunt, sed posteris erunt panopliae et armamenta. Quod quidem certandi genus, veterum testium agminibus in aciem reductis, a synodis ortum habuisse, memini me olim dicere 2), et solemne fuisse in conciliis huius aevi V, VI et VII, tum etiam in variis Maximi et Anastasii collationibus, neque exiguam inde mereri laudem lateranense S. Martini concilium 3), cui Maximus interfuit. Altera eiusdem discipulorum lens communis est et propria indoles, quam iuvat uno verbo dicere *scholasticam*. Presse enim, ut dixi, et nervose contendunt, spretis rhetorum ambagibus; sed insuper sollicite utuntur arguto dialecticorum artificio, ut sophismata disiiciant, ut effodiant cuneos, ut quaeque fraudis molimine comminuant. Sane a Maximo ad Damascenum, mirum est quantum creverit rei theologicae dialectica moles, quam Graecorum facile *Summam* dixerim: ut, si quibusdam lubet Ioannem esse alterum Aquinatem, mihi Maximus erit Magister sententiarum. Immo magistri iidem Arabum erunt, et persuasum omnino mihi est, id sophistarum genus multa, nisi omnia, eripuisse e Damascenica schola, nulla vero aut pauca contulisse Christianis. Ac vix non indignor, quoties audio litteras nobis periisse, neque ab orco reduces futuras fuisse, nisi Deus dedisset recutitos illos Arabum et Hebraeorum paedagogos. Verum enimvero e claustris, ex Isuris, ab hypogeis veterum monachorum ad Persas et Arabas, fortasse et in ultimum Orientem, transierunt Aristoteles, Plato, Porphyrius, Hippocrates, Galienus, caetera Graecorum lumina, quae si Ecclesia de manu in manum non tradidisset, quaeque suam fortasse saecula extinxissent lampadem. Ad nostros ut redeam, aliud adde in eorum laudem, quod longe insigne et copiosum est, eos scilicet quos merito dixi ferro militum accingi, et acumine philosophorum muniri, praeterea spiritu precum fervere, aestu in Dei cultum accendi, et quasi sacro altarium igne inflammari vehementer: ab illis enim est, ut nova dicendi et

1) *Vicerat*. Anna Comnena in Alex. V, p. 147 eleganter et graphice pingit matrem suam augustam, insolita prorsus in Maximum admiratione captam et sublimi illius stylo, ab aliis vituperato, allectam.

2) *Dicere*. Spicileg. Solesm. praefat. t. I, p. XLVI,

3) *Concilium*. Circiter ex XL scriptoribus priscis plusquam CC testimonia proferuntur, et plura quam in editis libri mss. servant.

disputandi formula, ita altera supplicandi ratio. Quemadmodum enim notum est, pace per Constantinum Ecclesiae restituta, aliquid alacrius in religiosis pompis innovatum fuisse, ita compertum quoque est, ab aevo Sophronii, Cosmae et Damasceni, nova cantica tum primum in ecclesiis insonuisse. Primaevos martyrum plausus excipiunt flebiles et prolixae litaniae; breves εὐφημίαι certa lege aut solvuntur aut ligantur. Veterum στίχοι et τροπάρια miscentur κονδακίοις, οἴκοις, *idiomelis* et *canonibus*, quibus novis nominibus insuetae res vestiuntur. Et Κανὼν quidem haud immerito dicitur pars praecipua, quae fidei regula fuit, ac normam statuit firmam fixamque, ad fidelium animos rectis dogmatibus imbuendos. Id quippe tam metro, acrostichide verborumque ordine et numero syllabarum, quam theologica hymnorum dictione cautum erat, ut sacrae fidei eloquia et egregiae errorum censurae, non solum per omnium aures diligenter dimissa, usque in ima credentium viscera insinuarentur, sed eo munirentur artificio, ut ne unam quidem voculam aut syllabam liceret addi temere aut expungi, quin fraus per se illico pateret. Sed haec ut declarentur, peculiari et longiori reservanda sunt orationi. Succurrit aliud, quod aeque ad rei sacrae innovationem, copiam et incrementum pertinet. Nisi fallor, ab illo eodem aevo, typica monasteriorum in vulgus cedunt; psalmodiae diurnae et nocturnae omnibus solemnes sunt; quae pro solis monachis officia Sabbas, Euthymius, Chariton primum statuerant, ea Damascenus et Sophronius in publicum usum leviter temperarunt. Et tum primum, neque antea, opinor, etiam a plebe videmus usurpari severiora ieiunia, et quadruplicem in anno quadragesimam, multiplicesque xerophagias, de quibus veteres propemodum silent. Certum est, quo iniquiora tempora fuerunt, crevisse quamdam religionem externam, et impensius oblata fuisse precum et ieiuniorum holocausta. Scio ibi totam non esse religionem, et novi qualem inde Orientales fastum hauserint. Nolim interea vituperari quod fuit ab initio sanctorum opus, quod movit dissitarum gentium commune studium, quod plebi christianae solatium extitit et munimentum, quod denique obstitit ne omnino in desolato Oriente portae inferi praevalerent. Iam ut ab illo latiori campo recedam, ad meos, ut spopondi, transeo Anastasios.

III. Primus sit sanctus ille patriarcha 1), Gregorii magni amicus, qui Domno Antiocheno, ut e columna Simeon vaticinatus erat, successit (a. 559). Expulsus a Sede (590), ob Iustini tyrannidem, plebem ab exilio pascere pergebat, scriptis homiliis quarum plures ad nos pervenerunt, sub his titulis: *De SS. Trinitate*, *de Incircumscripto*, *de divina Oeconomia*, *de Passione*, *de Resurrectione*, *de Transfiguratione*, *de Annuntiatione*, *de Hypapante*, *de sacris Festis*, *in Palmas*, *de Vitae termino*. Qui praeterea in primo sedis suae ingressu orationem habuerat εἰσοδικὸν, tum aliam συντακτήριον, ad valedicendum, iam exsulaturus: idem in throno suo restitutus, εἰρηνικὰ verba ad filios fecit, quae quum adhuc supersint, mutila licet, latere diutius non sustinui. At dolendum excidisse prorsus, tum epistolas quas sive ad imperatorem, sive ad romanos pontifices, ipso Gregorio teste, scimus eum scripsisse, tum alia uberioris venae opera, uti *Contra Diaetetum*, sive Philoponi grammatici confutatio, vix laciniis nota 2), ac caetera *collectanea* quibus negotiosum exilii et solitudinis otium dedicavit.

1) *Patriarcha*. Colitur die XXI april. Cf. Bolland. ad h. diem et Iul. t. IV, p. 98. — Lequien. Or. Christ. t. II, col. 736-737. — Fabric. Bibl. gr. X, p. 571. — Galland. t. XII, p. 235. — Patrol. gr. t. LXXXIX.

2) *Nota*. Indubium est Maximi testimonium opp. t. II, p. 124, 125, 126. Cf. infra syllabi sequentis num. 12, 16, 21, 44, 47, 48, 50, 53, 57, 58, 59, 60, 61, 62, 63, 65, 66, 67, 68-78, etc.

Idem Gregorius ad alterum Anastasium, prioris successorem (599-609) scribit, simili cum illo iunctus necessitudine, mutuo intercedente studiorum commercio; is quippe, olim a scholasticis, doctus fortasse antecessor fuit, quin et ambidexter, graeci latinique sermonis satis peritus interpres, ut eo curante, Gregorii praestantissima pastoralis Regula in Orientalium usus cesserit 1). Utinam alicubi adhuc lateat, nisi opus una cum interpretis vita interceperit vis atrox Iudaeorum, a quibus martyr raptatus per urbem, laceratus et ambustus, praesulum Antiochenorum pene clausit seriem, per centum et amplius annos misere interruptam 2).

Gregorium inter et tertium Anastasium, presbyterum Hierosolymitanum, simile intercessit litterarum commercium, quibus sanctus pontifex presbytero, « ut bono homini de bono thesauro cordis sui bona proferenti, » nec laudes pepercit, neque omisit varia pro pace ecclesiae sanctae civitatis negotia committere 3).

Quartus et quintus Maximo discipuli adhaeserunt, vitaeque eius et certaminum comites, ex iis, ut videtur, Chrysopolitanis quorum abbas ipse fuit, pro quibus, « quidquid corpusculi virium reliquum erat, impendere solebat, singulis ad virtutem, modo mitiore, modo asperiore sermonn, documenta praebens 4), » donec exorta procella, oportuerit eum in seniorem Romam et in Africam et circumiacentes insulas exulem pro fide commigrare, deinde reverti in urbem regiam. « Cum eo autem eius quoque discipulum Anastasium, ac cui idem nomen erat, parique morum honestate fulgebat, Anastasium alterum, qui et romanae ecclesiae apocrisiarius audiebat; quin et divinissimum Martinum cum non paucis occiduarum partium episcopis, imperator sine mora in urbe Byzantio sibi sistit. » Uterque cum Maximo multa et dira passus, lingua et manibus abscisis, et loqui et scribere pergit, donec ambo martyres occnbuero 5), unus a. 656, alter a. 662. Haud recessit posterior, fortissimus ille romanorum apocrisiarius, quin scripserit, inter plura, epistolam unam *ad Calaritanos*, alteram *ad Theodosium Gangrensem*, cum annexis adversus Monothelitas testimoniis et syllogismis, et insuper nobilissima de S. Maximi certamine ὑπομνηστικά, quae interprete alio vetere Anastasio bibliothecario, exstant latine, et qualia apocrisiarius, « tradito sibi divinitus argumento, duobus exilibus fusticulis, quos videlicet duo sibimet parvissima ligna et tenuia colligasset 6), » pugno mutilo conscripsit.

Sextus, pro alterutro praecedentium facile sumptus, discipulus quoque dicitur Maximi, et aliquando Antiochenus episcopus, aliquando in monte Sina archiepiscopus, certe monachus et abbas Sinaita fuit, cognomine νέος Μωσῆς, ob eximiam ac pene divinam scientiam, qua afflante, dedit commentarios in *Hexaemerum*, Ὁδηγὸν et *Responsa ad quaestiones*; ex quibus efficitur, eum scripsisse post captam a Sarracenis Cyprum

1) *Cesserit*. De qua re ab ipso Gregorio docemur in Reg. XII, 21, quae epistola, scripta a. 602, de Anastasio II aperte intelligenda est, minime vero de seniore iam defuncto, a. 599. Quia vero non mirabitur qua egregia ἀβλεψίᾳ cl. v. Iaffe en venerit, aliud cogitans, ut scriberet « Regulam pastoralem per Anatolium diaconum fuisse graece redditam? »

2) *Interruptam*. Colitur die XXI Decembr. Cf. Or. Chr. t. II, col. 737, 738.—Niceph. Chronogr. in catal. patriarch. Cf. in syllabo num. 5, 6, 7, 8, 9, 10, 38, 45.

3) *Committere*. Cf. Registr. lib. VII, ep. 32.

4) *Praebens*. Maximi opp. in prooem. p. V.

5) *Occubuere*. Unus obiit circa diem IX vel XI augusti, ad castrum Suniae apud Lazos; alter V id. octobris in Thraciae ergastulo. De utroque pauca, sed nova ab homonymo et coaequali Anastasio verba erunt paulo inferius, multa consideratione dignissima. Cf. Patrol. XCI, p. 178 sqq.

6) *Colligasset*. Maximi opp. t. I, p. LXX, LXXIII. Cf. syllab. num. 13, 42, 51, 52.

(a. 667); in Syria, Alexandriae et Constantinopoli, multa disputavisse cum haereticis et Iudaeis, dum Ioannes Theodosianorum patriarcha esset (677-686); romana apostolorum limina lustrasse, cum Sophronio et Maximo, vivente aut vix defuncto Honorio 1), tempora attigisse saeculo VIII proxima, certe recentiora concilio VI (680), fortasse et trullano (690); dictavisse demum, ipso teste, tomum unum *δογματικὸν*, alium *apologeticum*, alium *de inclinationibus hominum*, et plures *adversus Iudaeos*. Quibus etiam sive ob sermonis similitudinem et argumentorum connexionem, sive ob constantes exemplarium veterum epigraphas, adde homilias de *Homine ad imaginem Dei*, de *sacra Synaxi*, de *variis quadragesimis*, libellos *de Haeresibus et Conciliis*, *Capita ad Sergium*, innumera *testimoniorum* et *narrationum* syntagmata quae partim iacent in Graecorum archetypis, partim recepta sunt in collectanea prisca Occidentalium, partim migrarunt usque ad Slaves hyperboraeos, penes quos ego vidi multa et nova et editis locupletiora asservari.

Paulo recentior septimus est, Damasceno coaequalis et abbas monasterii S. Euthymii in Palaestina. Quum multa sanctorum patrum de Trisagio loca collegisset, Damasceno causa fuit cur et ipse de eodem scriberet argumento 2). Qui paucis commode describit et Anastasii opus ac dotes, et nonnullos eiusdem sodalitii alumnos: « Etenim, ait, frater noster, religiosissimus abbas Sergius, gentilis meus, familiaris et amicus, per litteras quas ingenuus frater noster abbas Ioh attulit, me certiorem facit abbatem Anastasium, praeclarum illum monasterii S. Euthymii praepositum, nonnulla ex sanctorum patrum libris loca protulisse, quibus scilicet trisagium hymnum ad Filium dumtaxat referat. » Et pergit huius venerabilis abbatis describere fidem, integritatem, peritiam, et singularem tum in sermone, tum in virtute et operatione dexteritatem.

Iam octavus sit Anastasius Hierosolymitanus, incertae aetatis, fortasse et loci, de quo facilis amanuensium error, dum ad Solymorum praesulem referunt quaedam *de triplici animae virtute* 3), Sinaitae potius ascribenda. Quis enim ea dederit vetustiori Anastasio, qui in sacra civitate sedebat episcopus a. 457-479?

Nonus Nicaenus erit, non quidem primus huius nominis, inter chalcedonenses patres annumeratus, neque etiam secundus, nominatus in pluribus synodis constantinopolitanis, a. 520, 528, 536; sed tertius de quo haec in Oriente Christiano: « Ad saeculi VII exitum vel VIII initia refero Anastasium illum Nicaenum, cuius in *psalmos commentariorum* excerpta passim leguntur in catenis graecis. Decimo saeculo illum longe vetustiorem esse evincit coisliniana catena cod. XLVIII quae eo saeculo exarata est 4).»

Decimus nullo alio iure in censum venit, nisi quod caeteris solet inter canonum syntagmata adiungi, quum scripserit opus argumenti nostri minime omittendum, *de quadragesima B. Mariae Virginis*, haud dubiis signis assignandum Anastasio Caesariensi, saeculi XI.

Ad hymnographos undecimum refero et inter vetustiores reperio sacrorum canticorum conditores, quorum agmen agit in aevo Iustiniani Romanus melodus; huius vero poemata simillimo metro et artificio imitatus est quidam Anastasius, proprio nomine

1) *Honorio*. Cf. Maximi opp. t. II, p. 129-133. Cf. in Syll. num. 1,2,3,10,11,15,16-19,23,31,35,36,37 etc.

2) *Argumento*. Damasceni opp. t. 1, p. 481; Patr. LXXXIX, p. 1409; XCIV, p. 87 not. XCV, p. 23.

3) *Virtute*. Cf. Combefis. auctar. t. II, p. 131.

4) *Est*. t. 1, p. 643, 644. Huic Hervetus *quaestiones* attribuit, aliquo deceptus codice ms. qualis est vallicellian. F. 68.

in vetus condakion iuserto, et ducto per acrostichidem illam: 'Αναστασίου τοῦ ταπεινοῦ αἶνος. Vix dubium eiusdem esse bymuos plures vetustissimos, de qnibns infra et alibi commodius.

Sedem habet in eodem meloderum chero duodecimus, illustrieri cognomine dictus Anastasius quaester (τοῦ κυαίστορος), ut ferunt qnatuor canones ad normam Damascenicam, et eratio iu S. Agathenicum, quae lucem in arce Kremliniana mosqueusi expectat.

Tertius denique decimus Anastasius, infelici omiue seriem claudat, iste nimirum patriarcha constantiuopolitanus, haereticus et Icouomachorum dux, qui regiam eivitatem polluit potius per quatuor et viginti annos (730-754) qnam ad pascua rexit, ex quo tamen Damascenus pauca verba cuiusdam encyclicae de pascha 1) seris posteris tradidit.

III. Post inscripta nemiua, saltem praecipua, restat ut accedant opera singulorum, iu commnni et longo exacta syllabo, in qne, tamen etsi plnrima desiut, erunt nibilominns multa qnae vix alibi reperias. Omnia, ut soleo, ex autheuticis libris, membranis, fasciculis iu asperum et illiberale compendium coage, nec nisi pulverem pulveri addere videor. Interea quam caeteris viam ineo, vix valeo dicere, quam lnbrica mihi sit et confragosa et salebris horrida; in qua, ob fallacias veterum uetarum, ob lenocinia amanuensium, iusaniamque et vanitatem Graecorum eadem ementitis signis sub hasta venditantinm, non labi difficillimum sit. Verum exoriare aliquis, et ex hoc tumulo redivivos expergefac meos Anastasios, alterque mibi Combefisius esto 2), qui Maximum inter et Damascenum, sedere iubeat nobilissimos illos Sinaïtas et Theopolitanos. « Filii enim germani existuut sancti Christi Dei nostri anastaseos 3).»

1. 'Οδηγός, *Viae dux adversus Acephalos* 4). Incipit procemium: Παρακαλοῦμεν τοὺς μέλλοντας... Caput I: Ὅτι δεῖ προηγουμένως... Caput ultimum XXIV, ex Areopagita: Καθάπερ φῶτα λαμπτήρων. Graece et latine apud Gretserum t. XIV, p. 1-161. Patrol. Migne t. LXXXIX, p. 35. — Sunt codd. vatic. 423, 447, 488, 451, 470, 495, 501, 509, 720, 727, 728, 1075, 1077, 1101, 1116, 1156, 1216, 1447, 1664, 1974. — Ottob. 172, 221, 268, 414, 419, 447, 449, 470. — Regin. 48. Reg. II. 12. — Palat. 76, 367. — Columna. 85. — Barberin. 1, 39. — Vallicell. B. 53; D. 32; C. 72. — Laurent. Pl. V, 2; VI, 12; VIII, 20; IX, 9; LXXXVI, 6. — S. Marc. 51, 257, 338. Nan. 128. — Ambrosian. c. 69. super. Paris. 854, 882, 887, 898, 1063, 1084. — Scorial. T. 1, 17; X. II, 2. — Monac. 66, 200. — Vindobon. 46, 77, 155, 188, 201, 249. — Taurin. 200. — Ron 12. Oxon. meerm. 2. — S. Trinit. Cantabr. 26. — Mosquens. 150, 216, 252, 295, 297, 300. Typ. IV, 10, 46.

2. Ἐρωτήσεις καὶ ἀποκρίσεις κ. τ. λ. *Quaestiones et Responsiones* (5) *de diversis* capp. Responsio I

1) *Pascha*. Damascen. t. 1, p. 504. Consulto nullum feci locum quibusdam ninsdem aevi eiusdemque nominis, quales sunt Anastasius metropolita memoratus a Damasceno (t. 1. p. XVIII); Anastasius Apozygarus (Mansi XI, 503) sive Alexandrinus Iacobitarum patriarcha; Anastasius Corinthius ob facinora delectus (Regest. 1, 27, V, 57); Anastasius, vir mechanicus et doctus apud Cosmam (p. 264), et alii quorum aut nomina expungi oportuit, aut nulla novi scripta extitisse. Meum etsi consilium minime sit varios Anastasios sub uno intuitu colligendi, interea piget me id non egisse Fabricium, cui volupe erat his indulgere nominum inutiliis, neque etiam meas in manus unquam venisse Molleri *Homonymoscopium*, ubi de Anastasiis disputatur p. 414-417.

2) *Esto*. Editionem promisit alicubi inter Maximi Prolegomena, et similia post eum Grabius, Richardus Simon, Magnus Crusius, alii, quibus demum pro viribus supplere non valuit nuper egregius Patrologiae parisiensis editor, quin praeter omnia mss. etiam ex libris editis non pauca omiserit.

3) *Anastaseos*. Ita Anastasius Apocrisiarius ad Theodosium Gangrensem, n. 8. Maximi, t. 1, p. LXIX.

4) *Acephalos*. Si omnium titulorum vellem fallacias experiri, sollicitatis sive editis sive mss. libris, dura sane fastidia crearem lectoribus, quae satius duxi solus mecum et tacitus concoquere. Exemplo sit Hodegi caput II *de definitionibus*, cui nomina vidi praefixa Clementis Alexandrini, Athanasii, Cyrilli, Maximi, Damasceni, et locum fieri passim ut singulari libello, quem et Montefalconius inter athanasiaca recepit, tom. II, p. 192, et multum locupletavit. — Romanis codd. fort. add. Basil. 6, 141, 151.

5) *Responsiones*. Sunt quidem CCCLXI in scorialensi P. III, 2 ex catalogo Milleriano; CCLIV in vindob. 24, si Harlesio fides, apud Fabricium; CCV in ottobon. 395, ex antiquo indice; CLX in vat. 470; CLVII in Laurent. pl. IV, cod. 16; CLVI in coislíniano

*

incipit: Οἱ μὲν φασιν ὅτι πίστις ὀρθή.—Ultima CLIV: Ἡ καθολικὴ ἐκκλησία. Graece et latine ap. Gretser. t. XIV, p. 161-460. Patrol. t. LXXXIX, p. 311-850. Quibus adde VI quaest. post XLIV latine tantum ab Herveto in bibl. PP. et quae Maius supplevit in veter. script. coll. t. 1, p. 373. Codd. vatic. 419, 423, 432, 447, 470, 488, 504, 509, 620, 629, 720, 790, 840, 1215, 1259, 1271, 1568, 1582, 1611, 1699, 1909, 2014, 2020.—Palat. 80, 318, 367. — Regin. 11, 11, 45. — Ottobon. 159, 192, 231, 359, 362, 395, 414, 418, 449, 458. — Barber. III, 1, 15; V, 11, 18, 47; VI, 5.— Vallic. C. 72, D. 32, F. 19, 68.—Laurent. Pl. IV, 6, 7, 16: LXIX, 37. — Taurin. 113, 177, 196. — Ambros. M. 57 sup. — Dresdens. — Venet. Bessar. 497. — Mosqu. 53.— Augustan. — Vindobon. 19, 24, 45, 58, 59, 99, 134, 155, 187, 214, 238, 246, 252 287. — Parisiens. 364, 772, 773, 852, 854, 859, 960, 897, 922, 1085, 1086, 1087, 1088, 1220 A, 1259 A, 1267, 1315, 1331, 1630, 2087, 2408, 2628, 3089. — Coislin. 115, 116, 120, 257, 258, 388. — Ex codd. novis. 28. — Scorial. P. III, 2; Ψ. I, 4; Ω. III, 11.—Madrit. 13. —Barocc. 76, 206. — Cromwell. 111, 112.— Roe 17.—S. Magdalen. oxon. 4. —Mosquens. 5, 26, 252, 279, 327. Mutinens. II. A. 6; E, 1.

3. Εἰς τὴν πνευματικὴν ἀναγωγὴν τῆς ἑξαημέρου κτίσεως. Anagogicae contemplationes in Hexaemeron. Incipit praefatio: Φωνὴ ἡ Θεοῦ ἱερά. Liber. 1. Ὅσοι μὲν καὶ οἷοι πρὸς τὰ προκείμενα. Latine in bibliotheca pp. et Patrol. LXXXIX, p. 851-1078. Graece et latine tantum liber XII, ib. p. 1051, ex edit. Londin. 1682, et fragmenta p. 942, 961, 963, 966, 967, quibus adde Frontonis Ducaei notas ad Basilii Hexaemer. 1) Patr. XXX, p. 971.—Allatii scholia in Eustath. p. 138, contra Hotting. p. 158, in Casaubon. p. 107. — Montfaucon ad Hexapla passim.—Clausulam libri XII implevit M. Crusius in dissert. epist. p. 19, idem integram paraverat editionem quam Grabius seque promisit. Quaedam ego dedi in Spicil. solesm. t. III, p. 534-537, et integra in schedis teneo ex cod. paris. 861 descripta eleganter manu R. P. Gauthey, O. S. B. Codd. suat vat. 726.—Regin. 11, 12. — Palat. 372.—Vallic. C. 2, F. 58.— Angelic. T. 8, 6. —Paris. 861. Taurin. 106.—Mutinens. III. E. 2.—Leydens. voss. 41.— Scorial. Ψ III, 4; X, 11, 12.—Coll. novi oxon.—Monac. 145, 241.— Vindobon. 185, 186.

4. Διάλεξις κατὰ Ἰουδαίων. Anastasii abbatis adversus Judaeos 2) disputatio. Incipit: Ὁ χριστιανὸς πρὸ

quaecumque inter se varietate differant. Is interea ad stabilienda huiusmodi dogmata excivit Sophronium quemdam, tunc monachorum ascriptum agmini, postea vero Hierosolymitanum antistitem, qui ibidem conversabatur. Urgebat Cyrum necessitas illum sibi in auxilium vocandi ut ferret suppetias, virum utique doctissimum et divinis in rebus tractandis peritissimum. Ac primum ille oblatum detrectavit honorem; pacis enim homo amans erat, si quis unquam alius. At postquam cum Cyro deprecantes vidit primores in clero alexandrino et civium illustres, decem enim insuper et novem epistolis ad id agendum urgebatur, aegre se demum recepit in Alexandri urbem, Dei veritus iudicium. Quo quum venisset, dextera solvit tortuosos adversariorum nodos, ac victoriae trophaeum sanctae catholicae ecclesiae consecravit. Cyrus vero quum sibi vellet praeripere reconciliationis laudem, clandestina quaedam unionis capitula Acephalis in ecclesia recitavit, in quibus unicam theandricam operationem cum duabus Christi naturis impio dogmate proposuit, sacrum Dionysium testimonii gratia adducens; ideoque potiori iure arguebatur esse falsus monetarius, qui pro duplici operatione unam et novam stulte adducebat. Cuius rei certior factus Sophronius, palam protestatus est ea minime in orthodoxis dogmatibus cadere: oportere quippe, si unica operatio sit, et unam quoque decernere naturam; et si plures naturae sunt, singulis suam esse operationem. Contradicente autem Cyro et provocante ad consentientem secum constantinopolitanum antistitem (disputabat enim futurum esse ut vel etiam quinque, vel decem energias in Christo intelligeret), iter Constantinopolim Sophronius conficit; eoque quum

Gretser p. 42. — 1) διατρίβοντα. Inde nova plura sunt et notatu dignissima, quum de vicinis et domesticis negotiis testimonium Anastasii sit. Statim ab initio docemur monothelismi exordia repetenda esse ab Alexandria et Cyro, potius quam a Sergio Constantinopolitano, uti hactenus ab omnibus fere annalium ecclesiasticorum scriptoribus tenetur. — 2) Εἶχε fort. Et has XIX epistolas adde immensae monumentorum suppellectili, sive ex Sophronii penu, sive Anastasii, iniuria temporum amissae. — 3) Ὑπανέγνω. Cyri extant IX capitula in concilii V actione XIII (Mansi XI, p. 565) quorum septimum totum virus haereticum continet. Quae statim quantum horruerit Sophronius cum omnibus catholicis, Maximus qui inter hos conflictus Alexandriae militavit, egregie describit in epistola ad Petrum: «Divinus ergo magnusque Sophronius tunc Alexandriam veniens, mox ex prima lectione (dederat enim etiam ipse Cyrus ad retractandam illa novem impietatis capitula) lugubre quiddam et ingens vociferatus, fontes emittebat lacrymarum, illum fervide obsecrans, supplicans, expostulans, in pavimento ipsius vestigiis provolutus, quo nihil horum super ambonem contra catholicam praedicaret, quippe quum haec liquido impii essent Apollinaris dogmata.» Maximi t. II, p. 75. Quae latine tantum supersunt in Anastasii collectaneis. — 4) Προβαλλόμενος. Ubi Dionysius recte dixit *novam theandricam* sive Dei virilem operationem, subdole posuerunt ibi unam *theandricam* operationem, totumque Monothelismi artificium in eo vertitur, quod, ubi unus operatur, nimirum Christus, unam vellent esse operationem, unamque voluntatem. Unum operari Christum, verissimum est, quum actiones sint suppositorum; sed unam esse operationem, falsum; duplex enim Christi operatio, divina qua Deus est; et humana qua homo, itemque duplex voluntas. Sophronii recta sententia fuit, Cyri falsa; qualis vero fuerit Sergii, qualis etiam Honorii, mox

τὸ Βυζάντιον πορίαν ὁ Σωφρόνιος στέλλεται. Ἔνθα δὴ γεγονὼς ὑπὸ τοῦ προέδρου φιλοφρόνως τὰ μὲν πρῶτα εἰσδέχεται· Σέργιος δὲ ἦν ὄνομα τῷ προέδρῳ, ᾧ δὴ καθ᾽ εἱρμὸν ἀφήγηται ὁ Σωφρόνιος τὰ κεκαινωμένα· ἀποδεχθεὶς δὲ καὶ μάλα ἐπαινεθεὶς ὡς ὀρθῶς τὸ δόγμα διεξάγων, αὐτόσε διέτριβε· μετ᾽ οὐ πολὺ δὲ, ξένια 1) τοῦ Κύρου πρὸς τὸν Σέργιον, ἦλυθε. Διόπερ τὸν μὲν Σωφρόνιον ἀπέστρεψεν, οὐκ ὀρθῶς οἷα δὴ πεφρονηκότα· τὸν δ᾽ Κῦρον ἀπέκρινε καλῶς, ἅτε τῇ διπλῇ τοῦ Χριστοῦ φύσει μίαν ἐνέργειαν ἐγκαινίσαντα. Ὅπερ ἰδὼν ὁ Σωφρόνιος τῆς μὲν Βύζαντος ἀπέπλευσε, Ἱεροσόλυμα δὲ καταλαμβάνει, ἔνθα τοῦ Ἰακώβου τοῦ Θεαδέλφου λαχὼν θρόνον, συνοδικῷ κέχρηται γράμματι 2) πρὸς τοὺς ἐν ἐκκλησίᾳ ἡγεμόνας, ἀποστολικοῖς θεσμοῖς ἐνακολουθῶν· Ὅπερ οἱ κατ᾽ ἐκεῖνο καιροῦ ἀνέρως ἀπωσάμενοι, οὐ μικρὸν ἀνὰ τὴν οἰκουμένην ἐποίησαν κλόνον. Συνέβη γὰρ καὶ τὸν τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης πάπαν Ὁνώριον συνθέσθαι τούτοις κακῶς δι᾽ οἰκονομίαν τινα, ὅθεν καὶ τοὺς μὲν μίαν 3) ἐπὶ Χριστῷ φύσιν, ἁπλᾶς δὲ τὰς φυσικὰς ἰδιότητας κεκηνότας 4) ἐπιστομίσαι· τὸν δέ γε Σωφρόνιον διπλᾶ πάντα, πλὴν τῆς ὑποστάσεως, ὀρθοδόξως κηρύττοντα ἐπὶ τῆς σωτηριώδους οἰκονομίας κατασιγάζειν πειρᾶσθαι, συμβουλεῦσαί τε παύσασθαι τῶν τοιούτων δογμάτων καὶ ἀμφοτέρους. Ἐξ οὗ καὶ δόγμα προτίθεται ἐφ᾽ ὑψηλοῦ, τὸ μήτε μίαν, μήτε δύο ἐνεργείας ἢ θελήματα ἐπὶ Χριστοῦ δογματίζεσθαι 5). Ἦν δέ τις Θεόδωρος τότε τῆς Φαρὰν ἐπισκοπεύων, ὁ τῆς

pervenit, ub antistite primum eum humanitate exceptus est. Praesuli Sergius nomen erat, cui porro ex ordine exposuit Sophronius quae innovari coeperant. Sic igitur receptas et multis laudibus prosecutus, ut qui recto dogmate uteretur, ibidem immoratus est. Haud multo post tempore xenia Cyri ad Sergium pervenerunt. Ideo Sergius Sophronium avocavit, quasi iam recte sentire desierit. Cyrum vero egregie improbavit, ut qui duplici naturae Christi unam energiam novam indiderit. Quo intellecto, Sophronius o Byzantio egressus, perrexit Hierosolymam, ibique Iacobi Domini fratris thronum adeptus, synodica functus est epistola ad omnes Ecclesiae praefectos, regulas plane secutas apostolicas. Quas litteras qui tunc temporis absque iure repudiaverunt, haud modicas in universum orbem turbas concitaverunt. Accidit enim ut ipse veteris Romae papa Honorius ad eosdem male deflexerit per quamdam oeconomiam, qua videlicet et unam esse in Christo naturam ac simplices esse naturales proprietates deblaterantibus os occluderet, et Sophronium, qui duplicia omnia esse, praeter personam, iuxta rectam fidem praedicabat, in incarnato Salvatore, silentio premere conaretur ac demum suaderet ab hisce dogmatibus praedicandis utrosque supersedere: unde emergebat ad summum illa sententia, neque unam, neque duas in Christo operationes vel voluntates doceri

elucebit. — 1) μεθ' οὐ πολὺ δὲ ξένια cod., paulo post ἐγκαινίσαντα, deinde ἀπέπλευσε. neque leviter luxata pericope. Unde divinantis erat sensum eruere. Vix tamen dubium quin Sergius primum cum Sophronio satis bene, ab externa saltem facie, consenserit. Ipse tamen in vaferrima ad Honorium epistola, rem aliter describit: « Quum multa, inquit, hac de re colloquia moverentur nos inter et sanctissimum Sophronium, hortati eum sumus ad proferenda sanctorum ut probatorum patrum testimonia, quae apertis et ipsis verbis duas operationes in Christo dicere traderent, id quod ille facere penitus non valuit. » Tum semel et iterum ostentat falsum Mennae ad Vigilium sive sermonem, sive librum, multis munitum testimoniis de una operatione, eoque vult Sophronium adductum fuisse ut nullum sermonem sive de una, sive de duabus operationibus haberet. « His itaque contentus memoratus vir sanctissimus et his adhaerere firmiter volens, petivit a nobis scriptam de hisce responsionem, interrogaturis eum ea bibendam, quod et alacriter egimus. » Neque unum hic mendacium Sergii est: falsum enim Sophronium non potuisse testimonia patrum porrigere, quae ad sexcenta numero congessit in duobus libris quos legit Photius, post patres lateranenses et V concilii. Falsum, non plane, prima saltem fronte, Sophronii sententiae Sergium adhaesisse; falsum, ad id unquam Sophronium venisse ut veritatem silentio opprimeret, qui potius dolum Sergii odoratus, scripto voluit eum coerceri, et statim ut loquendi copiam habuit, synodicam suam orbi edidit. Falsa denique Mennae et Vigilii scripta ad fucum et pompam ostensa, immo conficta. Eo sistit interea Sergius, ut sileatur quoad unam vel duas operationes, ac Cyro unam Deivirilem operationem statuenti adversetur. « Plurimum interest, ait Assemanus, inter Cyri et Sergii sententiam. Cyrus duas negavit, unam tantum posuit, operationem. Sergius neque unam neque duas dicendas dixit, sed unum Christum divina, qua Deus et humana, qua homo, operantem, haec propositio est orthodoxa, illa haeretica. » A priore numquam Honorius recessit; posteriorem tantum praetermisit, quam Sophronius semper impugnavit. — 2) γράμματι. synodica pene integra legitur in act. XI conc. VI. — 3) τοὺς μόνον ἐπὶ cod. — 4) κεκηνότας sic fort. κεχυνότας. — 5) δογματίζεσθαι. De Honorio haec di-

κατὰ τὴν Αἴγυπτον διάκειται ὑπὸ τὸν Ἀλεξανδρείας τελοῦσα θρόνον, ὃς ἐπειδὴ λόγοις ἐδόκει τοῖς ἔξωθεν ὡρμημένος εἶναι, τε μηδὲν ὢν ἐφάμιλλος 1) τὸν ὑπὲρ τοῦ Κύρου λόγον συστῆσαι διηγωνίσατο. Διαιρεθείσης δὲ πανταχόσε τῆς Ἐκκλησίας καὶ μέχρι που μ' καὶ ς' χρόνων, καὶ ἀλλήλοις οὐχ ὁμονοούντων τῶν ἱερέων, ταύτην δὴ συνέβη τὴν ἁγίαν σύνοδον ἀθροισθῆναι. Πρὸ δὲ ταύτης πολλῶν μὲν κατὰ τὴν πρεσβυτέραν Ῥώμην προεδρευσάντων, τοσούτων δὲ κατὰ βασιλίδα, καὶ τῶν μὲν ὀρθοδοξούντων, τῶν δὲ ἑτεροφρονούντων, καὶ ἀμοιβαδὸν τὸ καινὸν τοῦτο ἀσέβημα διακομιζόντων, Μαρτῖνος τῆς Ῥωμαίων πάπας τοπικὴν συναθροίζει σύνοδον καὶ τοὺς τῶν καινῶν δογμάτων εἰσηγητὰς ἀναθέματι καθυποβάλλει, καὶ τὰ τούτων δόγματα ὡς ἀσεβῆ καταδικάζει· δι' ἣν αἰτίαν, ἀναρπασθεὶς τῆς Ῥωμαίων πόλεως, ἐπὶ τὸ Βυζάντιον ἄγεται, καὶ τὸν τῆς ἀθανασίας διαθλήσας ἀγῶνα ὁ ἀποστολικώτατος τὰ πάντα [εἰς] ὑπερορίαν καταδικάζεται, ἐν ᾗ καὶ τὸ ἐπίδοξον τοῦ βίου καὶ ἀοίδιμον ἔλαχε τέλος. Μάξιμος Μαρτίνου ἐφάμιλλος, μονάζων τὸ σχῆμα, λόγιος καὶ πρακτικώτατος, ἅμα δυσὶ μαθηταῖς Ἀναστασίοις τὴν προσηγορίαν, διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ἐπὶ τὸ Βυζάντιον ἄγονται, καὶ τὸν Μαρτίνου κλῆρον δέχονται, ἀξίως τῆς τε γνώσεως καὶ πράξεως· Ἐν ὀφθαλμοῖς μὲν ἀφρόνων ἀποθανεῖν δόξαντες, ἐν χειρὶ δὲ Θεοῦ τὰς ψυχάς, ὥσπερ οὖν καὶ τὴν ἐν τῷ βίῳ ζωὴν παραθέμενοι 2). Τὸν μὲν γὰρ Μάξιμον τοὺς πώποτε περὶ λόγον μνημονευομένους ὑπερακοντίζοντα, τῷ δὲ βίῳ τὸν βίον 3) ἐπικοσμοῦντα (τοῦτο γὰρ ἡ ἀληθὴς γνῶσις), ἐπείπερ πολυτρόπως ἑλεῖν μηχανώμενοι φόβῳ, θωπείᾳ, ὑποσχέσιν, ἴσχυσαν μὲν οὐδαμῶς, ἀπέστησαν δὲ καὶ ὡς λίθῳ κύματα προσεῤῥάγησαν, γλωσσοτομοῦσιν οἱ ἀσεβεῖς, χεῖρα καὶ πόδας συνεκκόψαντες, καὶ οὕτω τὸν ἀθλητὴν ἠκρωτηριασμένον καὶ τῷ αἵματι καταῤῥεόμενον, ἔτι ἀνεπιμέλητον ἐπὶ τὴν Λαζικὴν παραπέμπουσι χώραν. Τῶν δὲ μαθητῶν θάτε-

oportere. Erat autem quidam Theodorus, tunc Pharan episcopus, quae civitas iuxta Aegyptum sita est et alexandrinum ad thronum pertingit, qui quum videretur e profanis maxime scientiis profectus, nullum inde certamen exercens, tum demum ad tuendam Cyri sententiam accingebatur. Dirempta undequaque Ecclesia, et post sex usque et quadraginta annos, quum nulla esset sacerdotum concordia, contigit sanctam illam congregari synodum. Praemisso autem in vetere Roma multorum concilio antistitum, neque paucioribus in regiam civitatem convenientibus, aliis quidem pie sentientibus, aliis vero secus, et ultro citroque novam istam impietatem ventilantibus, Martinus, papa Romanus, particulare concilium colligit et novorum dogmatum magistros anathemate deiicit, eorumque sententias ut impias condemnat. Idcirco raptus ab urbe romana, Byzantium trahitur, et exantlato immortalis memoriae certamine, ad omnia vir apostolatu dignissimus, in exilium damnatur, in quo et gloriosum vitae suae hymnisque celebrandum finem nactus est. Maximus Martini aemulator, ordine monachus, doctus vir et rerum peritissimus, cum duobus discipulis, Anastasiis nomine, propter eamdem causam ducitur Byzantium et Martini in partem recipitur, tam scientia quam virtute particeps dignissimus. « Qui oculis insipientium mori videbantur, in manu vero Dei animas (haud secus ac vitam in ipsa vita) deponebant.» Ad Maximum quod spectat, qui quos unquam rerum scientia commendavit longe praecelluit, et vitam vitae suae laude exornat (quae quidem vera scientia est), postquam millemodis eum tentaverant infringere, metu, blanditiis, promissis (nedum praevalerent, quin immo recedebant, ut saxo illisi fluctus disciduntur), scelesti homines linguam illi abradunt, manumque et pedes obtruncant, et sic mutilum athletam et cruore inundatum, adhuc vero imperterritum, in Lazicam

cere Anastasius potuit, licet duriuscula, quae tamen nullam omnino haeresin involvant. Hic vero omittendus non est Maximi locus tam insignis de Honorio quam de Anastasio, ut videtur, nostro: «Et ego quidem sic se habere sensum existimo (Honorii) ab omni piano suspicione purum. Certiorem autem ipsum reddidit sanctissimus presbyter Dominus abbas Anastasius, a seniore Roma reversus, vir, si quis alius, divina virtute ac prudentia ornatus; qui et dixit, diu se multumque cum magnae illius ecclesiae sacratissimis viris sermonem contulisse, propter eam quam ad Sergium scripserant epistolam: sciscitando quid causae esset, ac quomodo una illi voluntas inserta esset: invenisseque eos eius rei causa dolentes, et excusantes; et praeterea, qui iubente Honorio hanc latine dictaverat, sanctissimum abbatem Ioannem, ei ab epistolis adiutorem, affirmantem nullomodo mentionem in ea fecisse, expresso numero unius prorsus voluntatis, licet hoc nunc ab eis confictum sit qui epistolam graece reddiderunt: et neque ullomodo abolendam seu excludendam censuisse naturalem Salvatoris qua homo est, voluntatem, sed eam dumtaxat quae nostra est atque vitii labem habet. Maximi t. II, p. 132, 133. — 1) καιτοι μηδὲν fort. ἐφάμιλλον cod. 2) Παραθέμενοι. Sapient. III, 2. — 3) υἱὸν cod. —

ρον [1]) ἀλλαχόσε ὑπερώρισαν, τὸν μὲν γὰρ ἕνα, πρεσβύτερον τὴν τάξιν ὄντα, τὰ αὐτὰ τῷ διδασκάλῳ τιμωρησάμενοι, τὸν δ' ἄλλον αἰκίαις βαρυτάταις καταξήναντες, ἀλλήλων ἀνοσιούργῳ γνώμῃ κεκρατημένοι διαζεύγνυσιν. Τοιούτου δὴ ταῖς ἐκκλησίαις ἀθρόως ἐπαναστάντος χειμῶνος, ὁ πολὺς τὴν εὐσέβειαν βασιλεὺς λωφῆσαι παρασκευάζει, Κωνσταντῖνος ὁ νέος, φημί, τὸ γλυκὺ καὶ πρᾶγμα καὶ ὄνομα, ὃς Δόνῳ τῷ τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας προέδρῳ δι' οἰκείας σάκρας ἀποστεῖλαι πρόσωπα τοῦ οἰκείου κλήρου καὶ τῆς κατ' αὐτὸν συνόδου μηδὲν ὑφορώμενον διετάξατο, ὅπως ἂν τῆς ἀλλοκότου γνώμης ἡ δόξα ὅθεν τε ἦρκται καὶ οἷς ἔστι φωραθῆναι δυνηθείη, καὶ ἡ μὲν βέβηλος συνοδικῶς ἀποσταίη [2]), ἡ δὲ ἀληθὴς ἀντισταίη πίστις. Ἀλλ' ὁ μὲν Δόνος τῶν ἀνθρωπίνων ὑπεξῆλθε πραγμάτων· Ἀγάθων δὲ ὁ ἁγιώτατος εἰς ἔργον τὸ πρακτέον ἄγει, μετὰ τὸν Δόνον τῆς Ῥωμαίων ἐπισκοπεύσας· συναγείρας γάρ, ὡς ἐνόν, τοὺς ὑπ' αὐτὸν τελοῦντας ἐπισκόπους, τέσσαρες δὲ καὶ εἴκοσι καὶ ἑκατὸν ἦσαν τὸν ἀριθμόν, τρεῖς μὲν τῆς συνόδου ἐπισκόπους, πέντε δὲ τοῦ κατ' αὐτὸν κλήρου καὶ τὸν τῆς Ῥαβεννησίων λιγάτον κα' μονάχους [3]) πρὸς τὸν θεοφιλῆ τουτονὶ ἀποστέλλει βασιλέα. Ὅστις βασιλεὺς εὐσεβέστατος ὀκτὼ καὶ ἑξήκοντα πρὸς τοῖς ἑκατὸν συναθροίσας ἱερεῖς τοῦ Θεοῦ, τὸν τῆς ὀρθῆς πίστεως ὅρον δογματικῶς τε καὶ κανονικῶς ἐβεβαίωσεν, ὥσπερ δύο φύσεις τοῦ σαρκωθέντος ἑνὸς τῆς ἁγίας Τριάδος Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὴν προαιώνιον καὶ ἀΐδιον καὶ τῷ Πατρὶ ὁμοούσιον, τὴν ἐπ' ἐσχάτων ἐν χρόνῳ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, ἣν δι' οἶκτον φιλανθρωπίας οἰκειώσατο, οὐ φυρμὸν οὐδὲ σύγχυσιν, οὐ τομὴν οὐδὲ διαίρεσιν ὑπομείνας, ἀλλ' εἷς ὢν καὶ τοῦτο μείνας· ὅπερ ἐστιν, Υἱὸς μονογενής, Λόγος προαιώνιος σεσαρκωμένος, οὐκ ἠλλοιωμένος, οὕτω δὴ καὶ δύο ἐνεργείας, θείαν φημὶ καὶ ἀνθρωπίνην, δι' ὧν σώζεται ὁ τῆς ἀληθείας λόγος, ἑκατέρας μορφῆς ἐνεργούσης μετὰ τῆς θατέρου κοινωνίας· καὶ δύο θελήματα, οὐκ ἀντιπαλαίοντα, οὐδὲ ἐναντιούμενα ἀλλήλοις, ἀλλ' ἑπόμενον τὸ ἀνθρώπινον θέλημα τῷ θείῳ καὶ πανσθενεῖ θελήματι. Εἰ μὴ γὰρ ἀνελλιπῆ τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεὸς Λόγος καταβὰς ἀνέλαβε, δοκήσει γέγονεν ἡ σωτηρία. Πῶς γὰρ οἷόν τε τὸν ἀριστοτέχνην καὶ σοφὸν ἰατρὸν μὴ τοῦ λαβεῖν, ἐν ᾧ γέγονε τῷ πρωτοπλάστῳ τὸ ἥττημα; εἰ γὰρ θελητὴ ἦν τῷ ἀνθρώπῳ ἐξ ἀρχῆς ἡ ἁμαρτία καὶ αὐτεξούσιος, πῶς οὐκ ἀναγκαῖον τὸ θελητὸν καὶ αὐτεξούσιον

provinciam transmittunt. Discipulum utrumque alio pepularunt, unum quidem gradu presbyterum eadem ac magistrum poena afficientes, alterum vero saevissimis torquentes suppliciis, eo usque impiae immanitatis udacti ut ambos separarent.

Quum tanta ecclesiis tempestas subito irrupisset, imperator pietate summus respirare permittit, Constantinum dico iuniorem, tam re quam nomine iucundum, qui Dono, Romanae Ecclesiae doctori, per litteras sacras propria manu scriptas, ut mitteret quasdam personas cleri sui et propriae synodi, cuiusvis timoris expertes, praecepit, ut insolitae sententiae opinio unde oriatur et penes quos obtineat, deprehendi posset, atque profana quidem synodico decreto amoveretur, vera autem fides in contrarium sisteretur. At Donus papa ab humanis excessit, Agathon vero sanctissimus ad opus manum admovit, post Donum ad Romanam sedem accersitus. Qui collectis, quoad licuit, episcopis suae ditionis (quatuor autem et viginti et centum numero erant) tres ex hac synodo episcopos, quinque ex proprio clero, et ravennatensis episcopi legatum et monachos ad hunc religiosum mittit imperatorem. Qui similiter piissimus sexaginta et octo supra centum collegit episcopos Dei, quibuscum rectae fidei definitionem dogmatica vi et canonica communivit: scilicet quemadmodum synodus docuit duas esse naturas incarnati unius ex sancta Trinitate Domini nostri Iesu Christi, unam ante saecula et immortalem ac Patri consubstantialem, et alteram in novissimo tempore ex sancta Virgine, in qua pro abundantia suae misericordiae inhabitavit, nec confusionem aut contractionem, nec scissionem aut divisionem sustinens, sed unum et idem manens quod est, Filius unigenitus, Verbum ante saecula genitum incarnatum, sed non mutatum; eodem modo et duas esse operationes, divinam dico et humanam, per quas salvatur verbum veritatis, utraque forma conveniente in alterius societatem, et duas esse voluntates, sibi non pugnantes, neque contrarias invicem, sed humanam voluntatem divinae et omnipotenti subiectam voluntati. Nisi enim assumpserit integrum hominem, quum descendit Deus Verbum, in simulacro tantum redemptio facta est. Verum enimvero quomodo fieri potuit ut sapientissimus ille opifex et prudentissimus medicus, illud non sumpserit in quo facta est protoparentis ruina? Si enim ex voluntate factum est homini primum peccatum et ex deliberato consilio, qui necesse non erit ostendi hanc voluntatem, hancque libertatem fuisse servituti immunem, neque ullum locum iis concedi, quo-

1) ἑκάτερον mel. — 2) ἀποσταίη — ἀντισταχθείη cod. — 3) τοῦ τ. ῥ. λεγάτου κ. μοναχῶν ib.

ἀδούλωτον ἀποδεῖξαι, ἀλλὰ μὴ χώραν δοῦναι τοῖς ληροῦσι ὅτι ἀνάγκῃ ἔπταισεν ὁ Ἀδάμ, καὶ ἀθέλητος ἦν αὐτῷ ἡ ἁμαρτία καὶ διὰ τοῦτο πᾶσιν ἀνθρώποις γέγονε τὸ ἁμαρτάνειν ἐξ ἀνάγκης; Δυνάμενος γὰρ ὁ Ἀδὰμ τὴν μὲν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ φυλάξαι, τὴν δὲ τῆς γυναικὸς ἀποστρέψαι συμβουλίαν οὐκ ἠθέλησεν, ἀλλὰ τὴν ἐκ τοῦ ξύλου βρῶσιν ἐκ χειρὸς ἐδέξατο τῆς γυναικός, ὥσπερ οὖν κἀκείνη ἐκ τῆς τοῦ ὄφεως συμβουλῆς, οὐ γὰρ ἀνάγκῃ φύσεως, ἀλλὰ χαυνότητι λογισμοῦ καὶ προαιρέσει θελήματος ἡττήθησαν οἱ πρωτόπλαστοι· διὰ τοῦτο ἐν ᾧ τὴν πληγὴν καιρίαν ἐδέξαντο, ἐν αὐτῷ τὴν ἰατρίαν λαμβάνουσιν· τὰς νόσους γὰρ ἡμῶν αὐτὸς ἀνέλαβεν ὁ Χριστός, καθὼς βοᾷ ὁ προφήτης, ὥστε δύο θελήματα καὶ ἐνεργείας ἐπ' αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, ὥσπερ καὶ δύο φύσεις εὐσεβῶς νοεῖν καὶ λέγειν λίαν ἀπόδεκτον. Οὗτος τῆς ἁγίας ἕκτης συνόδου ὅρος· ἕπεσθαι δὲ ὁμολογεῖ ταῖς πρὸ αὐτῆς ἱεραῖς πέντε συνόδοις, ἀποβαλλομένη καὶ ἀναθεματίζουσα οὓς ἀπεβάλοντο, καὶ οὓς ἐδέξαντο προσιεμένη. Συνέταξε δὲ τοῖς πεπραγμένοις ἡ τοιαύτη ἁγία σύνοδος καὶ τὰ συνοδικὰ τοῦ ἐν μακαρίᾳ τῇ μνήμῃ Σωφρονίου τοῦ τῆς Ἱεροσολυμιτῶν πατριαρχήσαντος, κατέκρινέ τε καὶ ἀναθέματι καθυπέβαλεν Ὀνώριον τὸν πάπαν γενόμενον Ῥώμης, Σέργιον, Πύρον, Παῦλον, Πέτρον, τοὺς Κωνσταντινουπόλεως προέδρους, Κῦρον Ἀλεξανδρείας, Θεόδωρον τῆς Φαρὰν, τοὺς τῶν καινῶν δογμάτων ἐφευρετάς, σὺν τούτοις δὲ Μακάριον Ἀντιοχείας καὶ Στέφανον τὸν τοιούτου μαθητήν, καὶ Πολυχρόνιον τὸν ἐπικληθέντα Σίμωνα μάγον, οἵτινες μέχρι τέλους τούτων μονοθελητῶν δυσσεβοῦς ἀντεποιήθησαν [1] δόγματος. Οἱ μὲν οὖν ἐν τῇ βασιλίδι πόλει συνεδρεύσαντες ἐπίσκοποι, ἦσαν [2] ρξη' τὸν ἀριθμόν· οἱ δὲ κατὰ Ῥώμην δι' ὑπογραφῶν δηλούμενοι ρκδ', ὡς εἶναι τοὺς πάντας ἐπισκόπους καὶ τοποτηρητὰς σϙβ'. Ἀλλὰ τούτων οὕτω διαπραχθέντων, ὁ εἰρημένος πανευσεβέστατος βασιλεὺς πρὸς τὴν Ἀλληκτὼ μετέβη, μακαριότητα ἀμοιβαίαν πρὸς Θεοῦ, οὐ μόνον τὰ αἰώνια κομισάμενος ἀγαθά, ἀλλὰ καὶ ἔνθεν δικαίας [3] λαβὼν τὰς ἀντιδόσεις, ὁμοῦ τῆς ἁγίας ἐκκλησίας πάσης ἐφησυχαζούσης [ἀπὸ] ἐθνικῆς φάλαγγος, καὶ τοῦ Ἰσμαηλιτῶν ἔθνους φορολογοῦντος τῷ ῥωμαικῷ πολιτεύματι καὶ καθ' ἑαυτοῦ τὸ ξίφος ἀνατείνοντος, ὅπερ μέγιστον χριστιανοῖς τεκμήριον ὁ πανελεήμων Θεὸς ὑποδέδειχεν.

rum insanis est, Adamum ex necessitate peccavisse, neque liberum in eo peccatum fuisse, neque idcirco ullum esse hominem in quo peccandi necessitas non sit? Quum vero Adam voluerit Dei servare mandatum, neque tamen mulieris reiicere consilium nogaverit, sed arboris cibum acceperit manu mulieris oblatum, ut quemadmodum et illa serpentis indulsit tentationi; nulla enim naturae vi premente, sed rationis ob illecebras et ex voluntatis arbitrio, victi sunt primi parentes: propterea igitur in quo illi lethiferum vulnus receperunt, in eo medelam suscipiunt. Infirmitates enim nostras ipse assumpsit Christus, et propheta clamat, ut omnino obvium sit duas voluntates, duasque operationes in ipso Salvatore nostro, sicut duas naturas, ex integra fide intelligere et pronunciare. Ea fuit sanctae synodi sextae definitio. Confitetur eadem se obsequi praecedentibus quinque sacris conciliis, ut reiiciat et percutiat anathemate quos reprobaverunt, et eos recipiat quos admiserunt. Inseruit autem actibus suis eadem sancta synodus etiam synodicam epistolam quam misit beatissimae memoriae Sophronius, Hierosolymitanus patriarcha. Damnavit vero et anathemate mactavit Honorium, qui Romanus pontifex fuit, Sergium, Pyrrhum, Paulum, Petrum, constantinopolitanos antistites, Cyrum Alexandrinum, Theodorum Pharanensem, novorum dogmatum inventores et patronos, una cum illis Macarium Antiochenum et Stephanum eius discipulum, et Polychronium cognomine alterum Simonem Magum, qui usque in finem huic Monothelitarum sententiae pertinaci impietate adhaeserunt. Qui vero in regia civitate consederunt episcopi, numero CLXVIII, erant. Qui vero in urbe Roma, ex authenticis subscriptionibus, CXXIV, ut summa omnium episcoporum et procuratorum fuerit CCXCII. Quibus ita peractis, memoratus religiosissimus imperator ad inferos migravit, beatitudinem a Deo adeptus reciprocam, qui non solum aeterna sibi bona conciliavit, sed etiam hic iustissimas retributiones, quum in eodem tempore omnes sanctae ecclesiae pacem ab ethnica turma habuerint, et Ismaelitarum agmen, tributis acceptis ab imperio romano, gladium in semetipsum strinxerint, quod maximum est signum Christianis datum quod Deus pro sua misericordia ostenderit.

1) ἀντεποιήθησαν cod. — 2) εἶσιν ib. — 3) Δοσσίας cod. in quo multa mox depravantur: ὁμοῦ ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις ἐπισυχαζούσης ἐθνικῆς. Tum etiam malim φορολογοῦντος.

Διάδοχος δὲ τῆς Κωνσταντίνου εὐσεβείας τε καὶ βασιλείας Ἰουστινιανὸς ὁ τούτου υἱὸς γίνεται, ὡς ἱστόμενος 1) [πρὸς] τινὰς περὶ τῆς τοιαύτης θρυλλεῦντας συνόδου, συναθροίζει μέχρι που σλ' ἐπισκόπους, καὶ πολλῆς ἀνακρίσεως γενομένης, ἐπισφραγίσας βεβαιοῖ, καὶ τῶν ὀρθῶν πολὺς ἐστιν ἀντιποιούμενος δογμάτων, καὶ τῆς τῶν ἐκκλησιαστικῶν εἰρηνικῆς προμηθούμενος εὐσταθείας, ἐν πᾶσί τε συνιὼν καὶ κατευοδούμενος καὶ τῷ τῆς θείας χάριτος φωτὶ ὁδηγούμενος.

Constantino successit Iustinianus eius filius in pietate et imperio, qui ut obsistat nonnullis concilio renitentibus, convocat synodum episcoporum circiter numero CCXXX, et facta multa rerum consideratione, canones auctoritate tuetur; qui orthodoxae doctrinae insignem se praebet defensorem, pacisque ecclesiarum confirmandae studiosissimum: et in omnibus quae meditatur, prospera utitur fortuna, viamque carpit, quam divina ipsi gratia ostendit.

III.

Σύντομος καὶ σαφὴς διάγνωσις τῆς πίστεως ἡμῶν.

Concisa et perspicua fidei nostrae notitia.

Ὀφείλομεν πιστεύειν ὡς ἐβαπτίσθημεν· ἐβαπτίσθημεν δὲ εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τῆς μιᾶς θεότητος· φύσις μὲν γὰρ μία ταῦτα, καὶ οὐσία μία καὶ βασιλεία καὶ δύναμις καὶ μορφή· ὑποστάσεις δὲ τρεῖς, ἤτουν πρόσωπα, εἴτε ἰδιότητες, εἴτε χαρακτῆρες 1). Ὅτι μὲν οὖν κοινὴ τοῖς τρισὶ προσώποις καὶ ἀδιάφορος καὶ ἀδιαίρετος καὶ ἡ οὐσία καὶ ἡ δύναμις καὶ ἡ ἐξουσία, διὰ τοῦτο εἷς Θεὸς τὰ τρία, καὶ ἓν τὸ προσκυνούμενον· ὅτι δὲ πάλιν ἕκαστον 2) τούτων αὐθυπόστατόν ἐστι καὶ τέλειον καθ' ἑαυτὸ, καὶ ἴδιον ἔχον γνώρισμα παρὰ τὰ λοιπὰ, διὰ τοῦτο τρεῖς ὑποστάσεις τῆς μιᾶς θεότητος, ἤγουν πρόσωπα καὶ ἰδιότητες καὶ ὀνόματα. Ἄλλος μὲν γὰρ ὁ Πατὴρ, ἄλλος 3) δὲ ὁ Υἱὸς, καὶ ἄλλο τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ διὰ τοῦτο ἰδιοϋπόστατος 4)· οὐκ ἄλλο δὲ ταῦτα καὶ ἄλλο, καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ τῇ φύσει πολλὰ καὶ ἀλλοῖα, ἀλλὰ ἓν τὰ τρία, καὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας καὶ ἰσχύος καὶ κυριότητος καὶ ἀγαθότητος καὶ ἀϊδιότητος, ὀνόμασι μόνον καὶ ἰδιώμασι ἀπ' ἀλλήλων διῃρημένα, ἑτέρῳ δὲ οὐδενί. Τὸ μὲν γὰρ Πατὴρ καλεῖται, καὶ ἴδιον ἔχει τὸ ἀγέννητον· τὸ δὲ Υἱὸς λέγεται, καὶ ἴδιον ἔχει τὸ γεννᾶσθαι ἐκ τοῦ Πατρός· τὸ δὲ

1. Oportet ita nos credere, sicut baptizamur; baptizamur autem in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, unius divinitatis. Est enim una natura, una substantia, et potestas et virtus et forma. Tres autem sunt hypostases, id est personae, sive proprietates, sive characteres. Igitur, ex eo quidem quod tribus personis communis est et non diversa neque divisibilis substantia et virtus et potentia, idcirco unus Deus in tribus est et unum adoratum. Ex eo autem rursus quod horum unusquisque personalis est et perfectus in semetipso, et propriam habet notionem a caeteris distinctam, idcirco tres sunt hypostases unius deitatis, sive personae et proprietates et nomina. Alius enim est Pater, alius vero Filius, et alius Spiritus sanctus, et propter hoc propria quisque persona. Aliud tamen tres non sunt et aliud, ideoque natura non sunt multi neque diversi: sed unum in tribus et eiusdem essentiae, virtutisque et dominationis et bonitatis et perennitatis, nominibus tantum et proprietatibus ab invicem distincti; alio autem modo, nullatenus. Quod enim Pater dicitur, id proprium habet, esse ingenitum. Quod autem Filius dicitur, id proprium habet, gigni a Patre. Quod vero Spiritus nominatur, id proprium habet,

1) ἱσθόμενος cod. mox σλ' Mauca et subobscura clausula, quae si, ut concessi, de canonibus trullanis audiatur, sane priscum ac fortasse primum de illis testimonium habebimus. Aperte autem scriptor significat se, vivente adhuc Iustiniano Rhinotmeto, hisce colophonem imposuisse.

In eadem Caesarea bibliotheca accepi, et descripsi ex cod. theol. 40, olim 77 fol. 151, sequentem fidei ecthesim, quam Anastasii eiusdem esse Kollarius censuit, certe cum Hodego, cui adhaeret in codice, consentaneam et dignam omnino quae post synodicon, rectam orientalium catholicorum doctrinam exhibeat. Eadem sive auctoris nomine habent vat. 1150, f. 153 et 1151, f. 8. – 1) εἴτε χαρακτῆρες omissa in vat. 1, expuncta in vat. 2. — 2) ἕκαστος codd. tres. – 3) Ἄλλο ter vindob. — 4) ἰδιοϋπόστατα vat. 1, 2.

Πνεῦμα [1] ὀνομάζεται, καὶ ἴδιον ἔχει τὸ ἐκπορεύεσθαι ἐκ τοῦ Πατρός [2]. Ταῦτα δὲ ὑποστάσεων μόνον [3] ἐργάζεται διαφοράς, ἐπειδὴ ὑπόστασίς ἐστι φύσις μετὰ χαρακτηριστικῶν ἰδιωμάτων· μόνα γὰρ [4] ὀνόματα καὶ ἰδιώματα παρὰ τῇ Τριάδι τὰ διάφορα, τὰ δὲ λοιπὰ πάντα ταὐτὰ τοῖς τρισὶ προσώποις, μία φύσις, μία θέλησις, μία δύναμις, μία ἐξουσία, μία καὶ ἴση θεότης· ἅμα γὰρ Πατήρ, ἅμα Υἱός, ἅμα Πνεῦμα ἅγιον ὁμόαρχα, ὁμοδύναμα, ὁμοθελητά, συμφυῆ καὶ συναΐδια, εἰς ἄλληλα τῇ κατὰ πάντα ὁμοιότητι ἀντιπαραχωροῦντα [5], δίχα μόνων τῶν ἰδιοτήτων· διὰ ταῦτα ἕνα Θεὸν ὁμολογοῦμεν τὰ τρία, ἀλλ' οὐχὶ τρεῖς θεούς, ἐπειδὴ ἕν εἰσι καὶ τῇ θελήσει καὶ τῇ δυνάμει καὶ τῇ ἐνεργείᾳ καὶ τῇ κατὰ πάντων αἰτίᾳ, ἀσυγχύτως δηλονότι καὶ ἀσυνάπτως.

Εἴ τις τοιγαροῦν ἐρωτᾷ σε [6] τὴν πίστιν περὶ ἑνὸς ἑκάστου τῆς Τριάδος πολυπραγμονῶν, τί ποτέ ἐστι πρῶτον ὁ Πατήρ, ἀποκρίθητι ἀδιστάκτως πρὸς αὐτόν, ὅτι ταὐτό ἐστιν ὁ Πατὴρ ὅπερ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, μόνως ἰδίως Πατήρ, καὶ τοῦτο μόνον ἔχων ἕτερον παρ' ἐκεῖνα, τὴν πατρότητα καὶ τὴν ἀγεννησίαν. Τί δὲ πάλιν ὁ Υἱὸς ἐρωτῶντος, εἰπέ· Ὅπερ ὁ Πατὴρ καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, μόνως ἰδίως Υἱός, καὶ τοῦτο μόνον ἔχων ἕτερον παρ' ἐκεῖνα, τὴν υἱότητα καὶ τὴν γέννησιν. Τί δὲ αὖθις τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον προστιθέντος, ἀπόφηναι ὡσαύτως ὅτι ὅπερ ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱός, μόνον ἰδίως Πνεῦμα ἅγιον, καὶ τοῦτο μόνον ἔχον [7] ἕτερον παρ' ἐκεῖνα, τὴν ἐκπόρευσιν. Ταῦτα γὰρ ἴδια ὄντα ἑκάστου ἑκάστου τῶν τριῶν, οὐδέποτε μεταβαίνει ἐφ' ἕτερον, οὐδὲ τὴν μεθ' ἑτέρου κοινωνίαν κἂν πρὸς βραχὺ ἐπιδέχεται· ἴδιον γὰρ διὰ τοῦτο λέγεται, ὅτι οὐδενὶ ἑτέρῳ παρὰ τὸν ἔχοντα ἐπικοινωνεῖ, ὥς που φησὶ καὶ ὁ θεολόγος Γρηγόριος [8]. Ἡ γὰρ ἰδιότης ἀκίνητος, ἐπεὶ πῶς ἂν ἰδιότης μείνῃ κινουμένη καὶ μεταπίπτουσα; Ἔστιν οὖν ἡ θεότης, εἰ δεῖ συντόμως εἰπεῖν, ἀμέριστος ἐν μεμερισμένοις, καὶ ἐν συγκεκραμένοις ἀσύγχυτος, τὸ μὲν τῇ φύσει, ὅτι μία καὶ αὐτή, τὸ δὲ ταῖς ἰδιότησιν, ὅτι τρεῖς καὶ διάφοροι. Εἷς οὖν Θεὸς ἐν τρισί, καὶ τὰ τρία ἕν, ὡς αὐτὸς Θεολόγος [9]. Καθάπερ, φησί, ὀφθαλμὸς καὶ πηγὴ καὶ ποταμὸς καὶ ἥλιος καὶ ἀκτὶς καὶ φῶς (εἰκόνες τινές, εἰ καὶ ἀμυδραί, ἀπὸ τῶν

procedere a Patre. Ex quibus personarum sola efficitur differentia. Quandoquidem hypostasis est natura cum characteristicis proprietatibus, sola igitur nomina et proprietates quoad Triadem discrimina sunt; caetera vero omnia eadem tribus personis sunt, una natura, una voluntas, una virtus, una potentia, una et aequalis divinitas, ac simul Pater simul Filius, simul Spiritus sanctus, in communi potestate, in communi virtute, in communi voluntate, coexistentes et coaeterni, sibi invicem perfecta in omnibus aequalitate convenientes, absque solis proprietatibus. Propterea unum Deum confitemur esse tres, minime vero tres Deos, quoniam unum sunt et voluntate et potestate et operatione et causa, respectu ad omnia, sine ulla nimirum confusione et compositione.

Si quis igitur te interrogat de fide, quoad unumquemque sanctissimae Trinitatis sollicitus, quid primum sit Pater, responde illi nihil dubitans: Est id Pater quod Filius et quod Spiritus sanctus, singulariter manens Pater, idque solum habens aliud quam caeteri, paternitatem et generationis immunitatem. Quid vero sit Filius si quaerit, dicito: Est id quod est Pater et Spiritus sanctus, singulariter manens Filius, idque solum habens aliud quam caeteri, filiationem et generationem. Quid rursus sit Spiritus sanctus si adiicit, aperte dic similiter, idem esse quod Pater et Filius, manentem proprie Spiritum sanctum, et illud dumtaxat habentem aliud quam caeteros, processionem. Nam quae propria sunt singula singulis tribus, ea nunquam transeunt ad alterum, neque ullam cum altero societatem, quantumvis exiguam, sustinent; proprium enim ideo dicitur, quia cum nemine omnino praeter eum cuius est, communicatur, ut alicubi ait theologus Gregorius, proprietas enim immutabilis est: ut quid enim proprietas manet, si movetur et transfertur? Est igitur divinitas, si breviter dicere oportet, indivisa in divisis et inconfusa in compositis, prius ex natura, quia una et eadem est, posterius ex proprietatibus, quia tres sunt et distincti. Unus igitur Deus in tribus et tres unum, ut habet Theologus. Quemadmodum, ait, oculus et fons et fluvius et sol et radius et lumen (quaedam imagines sunt, licet tenues, quae per phaenomena et sensibilia referunt quiddam incomparabile et omni exemplo maius

1) ἅγιον addit vatic. 2. — 2) Πατρός. Ne exultent Graeci, quum neque ibi, neque usquam apud veteres legant ἐκ μόνου πατρός. — 3) μόνων vindobon. — 4) γοῦν ib. — 5) ἀντιπεριχωροῦντα vatic. 1, 2. — 6) ἐρωτᾷ σε tres cod. — τὸν πιστὸν vatic. 1, 2. — 7) ἔχει codd. — 8) Γρηγόριος. Or. XXXI, n. 14, t. 1, p. 565 BB. — 9) θεολόγος. Or. XXXI, n. 9, p. 562 A; n 31, 576. Haec vatic. em. Mox φ. τούτων . . προφερόμενα.

φαινομένων ὄντων καὶ αἰσθητῶν τοῦ ἀνεικάστου καὶ ἀπαραδειγματίστου καὶ τηλικούτου πράγματος κατὰ τοῦτο τυχὸν μόνον εἰς ὑπόδειγμα προφερόμεναι· οὕτω καὶ ταῦτα εἰ καὶ τρία δοκεῖ ταῖς τῶν ὀνομάτων ἰδιότησι, ἀλλ' ἕν εἰσι πάλιν, κατά τε τὸ ὁμόχρονον καὶ συνέχειαν καὶ τὸ τῆς ἐνεργείας ἀποτέλεσμα· καὶ ἐπειδὴ κατὰ τὸν εἰπόντα πίστιν ἡγεῖσθαι δεῖν 1) μόνον καὶ μὴ ἀποδεῖξαι, πιστευτέον πάντα χριστιανὸν εἰλικρινῶς καὶ ἀδιστάκτως εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα, τὴν μίαν καὶ ἀδιαίρετον καὶ τῇ φύσει καὶ τῇ δυνάμει θεότητα.

Περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δεῖ πιστεύειν ὅτι οὗτος ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Πατρὸς, ὁ εἷς τῆς ἁγίας Τριάδος, ὁ ἄναρχος, ὁ ἀπερίγραπτος, ὁ ἀσώματος, τὸ ἐκ τοῦ φωτὸς φῶς, ἡ πηγὴ τῆς ζωῆς καὶ τῆς ἀθανασίας, τῇ βουλήσει τοῦ προανάρχου καὶ συναϊδίου αὐτοῦ Πατρὸς καὶ τῇ συνεργείᾳ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἐπὶ τῆς γῆς καταβὰς, ἐκ τῶν παρθενικῶν αἱμάτων τῆς θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας ἐν τῇ οἰκείᾳ ἑαυτοῦ ὑποστάσει ἔπηξεν ἑαυτῷ σάρκα ἐψυχωμένην καὶ λογικὴν, καὶ ταύτην τῷ ἐννεαμηνιαίῳ χρόνῳ διαπλάσας κατὰ τὴν φύσιν τῆς ἀνθρωπίνης γεννήσεως, προῆλθε ἐκ τῆς μητρὸς Θεὸς ἀνθρωποφόρος, τουτέστι Θεὸς καὶ ἄνθρωπος ἐν μιᾷ ὑποστάσει, δύο φύσεις ἐπιφερομένη 2) ἀδιαιρέτους καὶ ἀσυγχύτους, καὶ δύο ἀκολούθως θελήσεις καὶ ἐνεργείας, θεϊκὰς δηλονότι καὶ ἀνθρωπικάς· ἤθελε μὲν 3) γὰρ ὡς Θεὸς καὶ ἐνήργει ὡς Θεός· ἤθελε δὲ πάλιν ὡς ἄνθρωπος καὶ ἐνήργει ὡς ἄνθρωπος. Θελήματα δὲ καὶ ἐνεργείας ἀνθρωπικὰς τὰς φυσικὰς χρὴ νοεῖν, οὐ μὲν ἁμαρτητικὰς, ἀναμάρτητος γὰρ καθόλου ἡ ἀνθρωπίνη φύσις προσελήφθη αὐτῷ, καὶ ἐξ αὐτῆς ἑνώσεως εὐθὺς ἐθεουργήθη τὸ πρόσλημμα· ἀλλ' οἷον τὸ ἐσθίειν, τὸ πίνειν λέγομεν, τὸ κοπιᾶν, τὸ ἀγωνιᾶν καὶ ὅσα τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, ὥσπερ καὶ τὸ αἰτεῖν τὸν Πατέρα τὸ παρελθεῖν τὸ ποτήριον. Πλὴν εἰ καὶ δύο θελήσεις νοοῦμεν ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ, θεϊκὴν δηλαδὴ καὶ ἀνθρωπικὴν, ἀλλὰ γνωμικὴν 4), οἷον εἰ μίαν πάλιν τὰς δύο πιστεύομεν, οὐ γὰρ ἠναντιοῦντο ἀλλήλαις αἱ θελήσεις ἑκάτεραι, ἢ διεμάχοντο, ἀλλ' ἡ μία τῇ ἑτέρᾳ ὅλως διόλου καθάπαξ ὑποτεταγμένη ἐτύγχανε καὶ ἐν πᾶσιν ὑπείκουσα, ἤγουν ἡ ἀνθρωπικὴ τῇ θεϊκῇ, καθὼς καὶ ὁ μέγας διετράνωσε Ἀθανάσιος. Ἐκεῖνα γὰρ πάντως ἐνήργει ἡ ἀνθρωπότης ἅπερ καὶ ἡ θεότης συνηυδόκει ἢ οἰκονομοῦσα ἢ παραχωροῦσα, προεῖχε μὲν γὰρ ὡς ἀληθῶς ἡ θεία

ae tantum est, ut non nisi sub aliquo rerum respectu, eius imagines proferantur), ita tres esse videntur ex omnium proprietatibus, unum tamen sunt et propter unum aevum et permanentiam et unius operationis absolutionem. Verum enim vero iuxta hanc vocem, fide viam ostendi oportere solum, non demonstrari, credendum est omni christiano sincere et indubie in Patrem et Filium et Spiritum sanctum, in unam et individuam natura et virtute divinitatem.

II. De Incarnatione Domini nostri Iesu Christi credere oportet quod ille est Dei Verbum, unigenitus Filius Patris, unus sanctae Trinitatis, sine initio, incircumscriptus, incorporeus, lux de luce, fons vitae et immortalitatis, qui voluntate proanarchi et coaeterni Patris et cooperatione sancti Spiritus in terram delapsus; ex virgineis sanguinibus Deiparae semperque virginis Mariae sibi in propria hypostasi compegit carnem animatam et rationabilem, namque in spatio novem mensium plasmavit, et secundum naturam humanae generationis prodiit ex matre Deus hominem ferens, id est Deus et homo, in una persona quae duas naturas sustinuit inseparabiles et inconfusas, ac duas consequenter voluntates et operationes, divinas scilicet et humanas. Voluit enim ut Deus, et operatus est ut Deus; voluit rursus ut homo, et operatus est ut homo. Voluntates autem et operationes hominis naturales noscere oportet, non eas quidem peccato obnoxias, absque enim peccato prorsus assumpta est humana natura, et ab ipsa unione statim Deus homo simul factus est, sed quantum respicimus ad actus edendi, bibendi, laborandi, patiendi, et quaecumque sunt humanae naturae, qualis erat petitio ad Patrem ut calix transiret. Quamvis autem duas voluntates noverimus in Christo, divinam videlicet et humanam, verum quantum ad conceptum quasi unicam, duas rursus esse credimus, quia inter se minime sibi contrariae sunt ambae voluntates, neque sibi pugnantes, sed una alteri plane et plene ac omnino subiecta evasit et in omnibus subdita, id est humana divinae, ut magnus declaravit Athanasius. ipsa enim opera in omnibus fecit humanitas, quae placita habuit divinitas, sive disponens, sive permittens: praefuit enim re quidem vera divina et sublimior et po-

1) δεῖ et ἀπόδειξιν cod. — 2) ἐπιφερομένης ib. — 3) τὸ θέλημα γὰρ ib. dein ἤθελε δέ. mox τελέσεις δὲ duo vat. — 4) γνώμην f. vel γνώμην ἔχομεν ὅσον εἰ.

καὶ ὑψηλοτέρα καὶ δυνατωτέρα θέλησις ἀπανταχοῦ· ταύτης δὲ πάλιν συνεπινευούσης τε καὶ ἀνεχομένης, ἤθελε καὶ ἀνθρωπίνη φύσις τὰ ἴδια καὶ ἐνήργει ἀπαρεμποδίστως. Ἐπειδὴ τέλειον τὸν ἄνθρωπον ὁ ἀγαθὸς ἐνεδύσατο, ἵνα καὶ ὅλον σώσῃ 1), ἔμψυχον δηλονότι καὶ ἔννουν, τήνδε τοιαύτην νοερὰν φύσιν καὶ λογικὴν ἀδύνατον μὴ εἶναι καὶ θελητικὴν καὶ ἐνεργητικήν· διὰ τοῦτο καὶ τὰ ἀνθρώπινα πάντα θελήματα παρὰ τῷ Χριστῷ, δίχα τῆς ἁμαρτίας, σῶα καὶ φανερὰ, ἑπόμενα μέντοι πανταχοῦ καὶ ὑποτασσόμενα τῷ θείῳ θελήματι. Δύο οὖν φύσεις δεῖ ὁμολογεῖν ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ, θείαν καὶ ἀνθρωπίνην, ἀμφοτέρας τελείας καὶ ἀνελλιπεῖς 2), ὑπόστασιν δὲ μίαν ἀνάπαλιν ἥπερ ἐστὶ 3) τῆς ἁγίας Τριάδος, πιστεύομεν. Τοῦτο δὲ οὐ μόνον ἕως τῆς ἐν τῇ γῇ ἀναστροφῆς αὐτοῦ οὕτως ὑπολαμβάνειν χρεών, ἀλλὰ γὰρ δὴ καὶ μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν τούτου ἀνάστασιν καὶ τὴν εἰς τοὺς οὐρανοὺς αὖθις ἀνάληψιν, καὶ τὴν ἐκ δεξιῶν τοῦ Πατρὸς καθέδραν, δύο φύσεις καὶ πάλιν ὁμολογεῖν ὀφείλομεν ἐπὶ τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ καὶ Θεοῦ.

tentior voluntas sub omni respectu; cum ipsa autem, iterum ut dicam, consentiente simul et permittente, voluit et humana natura quae ipsi propria erant et effecit, nulla re obstante; quippe quum bonus Deus perfectum hominem induerit, ut totum salvaret, anima scilicet instructum et spirito, talem vero spiritualem naturam et rationabilem impossibile est non fuisse voluntate praeditam et operatione. Idcirco humanae omnes volitiones penes Christum erant, praeter peccatum, integrae et manifestae, obtemperantes interea omnino et obedientes divinae voluntati. Duas igitur oportet confiteri naturas in Christo, divinam et humanam, utramque perfectam et absolutam, personam vero iterum credimus unam, quae quidem una est sanctae Trinitatis. Illud vero non solum usque ad conversationem eius in terra, est omnino intelligendum, verum etiam et post resurrectionem ex mortuis et reversionem in coelos et sessionem in dextera Patris, duas semper naturas et iterum confiteri debemus in uno Christo et Deo.

IV.

Ἀναστασίου τοῦ ἁγίου ὄρους Σινᾶ.

Ἐρώτησις πρὸς τὸν ὁσιώτατον πατέρα ἡμῶν διὰ τί τιμᾶται ἡ δʹ καὶ ϛʹ.

Ex Anastasio sancti montis Sina.

Interrogatio ad sanctissimum patrem nostrum, cur feria IV uti et VI observetur.

Προκαθεζομένου τε τοῦ τιμιωτάτου πατρὸς, ἠρωτήθη ὑπό τινων διὰ τί, τιμιώτατε πάτερ, τὴν τετράδα διαφυλάττομεν, καθὼς καὶ τὴν παρασκευὴν, ἀνελλιπῶς; πρὸς οὓς ἀπόκρισιν τοιαύτην εἶπεν·

Πῶς οὐκ ἦν δυνατὸν ἡμῖν τὴν τετράδα φυλάττειν, καθὼς καὶ τὴν παρασκευήν; ὅτι τὴν μὲν γὰρ ὁ Κύριος καὶ δεσπότης ἡμῶν ἐν τῷ ζωοποιῷ τοῦ τιμίου σταυροῦ ξύλῳ τὸ τίμιον αἷμα ἐξέχεεν, ἵνα τὴν φθαρεῖσαν ἡμῶν φύσιν ἀναζωοποιήσῃ· τὴν δὲ τὸ συμβούλιον κατὰ τοῦ σταυροῦ οἱ Ἰουδαῖοι συνεστήσαντο 1)· καὶ ὁ τετραμερὴς τοῦ Κυρίου σταυρὸς τῇ τετράδι τῶν ἡμερῶν ἐποιήθη, ἵνα τὸ τετραμερὲς τῆς κτίσεως ὁ ἐν αὐτῷ προσπαγεὶς δι' αὐτοῦ ἀνασώσηται. Θαυμαστοὶ παν-

Assidente illo summe venerando Patre, interrogatus est a quibusdam: Quae causa est, reverendissime Pater, cur feriam quartam observemus aeque ac parasceven, absolute? Quibus sciscitantibus ita respondit:

Quomodo fieri posset a nobis non servari feriam quartam perinde ac sextam? In hac quidem Dominus et Herus noster in vitali venerandae crucis ligno sacrosanctum effudit sanguinem, ut corruptam nostram naturam iterum ad vitam revocaret. In illa autem de cruce concilium Iudaei congregaverunt. Et quatripartita crux Domini in quarta die fabricata est, ut quatuor creationis partes is qui in ipsa pendebat, per eam salvas faceret. Stupenda

1) σώσῃ. Vide gemina et affinia in synodico paulo supra, et in Hodego cap. 1, p. 13, in concilio VI, Mansi XI, 664 D. — 2) ἀνελλιπεῖς. Hic duo vat. inseruot: ἵνα δὲ τὸν θέλοντα, ἤτοι ὑπόστασιν.

Accepi ex Ottoboniano cod. 418, in quo semel f. 168, et iterum, f. 359, idem legitur, satis accurate scriptum, manu saec. XIV duplici, sed ferme nihil variante utrinsque scriptura. — 1) κατὰ (sic) συνεστη-

τοῖαι 1) καὶ θεῖαι καὶ μέγισται αἱ θαυματουργίαι Χριστοῦ, ἀλλὰ πάντων θαυμασιώτερος ὁ τίμιος καὶ ζωοποιὸς σταυρὸς τοῦ Κυρίου ὑπάρχει. [Δι'] οὐδενὸς ἑτέρου κατήργηται θάνατος, εἰ μὴ δι' αὐτοῦ· δι' αὐτοῦ ἡ προπάτορος ἁμαρτία λέλυται· δι' αὐτοῦ ὁ ᾅδης ἐσκύλευται· δι' αὐτοῦ ἡ ἀνάστασις δεδώρηται· δι' αὐτοῦ πύλαι παραδείσου ἠνοίγησαν· δι' αὐτοῦ πᾶν τὸ τῆς οἰκονομίας μυστήριον ἐβεβαιώθη καὶ κηρύττεται· δι' αὐτοῦ γὰρ οἱ πιστοὶ τῶν ἀπίστων ἀποδιϊστάμεθα καὶ γνωριζόμεθα. Οὗτος θυρεὸς 2) καὶ ὅπλον καὶ τροπαῖον ἡμῖν κατὰ τοῦ διαβόλου ὑπάρχει, καὶ ὡς ἁγιασθὲν ἀφῇ τοῦ τιμίου σώματός τε καὶ αἵματος, εἰκότως προσκυνητέον. Καὶ τὴν ἰδίαν ἡμέραν τιμῶντες καὶ ἁγνεῖ διαφυλαττόμεθα, οὐ τὴν ὕλην 3) τιμῶντες, μὴ γένοιτο! ἀλλὰ τὸν τύπον, ὡς Χριστοῦ σύμβολον, ταφῆς τε καὶ δόξης καὶ ἀναστάσεως. Πῶς γὰρ οὐ τιμητέον τὴν ἡμέραν διὰ τὸν σταυρόν, ὅτι ἐν αὐτῇ ἐποιήθη; [αὐτὸν] ἐν αὐτῇ, ἐν τῷ οὐρανῷ, ὁ Κύριος τῷ βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ δι' ἀστέρων ἀπέδειξε 4), καὶ ἔφησεν αὐτῷ· Ἐν τούτῳ νίκα τοὺς ἐχθρούς σου. Καὶ αὖ ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ, ὡς εὕρομεν, ἡ εὕρεσις τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ παρὰ τῆς εὐσεβεστάτης Ἑλένης ἐγένετο. Καὶ πάλιν ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ ὁ ζωοποιὸς σταυρός, καθὼς καὶ ὁ ἐν αὐτῷ προσπαγείς, ὑπὸ θείων ἀγγέλων εἰς οὐρανοὺς ἀνεφέρετο, ὡς οἱ θεωρικώτατοι διηγήθησαν, ἵνα τὸ θεμέλιον τῆς ἡμέρας κυρώσηται. Ἔκ τε 5) τούτων καὶ τῶν τοιούτων πῶς οὐκ ἦν ἡμῖν βέβαιον τιμᾶν τὴν τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ ἁγνοτάτην καὶ θαυμασίαν ἡμέραν; καὶ γὰρ ὁ πιστεύσας καὶ βαπτισθεὶς εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα καὶ οὐ φυλάττει ἁγνοτάτην τετράδα καὶ παρασκευὴν εἰς πάντα (ἐκτὸς εἰ μὴ τύχῃ ἑτέρα τοῦ Χριστοῦ ἑορτή· τότε γὰρ αὐτὰς εἰς πᾶν λύομεν, ὡς οἱ πατέρες εἰρήκασιν, ὅτι 6) πᾶσαι πρὸ τοῦ σταυροῦ γεγονυῖαι), ἀλλότριος ἂν εἴη τῆς ὀρθῆς τῶν χριστιανῶν πίστεως.

sane omnia sunt et divina ac maxima quae Christus miracula patravit, stuporem vero prae omnibus movet veneranda et vivifica crux Domini. Nihil enim est quo amplius mors destruitur quam per eam; per eam primi parentis peccatum solutum est; per eam inferos spoliatus est; per eam largita resurrectio; per eam portae paradisi apertae; per eam universum religionis mysterium confirmatum et praedicatum; per eam siquidem fideles nos ab infidelibus separamur et cognoscimur. Ipsa scutum et armatura et tropaeum contra diabolum palam est, atque, ut pote sanctificatum contactu sacratissimi corporis et sanguinis, iuste et rite adorandum est. Crucis autem propriam diem cum timore et puritate omnino servamus, haud materiali ligno honorem dantes, quod absit! sed typo ad Christum referendo et imagini gloriosae sepulturae et resurrectionis. Quomodo enim haud venerabilis erit illa feria ob crucem, quum in ea crux facta sit? In qua etiam e coelo Dominus Constantino imperatori illam stellis signatam ostendit, et dixit ei: « In hoc signo vince hostes tuos. » Et rursus in eadem illa die, ut relatum repperimus, inventio venerabilis et vivificae crucis a piissima Helena facta est. Et iterum in illa quoque die crux salutaris, una cum eo qui in ea affixus est, in coelos a divinis angelis translata est, uti sapientissimi viri enarrarunt, ad firmandum nostrae in hanc diem religionis fundamentum. Ex his ac similibus argumentis, quomodo haud firma veneratione prosequemur dictam pretiosae et vivificae crucis longe sacram et stupendam diem? Etenim qui credidit et baptizatus fuit in Patre et Filio et Spiritu sancto, neque custodit immaculatam quartam et sextam feriam perpetuo (nisi forte occurrerit alia Christi festivitas, tunc enim utramque feriam omnino solvimus, iuxta patrum sententiam, quia in cruce omnes festivitates habentur), is alienus foret a recta fide Christianorum.

σαυτο cod. 2° loco. — 1) πᾶσαι ibid. — 2) θυρεὸν cod. in utroque loco. — 3) τῇ ὕλῃ item — 4) ἀπέδειξε. Satis novum, opinor, testimonium viri docti, sed recentioris, cui tamen praesto multa id genus erant in traditionibus hierosolymitanis. Visio igitur crucis Constantino oblata, quae, collatis Eusebii ac caeterorum chronographorum testimoniis, composita lite satis apte a Valesio (*de vita Constantini* p. 1, c. 28), post meridiem circa horam nonam statuitur, iam certae diei et feriae quartae, si Anastasio nostro fides, assignanda erit. Quod idem statim addit de invento sanctae crucis ligno in eadem die, fide confirmata monumentis quae adhuc extabant et ad quas diligenter et caute provocatur, ὡς εὕρομεν, id quoque novum est et documenta auget quae festum ab universa ecclesia consecratum illustrant. Notum est crucis lignum argenteis thecis fuisse ab Helena conditum, in arcano servatum sacrario, lampade coram ardente, cuius oleum mirabilia patrare solebat, praeposito ad custodiam σταυροφύλακι presbytero, confluentibus ex toto orbe peregrinis, sive ante, sive post Heraclii tempora. Haec vero testes longo agmine referunt, quibus non quidem Eusebii Caesariensis silentium opponitur, quum ipse psalmum LXXXVII v. 13 commentatus meminit miraculorum ad monumentum Domini facturum, quae nonnisi de sancta cruce posse intelligi videntur. — 5) ἔκτοτε cod. 2° loco. — 6) διὰ τὸ ib.

V.

Ἀναστασίου Ἀντιοχείας περὶ ἱερωσύνης.

Anastasii Antiocheni de Sacerdotio.

Ὁ τὸν ἄξιον τῆς ἱερωσύνης τιμῶν καὶ ἅγιον ὀνομάζων, ἄνθρωπον τιμᾷ καὶ δοξάζει· ὁ δὲ τὸν ἀνάξιον τιμῶν, τὴν ἱερωσύνην τιμᾷ· σκόπει τοίνυν πότερον τιμιώτερον. Ἴσος γὰρ ὁ ἁμαρτωλὸς ἱερεὺς ἀνδρὶ λέπραν ἔχοντι εἰς τὰς χεῖρας καὶ χρυσὸν διανέμοντι· καὶ ἡ μὲν λέπρα παρ' αὐτῷ μένει, οἱ δὲ λαμβάνοντες τὸ χρυσίον, ἀλώβητοι μένουσιν. Γέγραπται ἐν τῷ βίῳ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου ὅτι διέβαλον ἐνώπιον αὐτοῦ τινα ἱερέα διά τι πταῖσμα εἰς τὸ κατακρῖναι αὐτὸν καὶ ἀποκηρύξαι τῆς διακονίας αὐτοῦ. Ὁ δὲ ἔφη ὡς ἱερωμένος Θεῷ· Μή μοι γένοιτο τοῦτον κατακρῖναι ἱερέα Θεοῦ· μᾶλλον δὲ ὀφείλει μοι σκεπάσαι αὐτοῦ τὸ πταῖσμα. Θεοῦ γάρ ἐστι λειτουργός· εἰ καὶ ἔπταισεν, ἔχει γὰρ τὸ ἴδιον συνειδὸς κριτὴν ἀπαράμιλλον 1) κατακρίνειν αὐτόν· ὁ γὰρ ἑαυτὸν κατακρίνων, οὐ κρίνεται, ὥς φησιν ὁ ἀπόστολος 2)· ὁ δὲ κατακρίνων ἕτερον κατακριθήσεται ὑπὸ Θεοῦ, καὶ γὰρ ὁ Θεὸς μόνος οἶδε, πῶς δεῖ, ἰδίαν πρᾶξίν τε καὶ διάθεσιν, ἀλλ' οὐκ ἄνθρωπος.

Qui virum sacerdotio dignum honorat et sanctum vocat, homini honorem et gloriam impertitur. Qui vero honorat indignum, sacerdotium veneratur. Vide igitur utrum sit commendabilius. Similis enim est indignus sacerdos homini lepram in manibus habenti, et distribuenti aurum: sed illi lepra manet, qui vero accipiunt aurum, puri a labe manent. Scriptum est in vita Magni Constantini, delatum apud eum fuisse quemdam sacerdotem alicuius criminis reum, ut damnaret eum et a munere deponeret. At ille respondit, ut Deo sacratus: «Absit ut a me damnetur sacerdos Dei. A me potius oportet vele tegatur eius lapsus, Dei quippe minister est: etiamsi deliquerit, habet propriam conscientiam, iudicem omni exceptione maiorem, qui damnet eum. Qui enim se damnat, non iudicatur, ut ait Apostolus; qui vero damnat alium, damnabitur a Deo. Etenim Deus solus videt, uti oportet, et propriam actionem et intentionem, non autem homo.»

VI.

Τοῦ ἁγιωτάτου Ἀναστασίου διήγησις ἱερὰ περὶ τοῦ πάπα Ῥώμης Γρηγορίου τοῦ Διαλόγου καὶ θαυματουργοῦ καὶ περὶ τοῦ ἀθετοῦντος ἐπιτίμιον.

Sanctissimi Anastasii narratio sacra de Romano papa Gregorio cognomine Dialogo et Thaumaturgo et de eo qui epitimia contemnit.

Διηγήσατο ἡμῖν τις πρεσβύτερος ὀνόματι Πέτρος 1) ἐλθὼν ἀπὸ Ῥώμης, περὶ τοῦ ἐν ἁγίοις Γρηγορίου τοῦ Διαλόγου τοῦ πάπα τῆς αὐτῆς πόλεως, ὅτι γενόμενος πάπας ἔκτισε μοναστήριον ἀνδρῶν μέγα καὶ ἔδωκεν ἐντολὰς ἵνα μηδεὶς τῶν μοναχῶν ἴδιον ἔχῃ τί ποτε, μηδὲ ἕως ὀβολοῦ. Ἀδελφὸς γοῦν τις ἐκ τοῦ μοναστηρίου εἶχεν ἀδελφὸν κοσμικὸν καὶ ᾔτησεν αὐτὸν λέγων· Καμάσιον οὐκ

Retulit nobis quidam presbyter nomine Petrus, profectus e Roma, sanctissimum olim Gregorium Dialogum, eiusdem urbis episcopum, quum pontifex factus esset, condidisse ingens virorum monasterium et dedisse regulas, ne quis monachorum quidquam proprium haberet, ne ex-

Ex eodem cod. ottobon. f. 296. — 1) ἀπαράμιλλον καταχρίνει cod. — 2) Ἀπόστολος. Cf. Rom. XIV, 22, 23.

Venia dabitur brevi narratiunculae, quae cur aliquam sedem non habuerit inter vetera de Gregorio Magno testimonia et antiquas τοῦ διαλόγου graecas versiones, mirari subit: eos enim qui edendis eius operibus haud semel insudarunt, saepius in hanc pagellam incidisse puto, quum non Romae tantum, sed alibi eamdem in multis codicibus circumferri memini. Neque otiosa videtur inter alia iuris canonici monumenta stetisse, quum apud Orientales celebratissimae sint litterae de defunctorum absolutionibus. Quam lubrico nitantur fundamento, ex illo disce exemplo, in quo mirum in modum pervertitur ingenua et authentica dialogorum pagina quam videsis in libr. IV, cap. 55, opp. t. III, p. 464. Contulimus vatic. 720, f. 77 et vallicell. F. 47, f. 256. 1) Πέτρος. Vide, si vacat, an bonus ille Petrus qui primum in Sicilia subdiaconus egit, tum Romae diaconus, ubi tam apte et scite cum sancto pontifice colloquebatur, presbyter in Oriente evaserit ac re-

ἔχω, ἀλλὰ ποίησον ἀγάπην, ἀγόρασόν μοι. Λέγει αὐτῷ ὁ κοσμικός· Ἀδελφὲ 1), ἰδοὺ τρία νομίσματα· λαβὼν οὖν αὐτά, ἀγόρασον οἷον θέλεις. Λαβὼν οὖν ὁ ἀδελφὸς τὰ τρία νομίσματα, εἶχεν αὐτὰ παρ' ἑαυτῷ. Ἄλλος δὲ ἀδελφὸς εἶδεν αὐτὸν ἔχοντα τὰ τρία νομίσματα, καὶ ἀπελθὼν ἀπήγγειλεν τῷ ἡγουμένῳ· ὁ δὲ ἡγούμενος ἀπήγγειλε τῷ ἁγίῳ πάπᾳ. Ὁ δὲ μακάριος Γρηγόριος μαθὼν ἀφώρισεν 2) αὐτὸν ἀπὸ τῆς κοινωνίας, ὡς παραλύσαντα τὸν κανόνα τοῦ μοναστηρίου. Μετὰ γοῦν ὀλίγον χρόνον τελευτᾷ ὁ ἀδελφὸς ὁ ἀφωρισμένος, μὴ μαθόντος τοῦ πάπα. Μετὰ δὲ δύο ἢ τρεῖς ἡμέρας ἀπελθὼν ὁ ἡγούμενος ἀπήγγειλεν αὐτῷ ὅτι ὁ ἀδελφὸς ἀνεπαύετο 3). Ἐν τούτῳ οὖν οὐ μετρίως ἐλυπήθη, ὅτι πρὸ τοῦ ἐξελθεῖν αὐτὸν τοῦ βίου, οὐκ ἔλυσεν αὐτὸν τοῦ ἐπιτιμίου· καὶ γράψας εὐχὴν ἐν τῷ πιττακίῳ δέδωκεν τῷ ἀρχιδιακόνῳ, κελεύσας αὐτὸν ἀπελθεῖν, καὶ ἐπάνω τοῦ τάφου τοῦ ἀδελφοῦ ἀναγνῶναι αὐτό· ἦν δὲ γεγραμμένον οὕτως· Λέλυται τοῦ ἀφορισμοῦ ὁ τελευτήσας ἀδελφός. Ἀπελθὼν οὖν ὁ ἀρχιδιάκων, ὡς ἐπετράπη, ἐπάνω τοῦ τάφου τοῦ ἀδελφοῦ ἀνέγνω τὸ πιττάκιον τὸ ἔχον τὴν εὐχήν. Καὶ τῇ αὐτῇ νυκτὶ θεωρεῖ ὁ ἡγούμενος τὸν ἀδελφὸν τὸν τελευτήσαντα, καὶ λέγει αὐτῷ· Οὐκ ἐτελεύτησας, ἀδελφέ; Ὁ δὲ λέγει αὐτῷ· Ναί. Καὶ πάλιν ἠρώτησεν αὐτόν· Καὶ ποῦ ἦς ἕως τῆς σήμερον; Λέγει αὐτῷ ὁ ἀδελφός· Ὄντως εἰς τὴν φυλακὴν· καὶ ἕως τῆς χθὲς, τῆς δὲ τῆς ὥρας οὐκ ἀπελύθην 3). Ἐγνώσθη οὖν πᾶσιν ὅτι ἐν οἵᾳ ὥρᾳ ὁ ἀρχιδιάκων τὴν εὐχὴν εἶπεν ἐπάνω τοῦ τάφου αὐτοῦ, ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἐλύθη τοῦ ἀφορισμοῦ, καὶ ἠλευθερώθη τοῦ κατακρίματος ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, καὶ ἔδωκαν αἶνον τῷ Θεῷ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

cepto quidem obolo. Frater tamen eius monasterii habebat germanum saecularem, cui cum precibus dixit: Camasiam non habeo, fac mihi charitatem, id mihi compara. Saecularis ei respondit: Frater, ecce tres nummos, accipe eos, eme tibi quod libet. Is vero frater acceptos tres nummos secum retinuit. Sed alius cum frater vidit tres nummos servantem, qui abiens id nuntiavit abbati, abbas vero sancto papae renuntiavit. Beatus autem Gregorius, rei certior factus, separavit fratrem a communione, qui rupisset monasterii regulam. Brevi igitur elapso tempore, mortuus est frater separatus, inscio pontifice. Quem post duos aut tres dies abbas veniens monuit fratrem vita functum esse. Quo igitur nuntio haud modicum indoluit, quod eum, e vita priusquam abierit, non absolvit a poena. Qui scriptam in chartula deprecationem suo tradidit archidiacono, iubens ut iret et legeret super fratris sepulturam. In hunc autem modum scriptum erat: « Absolutus est a poena separationis defunctus frater. » Abiit ergo archidiaconus, ut praeceptum erat, superque tumulum fratris chartulam legit in qua deprecatio continebatur. Et eadem hac nocte abbas videt hunc fratrem, qui obierat, et dicit ei: « Nonne mortuus es, frater? » Qui respondit: « Utique. » Et interrogavit eum abbas: « Et ubi eras usque hodie? » Frater ait: « Re vera, in carcere, et usque ad hesternam diem et ad talem horam non liberatus sum. » Notum autem fuit omnibus quod in qua hora archidiaconus orationem recitavit super tumulum defuncti, eadem ipsa hora solutus est a poena, et liberata est a sententia damnationis anima eius, et laudem dederunt Deo in saecula saeculorum. Amen.

VII.

Τοῦ ἁγιωτάτου Ἀναστασίου περὶ τῶν μ' λειτουργιῶν τῶν ἀποιχομένων.

Sanctissimi Anastasii de liturgiis in quadragesimo die pro defunctis.

Καὶ περὶ τῶν τεσσαρακοστῶν 1) λειτουργιῶν, ἐὰν συμβῇ δύο καὶ τρεῖς ἢ πλείονας τελευτῆσαι, ἔξεστι περὶ ἑνὸς ἑκάστου προσφέρειν, καὶ ἐν μιᾷ λειτουργίᾳ μνημονεῦσαι ἀμφοτέρους. Ἐὰν δὲ ἐν τῇ ἁγίᾳ τεσσαρακοστῇ τελευτήσῃ τις, οὐκ ἔξεστιν ἐκτὸς σαββάτου καὶ κυριακῆς μνημονεῦσαι.

Et ad quadragesimo sacrificia quod pertinet, si forte duo vel tres vel plures obierint, licitum est pro unoquoque offerre, et unica in liturgia agere memoriam singulorum. Si quis vero in quadragesima defunctus fuerit, non licet extra sabbatum aut dominicam eius facere memoriam.

cesserit eo, vel tantum iter fecerit.—1) ἀδελφὲ om. vallicell. et etiam quaedam verba post λαβὼν οὖν, ob similia.—2) ἀφώρισεν... ὁ παραλύσαντα uterque cod.— τοὺς κανόνας vallic.—3) ἀνέπαυσε codd.

Ex cod. barberino IV, 58. f. 7, XI saec.—1) σαρακοστῶν cod. Suspicor ex hac multiplici defunctorum

Περὶ δὲ τῶν νεκρῶν, εἰ ἔξεστι τοῦ βίου τούτου ἐξερχόμενον κοινωνεῖν; Καὶ εἰ μὲν εὑρέθη νήστις, κοινωνίας ἀξιούσθω· εἰ δὲ μήγε, ἐαθήτω ἀκοινώνητος. Καὶ εἰ μὲν γυνή ἐστιν, καὶ ἐν τοῖς κατασυνηθείαις 1) ἤτοι καταμηνίοις εὑρέθη, εἴτε ἐπίλοχός ἐστιν, ἔξεστιν ὁμοίως; Καὶ αὗται τῆς κοινωνίας ἀξιούσθωσαν.

Ἐγράψατε δὲ καὶ τοῦτο, εἰ ἔξεστι τὸν ἱερέα λειτουργῆσαι μετὰ τὸν ἀσπασμὸν τοῦ νεκροῦ καὶ τὴν τελείαν ταφήν; Καὶ περὶ τούτου ἀπὸ κανόνος μὲν οὐ δεδίδακται· ἐκ παραδόσεως δὲ μετὰ ταφὴν τοῦ νεκροῦ, μὴ λειτουργῆσαι.

Ἐὰν δὲ ζώντων τινῶν ποιῆτε τεσσαρακοστά, ἀπόστολον καὶ εὐαγγέλιον [λέγετε], οἷον εἰς κοιμηθέντας· ἐὰν δὲ ἐν σαββάτῳ ἢ κυριακῇ ἢ ἑορτῇ ἢ μνήμῃ ἁγίων συναντήσωνται λειτουργίαι 2) νεκρῶν ἢ ζώντων, ἀπόστολον καὶ εὐαγγέλιον λέγετε 2) τῆς ἑορτῆς· [illegible] δὲ τῇ μυστικῇ εὐχῇ, μνημονεύετε καὶ περὶ ὧν λειτουργίας ποιεῖτε. Ἐὰν δὲ καὶ μοναχὸς πρεσβύτερος τελευτήσῃ, θάπτετε αὐτὸν μετὰ τὰς δύο στολὰς αὐτοῦ, τὴν δὲ ἀββαδικὴν καὶ τὴν ἱερατικὴν αὐτοῦ.

Τοῦ λοιποῦ, διαφυλαχθείητε τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ, μνείαν ἡμῶν ποιούμενοι.

Quod autem spectat ad mortuos, an licet eum qui e vita egreditur, communicare? Et modo quidem inveniatur ieiunus, communionis munere donetur. Si non est ieiunus, dimittatur sine communione. Quod si de muliere agatur, quae consueta patiatur sive menstrua, ac recens a puerperio sit, an liceat similiter? Illae quoque communione donentur.

Scripsistis praeterea illud, an liceat sacerdotem conficere sacra post osculum defuncto datum et peractam sepulturam. Hac de re nihil ex canone compertum est; at ex consuetudine, post mortui tumulationem, a sacris abstinendum est.

Quod si etiam vivorum quorumdam gratia peragitis quadragesimalia, apostolum et evangelium habetote ut pro dormientibus. Sin autem in sabbato aut Dominica aut in festivitate vel in memoria sanctorum occurrerit liturgia pro mortuis aut vivis, apostolum et evangelium legite de festo, et in secreta oratione etiam mementote eorum pro quibus sacra fiunt.

Monachus vero presbyter si obierit, sepelite eum in duplici stola, monastica scilicet et sacerdotali.

De caetero adprecor custodiamini gratia Dei et misericordia, memoriam nostri facientes.

VIII.

Διδασκαλία χρονικὴ τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἀναστασίου ἀρχιεπισκόπου Σινᾶ ὄρους.

Doctrina de temporibus a Sancto Patre nostro Anastasio archiepiscopo Montis Sina.

Ἀπὸ μὲν τῆς μεγάλης ἡμέρας τοῦ ἁγίου πάσχα μέχρι καὶ τῆς Κυριακῆς τοῦ Θωμᾶ καταλύομεν 1) ἐν ἑκάστῃ ἡμέρᾳ, οἱ μὲν κοσμικοὶ εἰς κρέας, οἱ δὲ μοναχοὶ εἰς τυρὸν καὶ ὠά. Ἀπὸ δὲ τῆς β' τοῦ ἀντίπασχα 2) ἀρχόμεθα μνημονεύειν τῶν κεκοιμημένων ἀδελφῶν. Ἀπὸ δὲ τῆς παρούσης ἡμέρας μέχρι καὶ τῶν τῆς πεντηκοστῆς ἡμερῶν οὐκ ἐσθίομεν ἐν ταῖς τετράσι καὶ παρασκευαῖς οὔτε κρέας οὔτε τυρόν, ἀλλὰ μόνον ἔλαιον καὶ ἰχθύας. Πληροῦντες δέ, καὶ μόνον καταλύοντες εἰς

A die magna sancti Paschatis usque ad dominicam Thomae, abstinentiam solvimus singulis diebus, saeculares quidem in carnis usu, monachi autem in caseo et ovis. A secunda feria hebdomadis antipaschae, incipimus memoriam defunctorum fratrum. Ab eadem die usque ad pentecostales, non comedimus in feriis IV et VI sive carnem, sive caseum, sed tantum oleo temperata et pisces. Et plena ob-

liturgia derivasse turpe illud lucrum de quo in quadam ad antiochenum synodica rufi epistola queritur supra in hoc tomo p.167. — 1) ἐν ταῖς συνηθείαις f. vel ἐν ταῖς κατὰ συνήθειαν; — ἐπίλοχος cod. Cf. Nicephori can. 35 et Timothei resp. 6, 7, 8, 36; Dionys. Al. can. 2 — 2) ἁγίων συναντήσωσιν λειτουργίαι cod. f. συναναγνώσωσι? — 3) λέγεται et infra μνημονεύεται etc. ib.

Praestitit hanc typici formulam idem codex ottobonianus saepe memoratus 408, fol. 162. Nisi falsus sit titulus ementitumque Anastasii nomen, aut nisi interpolatione laboret typicon duplici, scilicet ubi Studitae memoria et Nicephori canon referuntur, abunde constat totum opus esse iunioris Anastasii, qui diu post saeculum IX floruit. — 1) καταλύομεν cod. — 2) ἀντίπασχα. Eadem septimana occurrit post Dominicam D. Thomae, sive proxima post paschalem. —

πάντα τετράδα τῆς μεσοπεντηκοστῆς, καθὼς ὁ θεοφόρος πατὴρ ἡμῶν Θεόδωρος ὁ Στουδίων παρέδωκεν ἡμῖν 1). Τὴν δὲ ἅπασαν ἑβδομάδα τοῦ ἁγίου Πνεύματος διαλύομεν καὶ αὐτὴν, ὡς τῆς διακαινησίμου, ἐν παντὶ βρώματι. Ἀπὸ δὲ τῆς β' ἐν ᾗ ἀρχόμεθα τὴν νηστείαν τῶν ἁγίων ἀποστόλων, διατηροῦμεν ἐν πάσαις ταῖς δ' καὶ ταῖς ς' σὺν ταῖς β' τὸ ἔλαιον καὶ τὸ ὀψάριον ἄνευ ἀσθενείας. Εἰ δὲ τύχῃ ἐν δ' ἢ ς' ἡ μνήμη τῶν ἁγίων ἀποστόλων Πέτρου καὶ Παύλου ἢ καὶ τῶν ιβ', οὐ καταλύομεν ἐν ταύταις οὔτε [εἰς] κρέας οὔτε τυρὸν, εἰ μὴ εἰς ἔλαιον καὶ ἰχθύας· ἀλλ' οὐδὲ ἁγίου τινὸς μάρτυρος ἢ ὁσίου ἢ ἑτέρου μνήμῃ καταλύομεν τετράδα ἢ παρασκευήν· τοίνυν τετράδα καὶ παρασκευὴν διαλύομεν 2) εἰς ἰχθύας [ἑορταῖς] τῆς θεοτόκου, τῶν ἀποστόλων καὶ τοῦ προδρόμου. Οὕτως δεῖ φυλάττειν τὴν νηστείαν τοῦ Αὐγούστου καὶ τῆς Χριστοῦ γεννήσεως, ὥσπερ καὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων. Τῇ οὖν ιδ' τοῦ σεπτεμβρίου μηνὸς εἰς τὴν τιμίαν ὕψωσιν τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ, οὔτε κρέας ἐσθίομεν, οὔτε τυρὸν, οὔτε ἔλαιον, οὔτε ἰχθύας, διὰ τὸ παράδοξον τοῦ τιμίου σταυροῦ, παρέξει τυχόντος σαββάτου ἢ κυριακῆς, τότε καὶ μόνον ἔλαιον καὶ ἰχθύας ἐσθίομεν καὶ οἶνον πίνομεν διὰ τὸν κανόνα 3). Ἐν δὲ τῇ παραμονῇ τῆς Χριστοῦ γεννήσεως καὶ τῶν ἁγίων θεοφανειῶν νηστείας διατηροῦμεν 4), καὶ μετὰ τὴν ἀπόλυσιν τῆς λειτουργίας, οὐ καταλύομεν ἔλαιον ἢ ἰχθύας, ἐκτὸς εἰ τύχωσι σαββάτῳ καὶ κυριακῇ· τότε γὰρ μετὰ τὴν ἀπόλυσιν τοῦ Χρυσοστόμου, ἐσθίομεν τὸ κατακλαστὸν 5) καὶ τὸ νᾶμα, καὶ μετὰ τὸν ἑσπερινὸν ἐσθίομεν τὰ μαγηρευτὰ 6) μετ' ἐλαίου, ὁμοίως καὶ ἰχθύας 7)· ὡσαύτως καταλύομεν σὺν τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ καὶ ἑτέρας ἕξ, ἵνα ᾖ ὁ ἑβδομαδικὸς κύκλος ἄρτιος, ὡς τῆς διακαινησίμου καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ὁμοίως καὶ αὐτὴν τὴν ἁγίαν σεβάσμιον ἡμέραν τῶν φώτων διαλύομεν εἰς πᾶν, ἤγουν εἰς κρέας, εἰς τυρὸν, διὰ τὴν ἐξαίρετον φανέρωσιν τῆς ὁμοουσίου καὶ ἀδιαιρέτου Τριάδος, καθὼς ὁ Χρυσορρήμων Ἰωάννης ὁ Χρυσόστομος ἀπεφήνατο, καὶ Θεόδωρος ὁ Στουδίων. Ὡσαύτως καὶ τὴν τῆς προσφωνῆς ἑβδομάδος, διὰ τὴν βδελυρὰν αἵρεσιν τῶν Ἀρμενίων διαλύομεν, ἵνα μὴ εἰς τὴν ἐκείνων μυσαρὰν νηστείαν ἐμπέσωμεν.

servamus, nisi quod tantum solvimus semper in feria quarta mesopentecostae, ut divinus pater noster Theodorus Studita nobis tradidit. Totam septimanam sancti Spiritus solvimus et ipsam, ut alteram post pascha, in quocumque cibo. Sed a feria secunda, in qua exordimur ieiunium sanctorum apostolorum, abstinemus in singulis feriis IV et VI et II ab oleo et piscibus, nisi obstet infirmitas. Si occurrerit in IV vel VI memoria sanctorum apostolorum Petri et Pauli vel XII apostolorum, haud solvimus in carne aut caseo, sed tantum oleo utimur et piscibus; neque etiam occurrente sancti martyris aut confessoris aut alius memoria, solvimus feriam IV aut parasceven. Interea utramque feriam solvimus esu piscium in festis B. Virginis, apostolorum et praecursoris. Similiter oportet servare ieiunium mensis augusti et Christi natalium, sicut et sanctorum apostolorum. In die igitur XIV septembris mensis, in veneranda exaltatione pretiosae et vivificae crucis, neque carnem edimus, neque caseum, neque oleum, neque pisces, propter portentum illud sacratissimae crucis, nisi forte ceciderit sabbato vel Dominica; tum enim oleo tantum et piscibus vescimur et vinum bibimus, iuxta canonem. In vigilio autem Christi natalium et sanctarum Dei manifestationum ieiunia servamus, et, absoluta liturgia, non solvimus oleo et piscibus, nisi occurrerit sabbatum aut Dominica. Tunc enim, peracta Chrysostomi liturgia, vescimur oblato pane et vino; et post vespertinum officium, edimus pulmenta cum oleo, item et pisces. Similiter solvimus a prima die et in sex proximis, ut integer sit hebdomadae cyclus, ut in diacaenesimo et in sancto Spiritu. Ita et eadem sancta et augusta die luminum solvimus in omnibus, scilicet in carne et caseo, ob singularem manifestationem consubstantialis et individuae Trinitatis, quemadmodum aureo fluens sermone Ioannes Chrysostomus declaravit, una et Theodorus Studites. Ita et in septimana praeconii, ob scelestam Armeniorum haeresim solvimus, ne in

1) ἡμῖν. Cf. S. Theodori *Doctrinam chronicam*, ut habet Maius, nostrae simillimam, in qua diserte legitur: Ἀπὸ δὲ τῆς β' τοῦ θωμᾶ ἀρχόμεθα μνημονεύειν τῶν κεκοιμημένων ἀδελφῶν καὶ διατηροῦμεν ἐν τῇ δ' καὶ ς' εἰς κρέας καὶ εἰς τυρόν. Τὴν δέ γε τετράδα τῆς μεσοπεντηκοστῆς ἔδοξέ τισι τῶν πρὸ ἡμῶν ἁγίων πατέρων, διὰ τὸ εἶναι δεσποτικὴν, καὶ διὰ τοῦτο τὸ παράδειγμα, διαλῦσαι αὐτήν. Et in notis cl. Maius ipsum Anastasium, tacito nomine, adducit ex eodem codice nostri f. 162. — 2) παραδιαλύομεν cod. — 3) κανόνα. Vide infra Nicephori can. 79, ad quem etiam respicitur ubi de Iacobitis et Armeniis. — 4) διατηρῶμεν cod. — 5) κατακλαστὸν et νᾶμα sunt panis et vini oblationes pro sacrificio eucharistico, de quibus Cangius et Goar abundant. — 6) μαγηρευτά, apud Cang. μαγειρευτά. — 7) ὁμοίως καὶ ἰχθύας supplevit manus recens.

Ὡσαύτως καὶ τῇ ἑβδομάδι τῆς τυραποθέσεως διαλύομεν μετὰ θ', ἀνατρέποντες τὸ δόγμα τῶν Ἰακωβιτῶν καὶ Τετραδιτῶν. Ἐν δὲ τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ τεσσαρακοστῇ οὐκ ἐσθίομεν μέχρι καὶ τῆς δ' ἔκτοτε γοῦν ἐν ἑκάστῃ ἡμέρᾳ, ἅπαξ ἐν τῇ θ', ἐσθίομεν ἄρτον καὶ ὄσπρια· ἔλαιον καὶ οἶνον ἐν σαββάτῳ καὶ κυριακῇ ἐσθίομεν μόνον· τὸ δὲ ὀψάριον ἐσθίομεν ἔν τε τῇ ἡμέρᾳ τοῦ εὐαγγελισμοῦ καὶ τῇ ἡμέρᾳ τῶν βαΐων· εἰ δὲ μέσον ἐν τῇ μεγάλῃ ἑβδομάδᾳ τύχῃ ὁ εὐαγγελισμός, οὐκ ἐσθίομεν ὀψάριον, ἀλλὰ μόνον ἔλαιον καὶ οἶνον· ὁμοίως ἔν τε τῇ μεγάλῃ ε' καὶ τῷ μεγάλῳ σαββάτῳ νηστείαν διατηροῦμεν, μετὰ δὲ τὴν ἀπόλυσιν τῆς λειτουργίας ἐσθίομεν ὀπώρας καὶ πίνομεν καὶ οἶνον πρὸς χρείαν· μετὰ δὲ τὴν ζ' ὥραν τῆς αὐτῆς νυκτὸς ἀρχόμεθα τὰ προοίμια τῆς Χριστοῦ ἀναστάσεως, ἕως οὗ καὶ τὴν λειτουργίαν τελειῶσαι ἔτι πρωΐας οὔσης, ἀμήν.

odiosum eorum ieiunium incurramus. Item et in septimana casei depositi, solvimus post horam IX, avertentes dogma Iacobitarum et Tetraditarum. Inde in autem sancta et magna quadragesima, non comedimus usque ad feriam IV, videlicet singulis diebus, semel ad horam IX: vescimur pane et leguminibus; oleo et vino utimur in sabbato tantum et dominica; piscibus autem vescimur in die annuntiationis et in dominica palmarum. Sin inciderit in media magna septimana dies annuntiationis, abstinemus a pisce, nec nisi oleo et vino utimur. Similiter in feria V magna et in magno sabbato servamus ieiunium; absoluta autem liturgia, vescimur leguminibus et bibimus etiam vinum propter necessitatem. Post septimam horam eiusdem noctis, inchoamus prooemia Christi resurrectionis, usque dum liturgia compleatur, iam diluculo orto. Amen.

IX.

MONITUM AD SEQUENTIA.

Pauca praenotandum est quae ad huiusce poemata metrica ratio et conditio, nova sane et insolita, quum neque ullas sive veterum sive recentiorum leges patiatur. Hic enim brevium longarumve syllabarum nullus locus est, nullum classici metri genus; neque etiam a concursu vocalium abstinetur. Hic rursus minime ex ὁμοιοτελεύτοις, ut fit apud recentes, reciproca clausula regitur. Verumtamen tot alia vincula sunt, ut vix plura et strictiora musae unquam severiores sustinuerint. Ac primum acrostichide ita ligatur universa stropharum series, ut ne unam quidem, illaeso poemate, addere vel delere liceat. Cave igitur ne quid excidisse putes, quod post oden primam, statim tertia sequitur; secunda enim quum supprimi soleat, minime ad eam melodus respexit. Adiuntur etiam plerumque troparia, quae *theotocia* aut *triadica* dicuntur, sed manu non semel recenti. Quae codici nostro, ut videbimus, non prorsus defuerunt; sed pauca verba si excipias, caetera, ab acrostichide aliena, sponte fluxerunt. Singulis praeterea odis praefigitur cuiusdam praeeuntii vocula una vel altera, quae εἱρμός vocitatur; satis ea sunt, ut inde totius odae verba, immo syllabae, ad unam omnes, certo numero arctantur, certo assignentur rhythmo: monente enim εἱρμοῦ prooemio, velut troparium reducitur, cuius ad normam necesse est omnes insitos strophas, singulos versus circumscribi, syllabas a prima ad ultimam, tam cantus quam rhythmi lege, coenumerari. Demum ab initio praeeminet tonus octavus sive ultimus, quo signo tam in melodia luctus et moeror, quam in rhythmo flebile et funereum carmen, ut ipsum fert argumentum, iubetur 1).

1) *Iubetur*. Quid demum sibi velint tot nomina insolita hic congesta, εἱρμός, troparion, theotocis triadica, κοντάκιον, οἶκος, etc. qui brevi vult et prompto haustu libare, praesto illi est libellus nuper a doctis Basilianis Cryptoferratis editus, *de Immaculata Deiparae concept. Hymnologia*, p. XXV sqq. quo levatur onus evolvendi Allatium, Goarum, Cangium, Ryaeum, Selomarium, Meursium, Suicerum, haud semel nec levi cum tumultu inter se disputantes. Qui vero huiusce hymnologiae methodum, artemve metricam plene exposuerit, neminem hactenus novi. Suspicionem aliquam movit vetus scholiasta, quem post Cangium et Hermannum rursus Matranga (Analect. in praefat.) et Mullach *coniectanea Byzant.* lib. II, p. 25) deduxisse sibi visi sunt. Paulo plura vidit E. A. Sophocles Cantabrensis (*A Glossary of later and Byzant. Greek*, praef. p. 53). Viam hac illac tentavit Daniel in *Thesauro Hymnolog.* Quaedam ego attigi in Iuria pontificii *Analect.* a. 1862 p. 1418. Uberius disserui in academica diatriba, Romae lecta a. 1862, quae quum a multis requiratur, et ego nollem nonum premetur in annum.

Κανὼν εἰς μετανοοῦντας καὶ ἐξομολογουμένους φέρων ἀκροστιχίδα

ΑΝΑΣΤΑΣΙΟΥ ΑΜΑΡΤΩΛΟΥ ΕΞΟΜΟΛΟΓΗΣΙΣ

ἦχος πλδ'

Canon pro poenitentibus et confitentibus, sub acrostichide

ANASTASII PECCATORIS EXOMOLOGESIS

ton. VIII.

Ὠδὴ Α'. Ἄισωμεν 1)

Ἄισμά σοι ἀναμέλπω 2)
τῷ ἐκ τοῦ χοός με
πλαστουργήσαντι
κατ' ἰδίαν 3) εἰκόνα,
καὶ πνοὴν ζωτικήν μοι ἐμπνεύσαντι.

Νέκρωσόν μου τὰ πάθη,
ὁ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος
εἰς τὸ εἶναί με
ἀγαγών, ὅπως ᾄσω
τὴν ᾠδήν σοι, φιλάνθρωπε Κύριε.

Ἄνοιξόν μοι τὰς πύλας
τῆς ἀκαταλήπτου 4)
ἐξουσίας σου,
καὶ εἰσάγαγε ἔνδον
τὸν ἀνάξιον δοῦλόν σου, Κύριε.

Σύγγνωθί μου 5) τὰ πλήθη
τῶν ἁμαρτημάτων,
ἀναμάρτητε,
καὶ μηδ' ὅλως μνησθείς μου
ἃ ἐν βίῳ ἡμάρτηκα, Κύριε 6).

Canticum I. *Cantemus*

Accino tibi hymnum,
qui me ex pulvere
compegisti,
ad propriam imaginem,
flatumque mihi vivum inspirasti.

Neca mea passiones,
qui ex eo quod non est
me in illud quod est
adduxisti, unde canam
hanc tibi hymnum, clemens Domine.

Aperi mihi ostium
tuae, quam nemo capit,
omnipotentiae;
et intra eam recipe
indignum famulum tuum, Domine.

Sis mihi misericors pro multitudine
peccatorum,
o peccati expers,
neque amplius memineris
quae in vita peccavi, Domine.

---

1) Ἄισωμεν. Ex unico codice parisiensi descripsimus, ne frustra innumera aliorum codicum folia minutatim excussimus, inde et aliquid haberemus subsidii, ac primum novisset singulos hirmos eruere, quum ab illis ode reliqua pendeat. Plura vidimus cantica ab illa voce ᾄσωμεν profecta, nullum vero cum prima hac ode plane consentaneum. Caeterum plerumque vix recedunt ab exordio cantici Mosaici (Exod. XV,1): Ἄισωμεν τῷ κυρίῳ quod leviter sollicitatum facile in numeros nostros recideret. Hi vero versus ex arbitrio non finguntur. Ut enim quatuor cantici nostri troparia ad amussim inter se quadrant, sic centena alia, sub eodem hirmo posita: id vero esse evenisse, quis inficiet? Adde quod vetusta in primis ea cantica reputantur, quorum hirmus aut rarus est, aut inventu difficilis. — 2) ᾄσμασιν ἀναμέλπω τῷ ἐκ τοῦ χοός cod. Dolet iam inesse capiti tantum vulnus impactum, et alia aliis medela fortasse gratior. Sed vide solemne poetae artificium, qui prooemium quater ab initio ponit. — 3) τὴν ἰδίαν cod. Anastasiana quasi tessera est, ludere et confabulari de homine Dei imagine. Cf. in superiore syll. n. 86, 87, 88, 89, 90, 91. 4) ἀκαταλήπτου. Anastasius senior *de Incomprehensibili* egregie concionatus est. Cf. cant IX, trop. 1. Melodus vero c. VII,3 iungit eleganter Dei potestatem cum misericordia: Μέγα τῆς ἐξουσίας σου τὸ κράτος, μεγάλη, Χριστέ, ἡ εὐσπλαγχνία σου. Ita ecclesiae vox solemnis est, Deum omnipotentem dicere et misericordem: « Deus qui *omnipotentiam tuam parcendo* maxime et miserando manifestas » (orat. Dom. X post pentecost.). — 5) μοι f. et supra νέκρωσόν μοι. — 6) Κύριε. Postea primum quaedam theotocia emergunt, quibus in honore B. Virginis cantica Graecorum, et Latinorum hymni doxologiis, semper clauduntur, nisi antiquissima sint. Iam priscam esse nostram exomologesin, concedendum; ideirco extra acrostichidem vagantur quae inde mutila accedunt theotocia. In codice interim legitur, versiculis puncto distinctis: Ἄχραντε θεοτόκε ἡ σεσαρκωμένον τὸν ἀΐδιον καὶ ὑπέρθεον Λόγον (adde ex Paracleto Damasceni in domin. can. matutin. od. I: ὑπὲρ φύσιν τεκοῦσα, ὑμνοῦμέν σε).

Ὠιδὴ Γ΄. Σὺ εἶ τὸ στερέωμα 1).

Τρέμω ἐνθυμούμενος
τοῦ φοβεροῦ κριτοῦ
λέγοντος·
Τὸν ἀσεβῆ
ἄρατε ἐντεῦθεν·
ἀσεβῶς γὰρ ἐβίωσεν.

Ἅπαντα τὸν βίον μου
ἐν ἀτοπήμασιν
ἔζησα,
ἐπὶ τῆς γῆς,
ὅθεν καὶ τῆς δόξης
τοῦ Θεοῦ ἀπελαύνομαι.

Σῶμα μὲν ἐμίανα
τοῖς μολυσμοῖς, ψυχὴν
πάλιν δὲ
τοῖς λογισμοῖς
ἔχρανα, ὁ τάλας,
καὶ δικαίως ἐκβέβλημαι.

Ἵλεων γενέσθαι μοι
καθικετεύω σε,
Κύριε,
τὸν δι' ἐμὲ 2)
ἐπὶ γῆς ὀφθέντα,
εἰς τὸ σῶσαι τὸ πλάσμα σου 3).

Ὠιδὴ Δ΄. Εἰσακήκοα, Κύριε 4).

Ὁ κλύδων τῶν πταισμάτων μου,
Σωτὴρ 5), με βυθίζει τοῖς παραπτώμασιν·
ὁ Πέτρον 6) διασώσας ποτέ,
καὶ ἐμὲ τῇ χειρί σου
σῶσον, Κύριε.

Ὑπηρέτης καθέστηκα,
πάθεσι σαρκὸς δουλεύων τάλας ἐγὼ 7)·
τὴν αἰσχύνην ἐνθυμοῦμαι δέ,
τὴν γενησομένην
ἀθλίῳ ἐμοί.

Ἀμελῶς ἐβιώτευσα,
καὶ τὸν τῆς ψυχῆς χιτῶνα ἐμόλυνα,
τὸν ναὸν γάρ σου διέφθειρα,
ὁ Θεός, δικαίως
καὶ φθαρήσομαι.

Canticum III. *Tu es firmamentum.*

Tremo, dum considero mecum
formidolosum iudicem
a quo dicitur:
« Impium
tollite e terra;
impie enim vixit. »

Ab integra vita mea,
in peccatis
totus spiravi
super terram;
ideoque e Dei gloria
aequum est amovear.

Sparcis corpus inquinavi
corruptelis, et animam,
heu! iterum,
foedis cogitationibus
contaminavi, ego infelix,
ac iuste expulsus fui.

In me ut benignus fias
supplex te deprecor,
Domine,
qui propter me
in terra visus es,
ad salvandum figmentum tuum.

Canticum IV. *Exaudivi, Domine.*

Iniquitatum mearum procella,
Salvator, mergit me praecipitem,
qui Petrum fecisti olim salvum,
me quoque manu tua
salvum fac, Domine.

Permansi mancipatus
voluptatibus carnis, servus ego miser:
ignominiam meditor nimirum,
quae futura est
infausto mihi.

Exegi vitam incogitanter,
et animae tunicam faedavi,
templum ecce pessumdedi tuum,
o Deus, haud immerito
et ego pessumdabor.

—1) Σὺ εἶ τὸ στερέωμα τῶν προστρεχόντων σοι Κύριε· σὺ εἶ τὸ φῶς τῶν ἐσκοτισμένων· καὶ ὑμνεῖ σε τὸ πνεῦμά μου. Et singuli versus totidem punctis tam in mss. libris quam in antiquis editionibus claro significantur; diacritica vero puncta expunxerunt omnes libri recentes, exceptis tantum basilianis, Romae a. 1738, multa cum diligentia, vulgatis in typographeo de propag. fide.— Hirmus vero noster occurrit in sabbato Lazari can. od. III, Triod. Venet. a. 1839, p. 365. —2) τὸ δι' ἐμὲ cod. — 3) Σου. In codice theotokion inchoatur in hunc modum: Δὸς ἡμῖν βοήθειαν ταῖς ἱκεσίαις σου πάναγνε [τὰς προσβολὰς ἀποκρουομένη τῶν δεινῶν περιστάσεων]. Omissa supplet Paracl. l. c. od. III. —4) Εἰσακήκοα Κύριε τῆς οἰκονομίας σου τὸ μυστήριον· κατενόησα τὰ ἔργα σου καὶ ἐδόξασά σου τὴν θεότητα. Triod. in sabb. Lazar. od. IV. — 5) Σωτὴρ cod. maneat constanti usu librorum ecclesiasticorum. — 6) ἀλλ' ὁ Πέτρον cod. Abundat copula et male coniungit. —7) ὁ τάλας cod. novo incremento, uti etiam infra τῷ ἀθλίῳ, et in utroque loco importuna articuli adiectione.

Μολυσμοῖς τοῖς τοῦ σώματος
ἔχρανα ὁ ἄθλιος τὴν ψυχὴν ἐμήν,
καὶ ἐῤῥύπωσ', ἐν τοῖς 1) πάθεσι
τῆς ἡδυπαθείας
κυλινδούμενος.

Ὠιδὴ Ε'. Φώτισον ἡμᾶς 2).

Ἄφεσιν αἰτῶ
τῶν μου 3) πλημμελημάτων, Χριστέ,
ἃν ἐν βίῳ σοι ἐξήμαρτον,
αὐτὸς γὰρ μόνος
ἀναμάρτητος ὑπάρχεις, Σωτήρ.

Ῥῦσαι, ὁ Θεός,
τὸν ἀνάξιον οἰκέτην σου
τῆς μελλούσης κατακρίσεως,
καὶ ἔκχεέ μοι
τὸ ἀμέτρητόν σου ἔλεος.

Τύχω τῶν ἐμῶν
ὀφλημάτων τὴν συγχώρησιν,
ἐν ἡμέρᾳ ἐξετάσεως,
διὰ πολλήν σου
ἀγαθότητα, φιλάνθρωπε.

Ὢ! πῶς τῆς ζωῆς
τὸν καιρὸν ἐν ἀτοπήμασιν
ἐβιότευσα ἐμβούμενος 4),
τὰς ἐντολάς δὲ
οὐκ ἐφύλαξά σου, Κύριε 5);

Ὠιδὴ ς'. Ἀπέῤῥιψάς με 6).

Λογίζομαί σου
τὴν κρίσιν, οἰκτίρμον, καὶ τρέμω,
ἐννοῶν τὰ ἄτοπα
ἃ ἐν βίῳ ἐπλημμέλησα.

Ὁρῶ τὰ πλήθη,
οἰκτίρμον, τῶν ἀνομιῶν μου,
καὶ ῥυσθῆναι δέομαι
αἰωνίου κατακρίσεως.

Corruptelis corporis
infeci, perditus homo, animam meam,
et conspurcavi, in vitiis
mollioris vitae
volutatus.

Canticum V. *Illumina nos.*

Christe, veniam peto
meorum peccatorum,
quae in te per vitam deliqui,
tu enim solus
sine peccato es, Salvator.

Absolve, qui Deus es,
immeritum servum tuum
a futura damnatione,
et effunde super me
immensam tuam misericordiam.

Tot meorum assequar
debitorum dimissionem,
in die rationis reddendae,
per multam tuam
benignitatem, o hominum amator.

Oh! quomodo huius vitae
tempus in stolidis nugis
vixi deambulans,
mandata autem
haud custodivi tua, Domine?

Canticum VI. *Abiecisti me.*

Revolvo animo tuum
iudicium, bone Deus, et tremo,
conscius me tot insana
in vita commisisse.

Intueor copiam,
o clemens, flagitiorum meorum,
et liberari deprecor
ab aeterna damnatione.

1) Ἐρύπωσα τοῖς cod. In fine addit pro theotokio: Ἡ τὸν στάχυν βλαστήσασα τὸν ζωοποιὸν ἀνήροτος ἄρουρα· [παρέχοντα τῷ κόσμῳ ζωὴν Θεοτόκε σῶζε τοὺς ὑμνοῦντάς σε]. Supplevi ex Paraclet. l. c. od. IV. — 2) φώτισον ἡμᾶς. Hirmus occurrit in solemni canone De B. Virgine: Πολλοῖς συνεχόμενος, ab initio od. V: Φώτισον ἡμᾶς τοῖς προστάγμασί σου Κύριε· καὶ βραχίονί σου ὑψηλῷ τὴν σὴν εἰρήνην παράσχου ἡμῖν φιλάνθρωπε. — 3) τῶν ἡμῶν cod. — 4) ἐμβόμενος ita cod. — 5) Κύριε. Iterum vestigia theotokii, supplenda ut supra: Δυσώπησον ἀεὶ τὸν υἱόν σου καὶ Θεὸν ἡμῶν ἀπειρόγαμε Μαρία σεμνή· τοῦ καταπέμψαι ἡμῖν τοῖς πιστοῖς τὸ ἔλεος. Cf. Paracl. l. c. od. V. — 6) Ms. Princeps hymnographorum Andreas praestitit hirmum in magni canonis fer. VI ante palmas ode VI: Ἀπέῤῥιψάς με εἰς βάθη καρδίας θαλάσσης· καὶ ἔσωσάς με Σωτὴρ δουλείας, θανάτου καὶ ἔλυσας· — τὸν δεσμὸν τῶν ἀνομιῶν μου. — Exoritur hic primum quaedam clausula, in ultimis odis haud insolens, ac si extra necessariam versuum seriem concentus aut plausus succineretur. Quem graeculi recentiores inepto vocabulo dixerunt κουκούλιον, priscis vero idem fuit nobilissima praecentoris aut christianae plebis εὐφημία. Ita prorsus Andreas in adducta ode VI quinquies subdit hoc ἐπιφώνημα· Καὶ ἤγειράς με νεκρὸν τῷ προστάγματί σου, respectu ad Lazarum mox celebrandum.

Ὑπέδειξάς μοι
τὰς τρίβας τῶν σῶν προσταγμάτων,
καὶ τὰ σὰ ἐντάλματα
οὐκ ἐφύλαξα, Χριστὲ Θεός.

Ἐξέδυσάς με,
Χριστέ μου, στολὴν ἀφθαρσίας,
ἣν ἐξ ἀφροσύνης μου
ἐξεδύθην, καὶ γεγύμνωμαι.

—

Ὠιδὴ Ζ. Παῖδες θεοσεβεῖς 1).

Ξένος τῶν προσταγμάτων σου κατέστην,
δικαίως γὰρ δικάσεις με, ὁ Θεός,
ἐν ἡμέρᾳ τῆς ἀνταποδόσεως, Κύριε,
ἀλλὰ φεῖσαι 2) μου
μελῳδοῦντός σοι,
ὁ τῶν πατέρων.

Ὄναρ ὥσπερ, τὸν βίον μου μετῆλθον,
καρπὸν ἀγαθὸν μὴ ποιησάμενος·
ἀλλ' αὐτὸς ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος [Θεὸς]
κατοίκτειρόν με 3)
μελῳδοῦντά σοι,
ὁ τῶν πατέρων.

Μέγα τὸ τῆς ἐξουσίας σου τὸ κράτος,
μεγάλη, Χριστέ, ἡ εὐσπλαγχνία σου,
ὅτι δέχῃ τοὺς πιστούς 4), Σωτήρ, ἐπιστρέφοντας
καὶ ἐν πίστει σοι
ἀναμέλποντας,
ὁ τῶν πατέρων.

Ὅταν ἐπὶ θρόνου τοῦ ἀστέκτου 5)
καθίσῃς, Χριστέ, καὶ τὴν ἐξέτασιν
τῶν ἐμοὶ πεπραγμένων ποιήσῃς, φιλάνθρωπε,
μὴ ἀπώσῃς με
τοῦ προσώπου σου,
ὁ τῶν πατέρων 6).

—

Ὠιδὴ Η΄. Τὸν ἐν ὄρει ἁγίῳ 7).

Λογοθέτης
ἀδέκαστος ὑπάρχων,
μὴ εἰσέλθῃς
εἰς κρίσιν, ἐλεήμον,
μετὰ τοῦ δούλου σου,
ἀλλὰ συγχώρησον
ψάλλοντος — ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε
Κύριον, εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.]

Semitas mihi ostendisti
tuorum mandatorum,
et tua praecepta
haud servavi, Christe Deus.

Exutum me vestivisti,
Christe mi, stola immortalitatis,
quo per meam insipientiam
spoliatus fui, et nudus sum.

—

Canticum VII. *Iuvenes religiosi.*

Xenius et alienus a mandatis tuis steti,
iuste enim iudicabis me, Deus,
in die retributionis, Domine;
sed parce mihi
hymnum tibi modulanti,
o patrum Deus.

Obivi, ut somnium, vitae stadium meae,
neque bonum unquam fructum dedi:
sed tu, bonus uti et clemens Deus,
parce omnino
hymnum tibi modulanti,
o patrum Deus.

Magnum est potestatis tuae robur;
magna, Christe, tua commiseratio,
quia suscipis tuos fideles, Christe, reversos,
ac tibi cum fide
hymnum modulantes,
o patrum Deus.

Olim quum in throno intolerabili
sedebis, Christe, et discrimen
rerum a me gestarum facies, optime Deus,
ne proiicias me
a vultu tuo,
o patrum Deus.

—

Canticum VIII. *Quem in sancto monte.*

Lance qui rationes
incorrupta expendis,
noli ingredi
in iudicium, piissime,
cum famulo tuo,
quin immo parce
psallenti: Cantate et exaltate
Dominum in omnia saecula.

1) Παῖδες θεοσεβεῖς ἐν βαβυλῶνι εἰκόνι χρυσῇ οὐ προσεκύνησαν· ἀλλ' ἐν μέσῳ καμίνου πυρὸς δροσιζόμενοι τὴν ᾠδὴν ἀνέμελπον λέγοντες — εὐλογητὸς ὁ Θεός, ὁ τῶν πατέρων ἡμῶν. Ita Paracl. l. c. in sabbato πρωὶ can. od. VII. Rursus incipiunt ἐφύμνια, quae alacri quodam tumultu rhythmum perturbant. — 2) φεισὸν cod. — 3) κατοικτείρησον ib. — 4) πίστει cod. — 5) ἀστρέπτου? Cum aliquid desit, fort. legendum ὅτε ἐπὶ vel θρόνου σου. — 6) Πατέρων. Hic iam in codice, sed alia vena, alienoque rhythmo, primum occurrit triadicon, doxologiae quo Latini SS. Trinitatem recolunt, simillimum: Δεῦτε πάντες τὴν ἄκτιστον Τριάδα· Πατέρα, Υἱὸν καὶ Πνεῦμα, ἀδιαίρετον φύσιν πιστοὶ προσκυνήσωμεν ὀρθοδόξως πάντες· κραυγάζοντες· ὁ τῶν πατέρων. — 7) Τὸν ἐν ὄρει ἁγίῳ δοξασθέντα· καὶ ἐν βάτῳ τὸ τῆς ἀειπαρθένου τῷ Μωσεῖ μυστήριον γνωρίσαντα· Κύριον — ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας. Versiculus 5 et 6 in unum coeunt quos noster aequo sex syllabarum numero constanter dividit. Hunc nobis hirmum praestitit Paraclet. in

Ὁ τελώνην
στεναγμῷ δικαιώσας,
καὶ τῆς πόρνης
τὰ δάκρυα οἰκτείρας,
μὴ ἀπωσάμενος
κἀμοὶ τὴν ἄφεσιν
δώρησαι·—ὑμνῆσαι καὶ δοξολογεῖν σε εἰς τ.

Γοερῶς σοι
προσπίπτω, ἐλεῆμον,
καὶ αἰτοῦμαι
τὴν ἄφεσίν μοι δοῦναι
τῶν πεπραγμένων μοι,
ὡς ἀναμάρτητος,
μέλποντι·—ὑμνεῖτε.

Ἡ φθαρτή μου
καὶ πρόσκαιρος οὐσία
τῇ ἀφθάρτῳ
προσέρχεται οὐσίᾳ
τῆς ἀγαθότητος
σοῦ, πολυέλεε,
λύσιν ἐξαιτῶν σοι
πταισμάτων·—οἱ πάντας 1).

Ὠιδὴ Θ. Σὲ τὴν ἀπειρόγαμον 2).

Σὲ τὸν ἀνεπίληπτον
Θεόν, καὶ μόνον εὐεργέτην,
τὸν ἐκ τοῦ χοός με πλάσαντα,
καὶ πρὸς γῆν ἀποστρέψαντα 3),
μετὰ δυνάμεως,
καὶ δόξης ἐρχόμενον,
ὡς κριτὴν σε
καὶ βασιλέα, μεγαλύνομεν.

Ἵλεώς μοι, Κύριε,
γένου, ὡς μόνος ἐλεήμων,
Λῦσόν μου τὰ πλήθη, δέσποτα,
τῶν πταισμάτων, καὶ ῥῦσαί με
τοῦ αἰωνίζοντος
πυρὸς τῆς κολάσεως,
Καὶ τοῦ σκότου
τοῦ ἐξωτέρου ὡς φιλάνθρωπος...

Σῶσαί με τὸν ἄνθρωπον
ἐλήλυθας, ὡς εὐεργέτης,
σάρκα καὶ ψυχὴν ἀνέλαβες.

O qui publicanum
gemitu iustum effecisti,
et meretricis
fletibus dedisti veniam,
ne omitte
mihi quoque veniam largiri,
ad cantandum et glorificandum te, Domine.

Gemebundus coram te
prolabor, o misericors,
et peto supplex
veniam mihi dunes
meorum facinorum,
ut qui absque peccato es,
psallenti mihi: Cantate etc.

En corruptae ego
et caducae naturae,
ad incorruptibilem
accedo substantiam
integritatis
tuae, qui misericordia multus es,
condonationem a te impetrans
delictorum meorum etc.

Canticum IX. *Te innuptam.*

Sensum qui omnem excedis,
Te Deum ac solum munificum,
qui me ex limo compegisti,
et in terram reduxisti,
cum potestate
et maiestate venientem,
ut iudicem
ac regem, laude cumulamus.

Iam benignus mihi, Domine,
esto, qui solus propitius es;
solve me ab innumeris, Domine,
criminibus, et libera me
a sempiterni
ignis supplicio
et a tenebris
exterioribus, qui hominum amator es.

Salvum ut facias me hominem
huc venisti, uti beneficus,
carnem et spiritum assumpsisti (*caetera desunt*).

od. VIII, can. fer. II, toni VIII.—1) τῶν πλημμελημάτων s. π. cod. Ultimum theotokion est: Τὸν ἐν μήτρᾳ οἰκήσαντα παρθένου καὶ ὑπὲρ λόγον τὸν παλαιὸν Ἀδὰμ ἀνακαινίσαντα Κύριον. Plura neque e codice, neque aliunde suppetunt.—2) Σὲ τὴν ἀπειρόγαμον Θεοῦ μητέρα καὶ παρθένον σὲ τὴν ὑπὲρ νοῦν κυήσασαν διὰ λόγου τὸν ὄντως Θεὸν τὴν ὑψηλοτέραν τῶν ἀχράντων δυνάμεων ἀσιγήτοις δοξολογίαις μεγαλύνομεν. Al. Θεοῦ μητέρα τοῦ ὑψίστου et ἀσιγήτοις εὐλογίαις vel θεολογίαις cf. can. od. IX ad febr. diem 1, VIII, XVII; ad iul. diem III; Paraclet. t. VIII, in fer. VI, can. II, auctore Iosepho hymnographorum τῷ κορυφαίῳ, qui eodem plane rhythmo eodemque utitur hirmo in od. I, IV, V, VII et IX, et in singulas inserit troparia νεκρώσιμα quae quam proxime nostris accedunt, nisi quod saepius ad sinum Abrahae dum respicit, recentium Graecorum errori viam aperit, quam ne uno quidem verbo Anastasius indicat. —3) f. ἀποστρέψοντα. Cf. similia in sequenti condakio.

X.

Kondakion de dormitione, sub Acrostichide.

ΑΝΑΣΤΑΣΙΟΥ ΤΟΥ ΤΑΠΕΙΝΟΥ ΑΙΝΟΣ

Anastasius humilis Canticum.

MONITUM

Vetustiora solent esse canonibus Κονδάκια, quorum primum nomen fuisse opinarer Τροπος vel Τροπολογία, neque ab initio aliud fuisse quam prolixam seriem τροπαρίων, sivo veterum στίχων, quae primum breves fuerunt antiphonae, sive acclamationes; deinde vinculo rhythmi et nexu rerum coninnetae, ex pluribus tropariis similibus in unum poema coaluerunt, quod nondum argutam et industriam canonis compaginem attigerat. Ingens numerus olim erat Τροπων sive Κονδακιων, quorum unum hic exemplum habes, Anastasii nomine insignitum. A duobus iam saeculis totum fere Goarus edidit in Euchologio. p. 531, 553, 568 ad 575. Sed et disiecta nimis membra poematis sunt, et plura omnino truncantur, et tota dissipatur acrostichia; Anastasii vero nec vola nec vestigium, neque demum minima sive metri sive rhythmi suspicio unquam fuit tam Goaro quam omnibus Euchologii lectoribus. Haud pauciores tamen quam 267 versus distinctos prae se fert vetus ac nobilissimum illud carmen funereum. Οἶκοι proprie dicuntur troparia acrostichidi annexa; Κονδάκιον vero singulariter appellatur prooemium acrostichidi praemissum; singulis igitur litteris XXVI, quibus Anastasii lemma circumscribitur, adhaeret troparion 10 versuum; troparia autem illa per continuam seriem simillima sunt, ex quibus quinque tantum anecdota ex integro nos, ad fidem codicis corsiniani, descripsimus. Caetera tantum ex initio damus, unde plena acrostichia restituitur. Praeterea scire summopere avemus, quis demum princeps quasi repente e sepulcbro excieatur in ultimis tropariis, iisque novis, ut insperata, neque ignobili aut ἀμούσῳ monodia ab Anastasio nostro celebratur.

Ὁ τῆς ζωῆς τῶν ἀνθρώπων
  καὶ τοῦ θανάτου ἐξουσιάζων,
  μεθιστάνων δὲ πάντας
  τῷ προστάγματι,
  ὅτε θέλεις ἐλεῆσαι,
  καὶ τὸν μεταστάντα ἀνάπαυσον,
  ὡς μόνος Θεὸς οἰκτίρμων.
Αὐτὸς μόνος ὑπάρχει ἀθάνατος,
  ὁ ποιήσας καὶ πλάσας τὸν ἄνθρωπον·
  οἱ βροτοὶ δὲ ἐκ γῆς διεπλάσθημεν,
  καὶ εἰς γῆν τὴν αὐτὴν πορευόμεθα,
  καθὼς ἐκέλευσεν ὁ πλάσας με,
  καὶ εἰπών μοι ὅτι γῆ εἶ,
  καὶ εἰς γῆν πορεύσῃ 1)·
  ὅπου πάντες βροτοὶ πορευόμεθα,
  ἐπιτάφιον θρῆνον ποιοῦντες ᾠδήν,
    τὸ ἀλληλούϊα.
Νουνεχῶς, δυσωπῶ, ἐπακούσατε...
Ἀναστάντες οὖν πάντες συνάχθητε...
Συγχεώμεθα πάντες τοῖς δάκρυσι...
Τί πικρὰ τῶν θνησκόντων τὰ ῥήματα...
Ἀρά που αἱ ψυχαὶ νῦν ὑπάγουσι;...
Συνοδεύσατε, φίλοι, τοῖς θνήσκουσι...
Ἰδοὺ νῦν θεωροῦμεν τὸν κείμενον 2)...
Οὐδεὶς γὰρ τῶν ἐκεῖθεν ἀνέζησεν...
Ὑπομιμνήσκω ὑμᾶς πρὸς τὸν Κύριον...
Τὰ γὰρ πάντα ἀφέντες ὑπάγομεν...

Οὐδὲν οὕτω ἐστὶν εὐληθάργητον...
Ὑπάγομεν ὁδὸν τὴν αἰώνιον...
Τί ταράττῃ ἀκαίρως, ὦ ἄνθρωπε...
Ἂν ἐλέησας, ἄνθρωπε, ἄνθρωπον...
Πονηρὰ ἡ ὁδὸς ἣ ἀπέρχομαι...
Εἰ γὰρ χώραν ἐκ χώρας βαδίζοντες...
Ἰδοὺ νῦν, ἀδελφοί, ἡσυχάσατε 3),
  τῷ κειμένῳ λοιπὸν μὴ ὀχλήσατε,
  ἠρεμήσατε, θορύβου λύσατε,
  καὶ τὸ μέγα μυστήριον βλέπετε,
  φοβερᾷ ὥρᾳ σιωπήσατε,
  ἵνα μετ' εἰρήνης,
  εἰς ἀγῶνα γὰρ μέγαν συνέρχεται,
  ἡ ψυχὴ ἐξέλθῃ,
  καὶ φόβῳ πολλῷ δυσωπῇ τὸν Χριστόν
    τὸ ἀλληλούϊα.
Νεανίδες, τοῦ λόγου ἀκούσατε,
  καὶ μηκέτι κακῶς καλλωπίζεσθε,
  οὐκ ἀκούετε πῶς μνημονεύομεν
  τῶν ἐκεῖ προλαβόντων, καὶ λέγομεν·
  Ποῦ ἔνι ὁ δεῖνα, ὁ ἀδελφὸς ἡμῶν;
  ἀναπαύσοι ὁ Θεός
  τὸν δεῖνα καὶ δεῖνα·
  ἐκ νεότητος γὰρ ἐξεκόπησαν,
  ἀλλ' εὕρωσιν ἔλεος ὅπου εἰσίν,
    τὸ ἀλληλούϊα.
Οὐχ ὁρᾶτε τὸ πῶς διανεύομεν,

1) πορεύσῃ Genes. III, 19.

2) Inde apud Goarum turbatur series tropariorum in hunc modum: Ὑπάγομεν...— Τί ταράττῃ...— Οὐδέν...— Ὑπομιμνήσκω ὑμᾶς...— Τὰ γὰρ πάντα...— Ἂν ἐλέησας...— Πονηρὰ ἡ ὁδός..— Οἱ ἐκ χώρας τινὸς ἐκβαδίζοντες, etc.— 3) Ἡσυχάσατε. Haud omnino anecdotum troparium est, sed in eo novum quod exemplum praebet satis rarum septem versiculorum ὁμοιοτελεύτων, hodiernae instar poeseos quae etiam apud Graecos invaluit. Et alia in hoc condakio

ἐν τοῖς μνήμασιν ὅτε εἰσήλθομεν.
Οὗτός ἐστι τοῦ δεῖνα ὁ ἔκγονος,
Αὕτη ἐστὶ τοῦ δεῖνα θυγάτριον,
δεῦτε, ἀσπάσασθε τὰ λείψανα.
Οὗτός ἐστιν ὁ δεῖνα,
καὶ ὁ δεῖνα οὗτος.
ἀναπαύσοι ὑμᾶς ὁ καλέσας ὑμᾶς,
καὶ εὕρετε ἔλεος μετὰ παῤῥησίας
εἰπεῖν τὸ ἀλληλούϊα.
Ἡλικοῖς οἱ προκείμενοι πάθεσιν 1)...
Ἄρα πόσοι ἐξαίφνης ἠρπάγησαν...
Ἴδον ἐγώ ποτε νήπιον θνήσκοντα...
Νεότης γὰρ καὶ κάλλος τοῦ σώματος;...
Ὅταν ἄρχοντα ἴδωμεν θνήσκοντα
τότε μέγα μυστήριον βλέπομεν
πῶς ἀπάγεται ὥσπερ κατάδικος,
ὅνπερ ἔτρεμον πάντες ἀδικηταί 2);
πῶς ἐξετάζεται ὡς δεσμιος,
ὁ τὸ πρῶτον δεσμίους
δεσμοῖς δεσμεύων;
ἰδοὺ ὅλος σποδό; ὁ ποτε φοβερός
ἀπαγόμενος ἴσως καὶ δίχα ψαλμοῦ
τὸ ἀλληλούϊα
Στρατιὰς γὰρ ἰδών, ὅλως ἔφριξεν,
ἑαυτὸν ταλανίζων διήλεγξεν 3)·
Ποῦ ἐστιν ἡ ἀρχή μου ἡ πρόσκαιρος
Τί ἐστι βασιλεία ἐπίγειος;
ἰδοὺ στρατεῖαι ἀδιάδοχοι
ἰδοὺ δὴ ὑπουργοὶ
τοῦ μόνου δυνάστου,
τοῦ ζωῆς καὶ θανάτου δεσπόζοντος,
καὶ καλοῦντος ἡμᾶς, ὅτε θέλοι, ἐκεῖ.
τὸ ἀλληλούϊα.

XI.

Historia mystica Ecclesiae catholicae Maximi quam transtulit Anastasius

MONITUM

Maximo nullum fieri locum inter anastasiana nostra quum nemo aequus bonusque tulerit, pagellam accepimus ex rarissimo codice, quem unicum esse putem in toto litterarum orbe. Saeculo IX, sine ulla controversia, manu eleganti scriptus est; immo eam curam singula folia praeferunt, quae ipsum produnt operis auctorem; is quippe scholiis in margine munitur, iis supra lineas ornatur correcturis, lituris que sollicitatur, quae ipsammet manum obstetricantem significent: scriptura carolina est, non tamen gallicana, sed italica, longobardicia, ut aiunt, rusticisque conspicua litteris: quae quidem et alia minutiora dum olim intuerer in ipsa membrana, pellucida et rigida, in minore forma circumcisa, et quasi regiae lectioni simul et itineri longo accommodata, in hanc veni suspicionem aut codicem esse quoddam archetypum, aut ex primigenio exemplari primum esse apographum, quod Anastasius, ecclesiae Romanae bibliothecarius, Carolo Calvo imperatori, cum nuncupatoria epistola, misit. Ex qua ab ipso docemur, tum eum in latinum transtulisse *Maximi historiam mysticam*, brevi expressam epitome, qualis etiam nunc in ultimis capitulis graece legitur; tum etiam, quod summopere notandum est, ab eodem Anastasio, dum Constantinopoli esset, aliam mysticam historiam latio donatam fuisse « ex toto » et summa cum fide, non compendiose neque cursim, quae « Reverendae memoriae Germanum », ut Graeci consequales ferebant, auctorem sibi vindicat. De qua re plura in proximo loco, ubi de Germano. Hic tantum Maximi pauca sint, ne omnino omittatur, cum opportunissima Anastasii epistola, quem non uno nomine aequum erat agmini nostro accenseri et inscribi.

Domino gloriosissimo et magno principi Karulo Anastasius Exiguus.

Nil gratius, nil prorsus acceptius offerri cuiquam dinoscitur, quam id quod ipse gratum habere cernitur et acceptum, cui offertur. Unde quia tu, dictator optime, prae omnibus et super omnia sapientiam dilexisti, licet venerint tibi omnia pariter cum illa: nil inerti et imperito mihi famulo vestro 4) satius pietati vestrae offerendum occurrit,

ejusdem indolis sunt.— 1) παθεσιν. Sic Goarus inde pergit: Ἡλικῶν τῶν παθῶν οἱ προκείμενοι. .—Ἡ νεότης καὶ κάλλος τοῦ σώματος...—Ἡσυχάσατε ἔτι ἡσυχάσατε, quae mutata aut perversa non penitus recedunt a superiore tropario: Ἴδοὺ νῦν. ἀδελφοὶ ἡσυχάσατε.— Sequuntur in Euchologio quatuor ultima troparia: Ἐγὼ μὲν εἶδον νήπιον θνήσκοντα.—Ἄρα πόσοι ἐξαίφνης ἠρπάγησαν..—Συγκαιόμεθα μόνοι ἀπιόντες...—Παναγία παρθένε ἀνύμφευτε. Excepto hoc theotocio, tria quae praecedunt, juncta cum tribus nostris ultimis, pariter leguntur in aliquot codicibus mss. ex quibus colligitur alia acrostichis: Ἀναστασίου τοῦ ταπεινοῦ νοσία;. An quasi νόσημα sive aegrotantis ejulatus? Tu videris, atque etiam aliud expiscator: est enim tam in corsiniano quam in mosquensi tropologio, ubi legitur officium sabbati ἀπόκρεως, quoddam condakarion de defunctis quod incipit in prooemio: Ὁ τῇ ἐξουσίᾳ, et in οἴκοις: Δέξαι ἡμῶν, quorum octo troparia hac ligantur acrostichide ΔΕΥΤΕΡΟΣ Π... Suspicor hic latere alterum Anastasii funereum carmen. — 2) ἀδικαιοι cod. — 3) διήλεγξε ib. — 4) *Vestro*. In hoc versu et in sequenti, aliam

quam id quod pertinere ad sapientiam comprobatur. Quid autem magis divinae sapientiae proximum quam mysteriorum nosse virtutem, quibus ad fidem imbuimur et ad pietatem sedulis exercitiis erudimur? Ecce enim quotidie, ut pauca intentos reddendi causa fidelium animos dicam, ecclesiarum parietes intuemur; panem et vinum offerri Deo super altare conspicimus; sacras lectiones et caetera divina in eis eloquia recenseri et audiri non ignoramus. Sed quid haec innuant, vel quid intus utilitatis habeant, aut quid haec arcana vel mystica sint, nec advertimus, nec saltem sciendi gratia studiose rimamur. De quibus omnibus quia sanctum Maximum graece scripsisse Theocaristo cuidam repperimus, de ipsius opimis sacrisque verbis excerpere quaedam, et sicut ea quoque graece iam excerpta inveni, latino sermoni tradere duxi. Verum sicut ipse confessor et martyr Christi testatur, haec partim, sicut magno cuidam seni, quem miris sapientiae sanctitatisque extollit praeconiis, fuerant mystica per contemplationem visa, descripsit 1). Sane memorandum censeo, quid idem beatus Maximus de sancto Dionysio, dilecto et dilectore vestro, in huius operis praefatione perhibeat. Ait enim: « Sed quoniam a sanctissimo et revera Deiloquo Dionysio Areopagita in opere, quod de ecclesiastica scripsit hierarchia, de sacra sanctae synaxeos celebratione digno, utpote magno, contemplata sunt symbola, sciendum quod non eadem nunc sermo prosequitur, aequo per eadem quae ille progreditur (Temerarium quippe ac praesumptivum et dementiae proximum est conari quenquam, quae sunt illius, attingere, qui nec capere illum nec intelligere valeant; vel sicuti sua proferre, quae illi soli divinitus per Spiritum sunt manifestata mysteria); sed illa quae et aliis ob eo ut comprehensibilia sunt misericordi voluntate Dei relicta ad manifestationem et exercitium consuetudinis eorum, qui circa divina desiderio flagrant. »

Sane non solum quaedam ex his quae beatus Maximus de mystica Ecclesiae catholicae celebratione scripsit, excerpsi: sed et alia quae hinc reverendae memoriae Germanus, ut Graeci ferunt, ecclesiae Constantinopolitanae sensit antistes, ex toto transferenda duxi; et tibi potissimum, praestantissime et solertissimo principum, offerenda proposui, ut scilicet iudicii tui lima polita, piisque ac solitis exercitiis frequentata, caeteris amabiliora et acceptiora reddantur. Quamvis autem hiae et latino quaedam scripsisse quosdam audierim 2), ego tamen, quia illa vidi, haec interim latino danda sermoni conspexi. Cui ergo utraque placent, utraque relegat, cui vero minus utraque placuerint, legat potius quod elegerit: dummodo ab indaganda tantorum mysteriorum medulla non torpeat. Praeterea sciendum, quod ex his quaedam secundum morem et ritum Graecorum sint a sanctis patribus illis exposita, et inter missarum solemnia caeteraque officia frequentata: ut est illud, quod dicit sacerdos: *Sancta sanctis*, et populus respondet: *Unus sanctus*, et caetera. ***Explicit praefatio, ad piissimum principem et dictatorem Karolum, Anastasii abbatis et apostolicae sedis bibliothecarii.***

alibi, manus coaeva constanter notulam intra lineas apposuit, ut scriberetur *tuo, tuas* etc. pro *vestro, vestrae*; ni fallor, ut in verbis, ita in scriptis, coram imperatore prolatis, quadam comitate iubebatur uti nobiliore verba: *vester, vestra*, qua lege solvi par erat exemplaria in vulgus mittenda. Quo spectet tenue illud scholium, iam monito providetur.

1) ***Descripsit***. Maximi opp. t. II, p. 487, 490, 491, ubi multa de Dionysio.

2) ***Audierim***. Scotum Erigenam respicit.

Incipit historia mystica Ecclesiae catholicae sancti Maximi. Quorum sit 1) *operativa et perfectiva mysteriorum, per hos qui celebrantur in sancta synaxi ritus, inter fideles et fidei causa collectos, perseverans Ecclesiae sancti Spiritus gratia* 2).

Igitur oportere ducebat beatus ille senex 3), ut omnem christianum rogans minime quiescebat 4), sanctae Dei Ecclesiae vacare; et non deesse unquam sanctae, quae in ea celebratur, collectae tam propter perseverantes in ea sanctos angelos qui semper describunt ingredientes, et nuntiant Deo causas eorum, faciuntque deprecationes pro ipsis; quam propter sancti Spiritus gratiam, quae quidem invisibiliter semper adest, sed specialiter et praecipue tempore sanctae collectae, unicuique eorum qui inveniuntur providens, et componens et, ut verius fateamur, confingens 5), ad id quod magis divinum est proportionaliter sibimetipsi, et ad id quod indicatur per mysteria quae celebrantur, deducens (licet ipse non sentiat, si fuerit ex his qui adhuc in Christo parvuli sunt, ut in profundum eorum quae fiunt, intueri non possunt); quae videlicet significata salutis gratia, per singula in eo divina quae celebrantur symbola, operatur, secundum aptationem et ordinem profecta 6).

I. Ergo in primo quidem introitu, docebat ille sanctissimus vir, infidelitatis esse abiectionem, fidei incrementum, malitiae diminutionem, virtutis profectum, ignorantiae demolitionem, scientiae augmentum.

II. Per auditionem autem divinorum eloquiorum, horum quae dicta sunt, fidei scilicet, virtutis et scientiae, constantiam et immutabiles habitudines et affectus.

III. Per divina vero cantica, quae inter haec aguntur, voluntariam ad virtutes animae condescensionem et spirituale delectamentum ac desiderium quod in illis efficitur sibi.

IV. Praeterea per lectionem sancti evangelii, terrenae sapientiae (quasi sensibilis mundi) consummationem.

V. Porro per ingressum sanctorum mysteriorum, perfectiorem et sacratiorem et novam doctrinam atque scientiam dispensationis Dei erga nos effectae 7).

VI. Per divinum autem osculum, omnium ad omnes et ad seipsum uniuscuiusque primitus et singillatim et ad Deum concordiae ac unanimitatis et charitatis identitatem.

VII. Per ostiorum vero clausum, qui fit post haec, transitum mentis et translationem, quae est in affectu ab hoc corruptibili mundo ad intelligibilem mundum, per quem sensus instar ostiorum claudens, mundos a peccatorum idolis efficit.

VIII. Caeterum per symboli fidei confessionem, congruentem gratiarum actionem, quae fit super admirabilibus nostrae salutis modis.

1) *Sit.* Incipit a capite XXIV, epitome operis vulgatae, p. 518. Qui horridos Combefisii vepres noverit, vix eum habebit Anastasio elegantiorem et expeditiorem, haud excepto hoc titulo subobscuro.

2) *Gratia.* Aliter iuxta graece vulgata, sed paulo liberius: *Quaeritur, respectu ad ritus in sacra synaxi peractos, quaenam sit Spiritus sancti gratia efficax et practica, accipienda et intelligenda in hisce mysteriis a fidelibus qui cum vera fide congregantur?*

3) Senex a Maximo adductos in scenam, et plane ignotus.

4) παρακαλῶν οὐκ ἐπαύετο optime legit Anast.

5) *non fingens* apogr. meum. Maximus: μεταποιοῦσάν τε καὶ μετασκευάζουσαν καὶ ἀληθῶς μεταπλάττουσαν, ἐπὶ τὸ θειότερον ἀναλόγως ἑαυτῷ . . . . . ἄγουσαν. Combefisius: « Transmotantem velutque transformantem se vere in id quod divinius est pro ipsorum captu ac modo(!) traducentem. »

6) καθ' εἱρμὸν καὶ τάξιν [ἀπὸ τῶν προσευχῶν μέχρι τοῦ πάντων τέλους] ὁδηγοῦσαν. Inclusa non vidit Anast. quae vertit Combefis. *ab iis quae proxima sunt ad omnium usque finem.* Lege προσευχῶν, et verte: *a primis precibus* sive *collectis.*

7) *Effectae.* In graeco n. V, VI, VII inverso plane ordine ponuntur; similes vidi apud Germanum mutationes, quae minus ex notariorum arbitrio quam ex ipso rituum ordine a Graecis turbato proficiscuntur.

IX. Per trisagium, saee unioeem et aequiparatioeom, quso fit ed senctos angelos, et iecessebilem ne indefessam saectificae glorificatioeis Dei consonantiam et firmitatem.

X. Per nrationem 1) praeterea, per qeam Patrem vocare Dsum meremur, vorissimnm adnptioeem, quae per gratiem sancti Spiritus fit.

XI. Pnrro per id, quo «unus Sanctns» dicitur et cætere, fnmiliaritetem et gretiam quae ad ipsum Deum nos unificat.

XII. Per participatioeem autem intemeratorum et vivificatorum sacramentorum, communioncm et identitatcm queo fit ed eum per similitudinem et participationcm, quantum possibile est: quo etiem ex bomine fieri Deus homo meretur. Quae enim bic, ie praesenti videlicet vita, [per] gratiem quao in fide est, credimus nos per Spiritum sanctum percipere, baec ie futuro saeculo veraciter et substentialiter 2) ipsa re, secnndum spem fidei nostrae quae non decidit, ac firmem spensnris et non transgredientem promissionem, custodientes secundum vires mandeta eies, nos credimus percepturos: transeuntes a gratia quae est in fide ad gratiam quoe est per speciem, traesferente nos ad se procul dubio Deo et Salvatore nostro Iesn Christo, et sequestrnnte a vitiis corruptionis, quae in nobis existunt, et principelia donaeto mysteria, quae per praesentia nobis sensibilia symbola praemonstreta sunt.

1) *Operationem* cod.

2) *Subsistentialiter* supra lineam.

ANNOTATIONES

mortem pro veritatis causa subituros) easque in diem Christi, ut aeternam incessabilemque vitam consequantur; hos, inquam, oportere recipi, et in suos gradus restitui, ac veluti propria membra corpori aptari, et cum omni reliquo clero collocari, secundo tamen loco, ut nimirum simul observemus, an convenienter se gerant: excepto tantum postremo seu ultimo ac primo veritatis hoste acerrimo Ioanne, qui nunquam prorsus christianus apparuit, neque ullam cleri rationem habuit, neque munus quodlibet gessit. His recte ac pulcherrime, ad breve tempus, a vestra fraterna religiositate constitutis, en tertius iam annus elapsus est, quartusque inceptus, neque ab ullo eorum quemquam poenitentiae fructum, sive per humilem sermonem, sive per vitae asperitatem aut voluntariam solitudinem, significatum unquam cognovimus, neque fastum illum quem improbe ab impiis haereticis attollere quisque didicit, convellere prorsus aut deprimere voluit; neque pudore quasi suffusus, sui compos fieri visus est, aut longe humiliter stare, e sacro quem contaminavit loco declinans, ne minima quidem cum reverentia, ad sacra prospiciens; neque oculos aperiens, et eos subito iterum claudat, publicanum aliqua in re imitatus, et ab eo edoctus similem a Dei misericordia impetrare iustificationem. Verum irretorto quisque oculo manens, quo autem intendat in sacras Dei aedes inde dehonestatas, praefracta se fronte gerit in obvium quemque nostrum, illum etiam qui veneratione dignus est adeo sublimi despiciens supercilio, ut torva tuens, transversoque oculo, igneisque pupillis, eum a vertice ad pedes, et a planta ad cacumen, iterum iterumque a summo deorsum metiatur totum, nec nisi asperum et mordax verbum ultro proferat, vel mutuo colloquenti respondeat: qualiter, non ictu quidem lapidis aut sagittae impetu aliqua corporis pars aut membrum graviter illisum doleret; sed perinde ac si ensis medio corpori

1) Ἔγνωμεν. Hucusque Maius: «Pergit, inquit, Methodius declamare contra haereticos, praecipue praedictum Ioannem Iconoclastam in quem Nicephorus in antirrhetico maiore cap. 8, 9 invehitur.» Haud eum quidem suo nomine appellat Nicephorus, ita tamen coloribus sannisque potius lepidis quam acerbis episcopos iconomachorum depingit, in quibus ridiculus Ioannes facile agnoscitur, et quae ipse Methodius sibi fortasse imitanda proposuit. Vide Bibl. nova t. V, p. II, p. 9-12 p. III, p. 155-159. Necesse autem visum est ab initio epistolae missam facere fere omnem cl. Maii interpretationem. Immo parum abest quin ab hisce verbis: Ταῦτα ὀρθῶς, aliam esse putem Hierosolymitani epistolam, ad CPanum respondentis, et conditionem rerum post tres annos referentis.—2) προσεμβλέψαι vatic. 1, 2, προσέχεται vatic. 3. Respicit Luc. XVIII, 13.—3) ἠσφάλισεν codd.—4) ὁμοίαν vatic. 3. —5) ἑαυτοῦ codd.—6) Προβλέπων ib.—7) βλόξῳ tres codd.—deinde πυρινῷ ταῖς κόραις vatic. 3.—8) πηγῇ tres codd.—9) κατωδύνων ib. mox ποιήσει.

ἢ ἐκσυρῆναι τὴν ψυχὴν τοῦ βληθέντος προεξαιρήσασα· οὐκοῦν διὰ τοῦτο οὔτε πρῶτον τοῦ τελευταίου ἐν χειροτονίᾳ προεκρίναμεν οὔτε τὸν ἔσχατον τοῦ πρώτου.

vi adactus, non prius extorqueretur quin vulnerati animam eriperet. Idcirco ea causa est cur in ordinatione, neque primum inter illos postremo neque postremum primo praetulerimus.

II.

Ἔκθεσις περὶ τῶν ἁγίων εἰκόνων 1).

De sacris imaginibus expositio.

Πιστεύω εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα...γεννηθέντα πρὸ πάντων αἰώνων καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, σὺν Πατρὶ καὶ Υἱῷ συμπροσκυνούμενον. ut in symbolo constantinopolitano, iisdemque verbis; paucis vero additis, pergitur ut supra apud Anastasium: πιστεύω δὲ καὶ ὡς ἐβαπτίσθην, bipartita eodem modo oratione, iisdem quoque locis patrum adductis 2), sed in fine ad Monotheiitas respicitur breviore tantum compendio, ut prolixius inde adversus Iconomachos invehatur in hunc modum:

Δέχομαι πάσας τὰς ἐκκλησιαστικὰς παραδόσεις ἐγγράφους τε καὶ ἀγράφους. Προσπτύσσομαι καὶ προσκυνῶ τὴν πάνσεπτον εἰκόνα τοῦ ἀνθρωπίνου σώματος τοῦ Θεοῦ Λόγου, τοῦ χρισθέντος θεότητι, καὶ γεγονότος ἀμεταβλήτως ὅπερ τῷ χρίσαντι πίστει λογιζόμενος, ὡς αὐτὸν 3) ὁρῶν τὸν σαρκὶ ὀφθέντα Θεὸν, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναναστραφέντα, καὶ διὰ τῆς ὁρωμένης σαρκὸς τὴν ἐμὴν σωτηρίαν οἰκονομήσαντα. Προσκυνῶ τὸ ξύλον τοῦ τιμίου σταυροῦ, διὰ τὸν ἐν αὐτῷ σαρκὶ κρεμασθέντα Κύριον, καὶ πάντα τύπον τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ, τὰ ἱερὰ σκεύη καὶ τοὺς σεπτοὺς καὶ θείους ναοὺς καὶ τόπους καὶ τὰς ἱερὰς βίβλους, διὰ τὸν ἐν χειροποιήτοις δι' ἡμᾶς κατοικεῖν εὐδοκήσαντα, καὶ τὰ ἑαυτοῦ θεῖα λόγια τοῖς ὑλικοῖς ἐγγεγράφθαι 4) φιλανθρώπως ἐπινεύσαντα. Προσκυνῶ καὶ τιμῶ τὴν εἰκόνα τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, ὡς ἀντίτυπον τῆς θείας μορφῆς, ὡς ὑψηλοτέραν τῶν οὐρανῶν καὶ ἀνωτέραν πάντων τῶν ποιημάτων 5), ὡς τεκοῦσαν σαρκὶ τὸν ἕνα τῆς Τριάδος Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν, καὶ πάσας τὰς σεπτὰς εἰκόνας τῶν τοῦ Θεοῦ θεραπόντων. Προσκυνῶ δὲ καὶ σέβομαι τὸν ἅγιον Ἰωάννην τὸν πρόδρομον καὶ βαπτι-

Recipio omnes ecclesiasticas traditiones sive scriptas, sive non scriptas. Suspicio et saluto omni adoratione dignam imaginem humani corporis quod habuit Deus Verbum, quod unctum est divinitate, et factum sine mutatione idem quem cum fide unctum credo ac si ipsum viderem in carne Deum conspicuum et cum hominibus conversantem et per visibilem carnem saluti nostrae providentem. Adoro lignum pretiosae crucis, propter Dominum in eo suspensum in carne, et quamcumque crucis imaginem, et sacram supellectilem, ut venerabilia ac divina templa et loca, sanctosque libros, propter eum qui in manuum operibus propter nos inhabitare dignatus est, et divina eius eloquia elementis materiae tradenda pro sua bonitate curavit. Saluto et veneror imaginem Sanctissimae Dei genitricis, ut antitypum divinae effigiei, ut sublimiorem caelis et excelsiorem omnibus creaturis, ut illam quae in carne unum de Trinitate Christum Deum nostrum peperit, atque omnes simul sanctas servo-

1) Εἰκόνων. Ita cod. mosquensis. Singularis plane est codicis vatic. inscriptio, sed inepta in multis, et cuidam aptata publicae, ut videtur, lectioni faciendae in aliquo monasterio, ac fortasse in ipsa orthodoxiae dominica, quae prima quadragesimae est. Omissa subtili verborum censura, rescribo purum vaticanum: Τοῦ ἁγίου πατρὸς ἡμῶν Σωφρονίου πατριάρχου Ἱεροσολύμων ἔκθεσις περὶ πίστεως τῆς ὀρθοδόξου τῆς τε ἁγίας καὶ ζωοποιοῦ Τριάδος καὶ περὶ τῆς θείας ἐνσάρκου οἰκονομίας καὶ τῶν ἁγίων καὶ σεπτῶν εἰκόνων τοῦ τιμίου σταυροῦ καὶ περὶ τῆς προσκυνήσεως τῶν ἁγίων λειψάνων καὶ τῶν ἁγίων ζ' οἰκουμενικῶν συνόδων καὶ περὶ ἐκκλησιαστικῆς παραδόσεως καὶ εἰς τοὺς ἁγίους καὶ σεβασμίας εἰκόνας τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆς ἀχράντου αὐτοῦ μητρὸς, ἣν ὀφείλει πᾶσα ψυχὴ κρατεῖν καὶ ὁμολογεῖν. Εὐλόγησον, Πάτερ. Πιστεύω κ. τ. ἑ.

2) *Adductis.* Eadem enim Gregorii loca excitat, eosdemque, sed paulo fusius redhibet Trinitatis typos in haec verba, quae hic refero ut quae apud Anastasium obscuriora erant, declarentur: Οἷον ἐν ἡλίοις τρισὶν ἐχομένοις ἀλλήλων μία τοῦ φωτὸς σύγκρασις, ὅταν τοίνυν γὰρ οὖν πρὸς τὴν θεότητα, τὴν ἐν μιᾷ φύσει βλέψω, καὶ τὴν αἰτίαν, καὶ τὴν μοναρχίαν, ἓν οἶμαι τὸ (cod. ἕν μοι τὸ) προσκυνούμενον ἢ φανταζόμενον, ὅταν δὲ πρὸς τὰς ἰδιότητας καὶ τὰ πρόσωπα, τρία τὰ προσκυνούμενα. Τῷ λόγῳ τοίνυν ταῦτα διεξιὼν κατὰ τὸν μέγαν Γρηγόριον, ἐνθυμοῦμαι ἥλιον καὶ φῶς καὶ ἀκτῖνα, νοῦν καὶ λόγον καὶ πνεῦμα, καὶ ἀρχὴν ὕδατος καὶ πηγὴν καὶ ποταμόν. Πλὴν κατὰ τὸν εἰπόντα: πίστις ἡγείσθω, καὶ μὴ ἀπόδειξις, καὶ χρὴ πάντα ἄνθρωπον διὰ καθαρᾶς καὶ θεολάμπους πράξεως, ὁδηγῷ τῷ Πνεύματι χρώμενον, καὶ φωτὶ καταλαμβάνοντα φῶς, καὶ πιστεύειν εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα, εἰς μίαν θεότητα καὶ δύναμιν, ἐν τρισὶν γνωριζομένην καὶ προσκυνουμένην ταῖς ὑποστάσεσιν. Cf. Dialogos Caesario Nazianz. ascriptos in dial. 1. interr. 3.—3) τῷ χρίσαντι πίστει λογιζόμενος αὐτὸν ὁρῶν ib. depravate.—4) εἴ γεγράφθαι ibid.—5) ποιημάτων. Idem plane apud Tarasium in homil. de praesentat. B.V. cf. Patrol. t. XCVIII

στὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ πάντας τοὺς πρὸ αὐτοῦ καὶ μετ' αὐτὸν προφήτας, ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς ἁγίους καὶ πανευφήμους ἀποστόλους, ὡς μύστας καὶ αὐτόπτας καὶ οἰκείους μαθητὰς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, σὺν τούτοις δὲ τοὺς ἁγίους καὶ καλλινίκους μάρτυρας, τοὺς ἐναθλήσαντας νομίμως διὰ τὴν ἀγάπην τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοὺς ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ ὑπερμαρτυρήσαντας. Ὁμοίως σέβομαι καὶ προσκυνῶ τοὺς ἱεράρχας καὶ ὁσίους, τοὺς ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ ὑπὲρ τὸν ἥλιον λάμψαντας, ἀλλὰ [καὶ] τὸν χορὸν τῶν ἁγίων ἀθλοφόρων γυναικῶν καὶ τῶν ἀσκητριῶν, τὰς τὰ οἰκεῖα σώματα τῷ δεσπότῃ Χριστῷ ὡς θύματα τέλεια ὁλοκαυτωσασῶν 1). Τούτων ἁπάντων ἐπικαλοῦμαι καὶ δέομαι ταῖς πρεσβείαις, ὅτι διὰ τῶν ἁγίων εὐχῶν αὐτῶν ἅπαντες διασωζόμεθα. Προσκυνῶ δὲ καὶ πάσας τὰς ἐπουρανίους δυνάμεις καὶ λειτουργικὰ πνεύματα, ὅσα ἐν τῷ οὐρανῷ εἰσιν εἰς δοξολογίαν καὶ αἶνον τοῦ Θεοῦ. Τούτων οὖν πάντων τῶν προῤῥηθέντων, λέγω δὴ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, τοῦ ἁγίου Προδρόμου, τῶν πρὸ νόμου πατέρων, πατριαρχῶν, προφητῶν, ἀποστόλων, μαρτύρων, ὁσίων ἱεραρχῶν καὶ ἀσκητριῶν καὶ ἀθλοφόρων γυναικῶν (ὁμοίως τὰς οὐρανίους δυνάμεις ὁμολογῶ), σέβομαι καὶ δοξάζω τὰς ἁγίας καὶ ἱερὰς καὶ σεβασμίας αὐτῶν εἰκόνας, καὶ φόβῳ πολλῷ καὶ πίστει αὐτὰς ἀσπάζομαι, οὐχ ὡς θεούς, μὴ γένοιτο! ἀλλ' ὡς γραφὰς καὶ ἐξήγησιν καὶ ὑπόμνησιν τῶν παθημάτων αὐτῶν· τὸ γὰρ σέβας καὶ ἡ προσκύνησις καὶ ὁ ἀσπασμὸς τῆς ἁγίας εἰκόνος (οὐκ εἰς) ὑλικὴν καὶ πρόσκαιρον ταύτην σκιὰν καὶ ἱστορίαν τῶν χρωμάτων ἀναβιβάζει τὴν τιμήν, ἀλλ' ἐπὶ πρωτότυπον καὶ ἀκήρατον τῆς μορφῆς σχῆμα καὶ ὑπόδειγμα τῶν ἁγίων αὐτῶν παθημάτων (lacuna in cod.) τὸ σέβας καὶ ἡ προσκύνησις ἀνατρέχει.

rum Dei imagines. Saluto autem et veneror Sanctum Ioannem praecursorem Domini nostri Iesu Christi et omnes ante et post eum prophetas, similiter et sanctos ac celebratissimos apostolos, ut ministros et oculatos testes ac proprios discipulos Salvatoris nostri Iesu Christi; cum iisdem vero sanctos atque egregios Martyres, qui sustinuerunt legitima certamina pro amore Domini nostri Iesu Christi, qui per universum orbem terrarum protestati sunt. Similiter colo et saluto Pontifices et confessores qui in toto mundo super solem emicuerunt, tum etiam chorum sanctarum fortium mulierum et monialium, quae propria corpora Domino Christo ut perfectas hostias in holocaustum obtulerunt. Hos omnes deprecor, horumque egeo suffragiis, ut sanctis eorum precibus salvi omnes fiamus. Saluto etiam cunctas quae sub caelo sunt virtutes ministrosque spiritus, quotquot in caelo Deum hymnis laudibusque celebrant. Horum igitur omnium supra memoratorum, videlicet Domini Iesu Christi, sanctissimae Dei genitricis, sancti praecursoris, patrum ante legem, patriarcharum, prophetarum, apostolorum, martyrum, venerabilium pontificum et monialium et martyrum mulierum (ac simul caelestes virtutes confiteor), veneror et glorifico sacrosanctas et venerandas eorum imagines cum timore multo ac fide deosculor, non ut deos, quod absit! sed ut scripta, commentariosque et documenta eorum quae pertulerunt. Honor quippe et adoratio et osculum sacrae imaginis trans materialem et temporaneam hanc umbram et lineamenta colorum evehit obsequia, et ad ipsum prototypum sinceramque ipsius formae effigiem et exemplar sanctorum huiusmodi harum veneratio et salutatio permeat.

Tum quae Iconomachi inepte obloquebantur ex Moyse et psalmis de idolorum detestatione haud illepide subvertit, dum quaerit ab illis quidnam affine sit Christum inter et Apollinem, inter B. Virginem Mariam Deiparam et Dianam (τῆς μητρὸς τῶν δαιμόνων), Iovem denique inter et Ioannem, Apostolos, prophetas, et universum inde describit picturae christianae campum:

Διδάσκουσιν ἡμᾶς αἱ ἅγιαι εἰκόνες τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν τοῦ Χριστοῦ, τὸν εὐαγγελισμὸν τοῦ Γαβριήλ, τὴν γέννησιν, τὸ σπήλαιον, τὴν φάτνην, τὴν μαῖαν, τὰ σπάργανα, τὸν ἀστέρα, τοὺς μάγους, τὴν τοῦ πρεσβύτου Συμεὼν ἐναγκάλισιν, τὸ βάπτισμα, τὸν Ἰορδάνην, τὸν Ἰωάννην χειροθετοῦντα, καὶ ἄνωθεν τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἐν εἴδει περιστερᾶς μαρτυροῦν. Ἔλθωμεν καὶ ἐπὶ τὸ ἅγιον πάθος 2), καὶ εἴδωμεν τὸν Λάζαρον ἀνιστάμενον, τοὺς παῖδας μετὰ βαΐων, τὸν ἀσπασμὸν τοῦ Ἰούδα, τὴν κράτησιν τῶν Ἰουδαίων, τὸν Πιλᾶτον, τὸ συνέδριον, τὴν ἔκστασιν τοῦ Καϊάφα, τοὺς κολαφισμούς, τοὺς μαστιγισμούς, τὰ ῥαπίσματα, τοὺς ἐμπτυσμούς, τὸν νιπτῆρα, τὸ λέντιον, τὸ ἅγιον δεῖπνον 3), τὸν ἀκάνθινον στέφανον, τὸν διαμερισμὸν τῶν ἱματίων, οἴμοι! καὶ τὴν σταύρωσιν, τοὺς ἥλους, τὴν λόγχην, τὸν κάλαμον, τὸν σπόγγον, καὶ ἄνωθεν τὸν τίτλον ἔχοντα τὴν ἐπιγραφήν· ἰδὲ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων, τὴν τοῦ Ἰωσὴφ ἀποκαθήλωσιν, τὴν θεόσωμον ταφήν, καὶ τὴν ἁγίαν αὐτοῦ ἀνάστασιν· πῶς ὁ Χριστὸς πατεῖ τὸν διάβολον, καὶ ἐγείρει τὸν Ἀδάμ·

Edocent nos sanctae imagines ea quae Christus in carne egit et instituit, Gabrielis nuntium, nativitatem, speluncam, praesepium, obstetricem, fascias, stellam, magos, senioris Simeonis amplexum, baptismum, Iordanem, Ioannem manus imponentem, et desursum Spiritum Sanctum in columbae specie testificantem. Eamus etiam ad sacram passionem et videamus Lazarum exurgentem, pueros cum palmis, lavacrum, linteum, sacram coenam, osculum Iudae, Iudaeorum apprehensionem, Pilatum, concilium, Caiphae vaticinium, alapas, sputa, virgas, cruces, coronam spineam, vestium divisionem, et, heu mihi! crucifixionem, clavos, lanceam, arundinem, spongiam, et superpositum titulum cum epigraphe: Ecce rex Iudaeorum! Iosephum a cruce et clavis tollentem et sepelientem Dei corpus, et sanctam resurrectionem, (scilicet quomodo calcat Christus diabolum, et Adamum excitat), Thomam latus palpantem, et divinam Ascensionem, Sancti-

1) ὁλοκαυτωσάσαι vatic.—2) ἐπὶ τοῦ ἁγίου πάθους ib.—3) δεῖπνον. Hic plura suo loco restituit interpres.

την τοῦ Θωμᾶ ψηλάφησιν, καὶ τὴν θείαν ἀνάληψιν, καὶ τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπιφοίτησιν, ἥτις ἐστὶν ἡ πεντηκοστή. Ἔλθωμεν δὲ καὶ ἐπὶ τὰ θαύματα αὐτοῦ, τὴν ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας θαυματουργίαν, τοῦ παραλύτου τὴν σύσφιγξιν, τοῦ τυφλοῦ τὴν ἀνάβλεψιν, Σαμαρίτης τὸν ἔλεγχον, τῆς πόρνης τὸ μύρον, τῆς Χαναναίας τὴν συμπάθειαν, τῆς συγκεκυφυίας τὴν ἀνόρθωσιν, τὰς τῶν λεπρῶν καὶ κωφῶν καὶ δαιμονώντων ἰάσεις, τῆς αἱμοῤῥοούσης ἅψασθαι τοῦ κρασπέδου. Αὕτη ἡ αἱμοῤῥοοῦσα γυνὴ πρώτη ὑπὲρ πάντας ἐποίησε τὴν εἰκόνα Χριστοῦ...

que Spiritus adventum quae est Pentecoste. Neque omittamus eius miracula, prodigium in Cana Galilaeae, paralytici eractionem, visum caeco restitutum, Samaritanae conversionem, meretricis unctionem, beneficium Cananeae concessum, mulieris inclinatae erectionem, leprosorum et mutorum et a daemonibus vexatorum sanationes, et haemorrhoissam tactu fimbriae purgatam, quae quidem prima omnium Christi imaginem effecit.

De qua re affertur Eusebii testimonium omnibus notum. Statim vero plurima Methodius adducit loca Basilii et Chrysostomi, interimque ostendit idem esse aut scribere aut pingere evangelica facta, neque ab historico differre pictorem, qui ab Adamo ad Christum, et inde ad nos, ut fieri solet in ecclesiis, sanctorum hominum exhibet imagines (ὁ ζωγράφος ἐζωγράφησεν ἐν τοῖς πίναξι τῆς ἐκκλησίας ἀπὸ τοῦ πρωτοπλάστου Ἀδὰμ ἕως τῆς Χριστοῦ γεννήσεως. καὶ μετὰ τοῦτο τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν τοῦ Χριστοῦ καὶ πάντα αὐτοῦ τὰ θαύματα, ὁμοίως καὶ τὰς ἀθλήσεις τῶν ἁγίων. καὶ παρέδωκεν πάντα καὶ αὐτὸς τῇ ἐκκλησίᾳ. καὶ ἐὰν ἀμφότεροι [ζωγράφος et λογογράφος] μίαν ἐξήγησιν εὐαγγελίζωνται ἡμᾶς, διὰ τί τὴν βίβλον προσκυνοῦμεν, καὶ τὸν πίνακα ἐμπτύομεν;) Quorsum enim interest chartas inter et telas, aut cur membranae differunt a tabellis, atramentum a ceratis aliisve coloribus? (τί διαφέρει ὁ χάρτης τοῦ ἀσβέστου; οὐχὶ ἀμφότεροι ἐκ τῆς ὕλης μετέρχονται εἰς ἐργασίαν. τί δὲ διαφέρει ἡ μεμβράνα τῆς σανίδος; οὐχὶ ἀμφότεραι ὑπὸ ξίφους τέμνονται καὶ σκευάζονται καὶ εἰς ἐργασίαν μίαν μετέρχονται. τί δὲ διαφέρει ὁ μέλας τοῦ κηρίνου καὶ τῶν λοιπῶν χρωμάτων; οὐχὶ ἀμφότερα ὑπὸ πολλῶν ἐδεσμάτων σκευάζονται, καὶ οὕτως ὑπουργοῦσιν τῷ γράφοντι.) Tum excluso solemni iconomachorum sophismate de Deo incircumscripto, iteromque regerens Christi in carne visibili vitam et historiam, ipsum Christum suae imaginis primum pictorem et inventorem asserit:

Καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ Χριστὸς ἐπὶ τῆς γῆς εἰκόνα ἐποίησε, τὴν λεγομένην ἀχειροποίητον καὶ ἕως τῆς σήμερον ἵσταται καὶ προσκυνεῖται, καὶ οὐδεὶς αὐτὴν εἶπε εἴδωλον 1). Ἀλλ' ἐὰν ἴδη ὁ Θεὸς ὅτι εἰδωλολατρεία γίνεται διὰ ταύτης εἰκόνος, οὐκ ἂν αὐτὴν ἐγκατέλιπεν ἐπὶ τῆς γῆς. Ἡμεῖς γὰρ ὥσπερ ἐλάβομεν ἐκ τῶν πατέρων, οὕτως πιστεύομεν, ὅτι ἐκ τοῦ Θεοῦ ταῦτα ἐδιδάχθησαν· οὐδὲν γὰρ ἀπέκρυψεν ὁ Θεὸς τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ, οὔτε τὰ πρὸς βλάβην, οὔτε πρὸς ὠφέλειαν τῶν ἡμετέρων ψυχῶν· καὶ τοῦτο εἶχεν ἀποκρύψει ὁ Θεός! Ἐὰν εἰδωλολατρεία ᾖ, αἱ τῆς συμφορᾶς! Ἐὰν ἀπὸ Χριστοῦ καταστάσεως ἕως τῆς καταβάσεως τοῦ κυροῦ Γερμανοῦ τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου προσκυνῇ ὁ λαὸς τοῖς εἰδώλοις, τί ποτε ἔδει 2) ἀναπληρωθῆναι τὸν ἄνω κόσμον; ἀλλ' οὐκ εἰσὶν εἴδωλα, μὴ γένοιτο! ἀνάξιός ἐστιν τῆς τῶν χριστιανῶν [θρησκείας;] καὶ ἔξωθεν τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας, καὶ ἤ τὸ ἀνάθεμα, ὁ ταῦτα κατὰ τῶν ἁγίων λογιζόμενος. Εἰ γὰρ ἦσαν εἴδωλα, πῶς ἐδέξατο αὐτὰ ἡ πρώτη σύνοδος καὶ πάλιν ἡ β' καὶ ἡ γ', ἡ δ', ἡ ε' καὶ ς'; Καὶ ἀπὸ τότε καὶ μέχρι τοῦ νῦν πιστῶς αὐτὰς ἀσπαζόμεθα καὶ προσκυνοῦμεν, καὶ ὁ ἅγιος Γρηγόριος ὁ θεολόγος οὕτως λέγει, ὅτι οὐδέποτε εἰκόνας καὶ γραφὰς 3) ἰδὼν, ἄνευ δακρύων παρῆλθον ἐκεῖθεν. Ὁ δὲ ἅγιος Βασίλειος· Τί ἔχει ἀνάγκην τοσοῦτον κόπον καταλαβέσθαι ἡ Καισαρεία, ἵνα ἱστορήσῃ τὴν εἰκόνα τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ; ἀλλὰ πίστει καὶ πόθῳ θείῳ κατεσκεύασεν καὶ κατεκόσμησεν αὐτὴν ἐκ χρυσίου καθαροῦ καὶ λίθων πολυτελῶν 4). Λοιπὸν οὐκ ἔχεις, ὦ διάβολε, ἄρχων τοῦ σκότους, καὶ αἰωνίου πυρὸς κληρονόμε, ἐξουσίαν κατὰ

Ecce enim ipse Christus in terra imaginem fecit, quae dicitur sine hominum manibus condita, et ad hoc usque tempus permanet atque adoratur, ac nemo eam vocavit idolum. Verum si intellexisset Deus idololatriam ab illa creari imagine, minime eam reliquisset in terra servandam. Nos vero, quemadmodum accepimus a patribus, ita credimus, quoniam ab ipso Deo edocti fuimus. Nihil quippe Deus abscondit sanctis suis, sive quod spectat ad damnum, sive quod ad utilitatem nostrarum animarum: et illud tamen Deus dissimulasset! Si idololatria rediit, proh infortunium! si a Christi prima institutione usque ad domni Germani sanctissimi patriarchae depositionem, procubuit populus ante idola, quandonam impleta est superioris mundi instauratio? Verum enimvero idola non sunt, procul a nobis! Indignus est christiana societate et extra ecclesiam et anathema sit quisquis talia de sanctis excogitavit. Si enim idola essent, quomodo ea tulit prima synodus, et quomodo altera et tertia et quarta et quinta et sexta? Et exinde et usque nunc fideliter amplectimur et adoramus imagines et uti sanctus Gregorius theologus ait: « Nunquam sive imagines sive paginas pictas sine lacrymis intueor vel praeteriens. » Et sanctus Basilius: « Unde opus habet talem sibi curam impendere Caesareia, ut exprimat Salvatoris nostri imaginem? Quin potius fide et desiderio divino iam instruxit et adornavit eam ex auro puro et lapidi-

1) εἴδωλον. Idem post Hadrianum. Nicephorus enarrat de romania imaginibus ἀχειροποιήτοις in Antirrheticis. — 2) εἰδ. ποτε ἤδη cod. — 3) γρ. ἵνα ἄνευ δ. παρῆλθον ib. Nysseni potius sunt ex sermone de Abraham saepe in hac lite adducto; cf. Mansi XIII, 1865. — 4) πολυτελῶν. Basilii is locus omnino me fugit. —

τῶν λατρευτῶν τοῦ Χριστοῦ καὶ ἁγίων εἰκόνων. Ἀλλὰ μᾶλλον, πολλῷ φθόνῳ πεπληρωμένε, καὶ σκότασαι τῇ λύπῃ, ὁρῶν τὸ ἀφομοίωμα Χριστοῦ ὑπὸ τῶν χριστιανῶν προσκυνούμενον. Σὺ γὰρ ταύτην τὴν ζάλην καὶ τὴν ταραχὴν τοῦ πονηροῦ σου βουλεύματος ἔστησας. Ἀλλ' ἡμεῖς τὸ τοῦ θείου καὶ πανευφήμου ἀποστόλου Παύλου τὸν λόγον ἀναλαβόντες, τοῖς πᾶσι παραγγέλλομεν· Ἀκούσατε οἱ ἀκροαταὶ τῶν θείων λόγων, ἀκούσατε, λαοί, φίλαι γλῶσσαι, ἄνδρες τε καὶ γυναῖκες, ἀδελφοὶ καὶ πατέρες, νέοι καὶ πρεσβῦται, ἔφηβοι καὶ γηραλέοι, δοῦλοί τε καὶ ἐλεύθεροι, καὶ πάντων τῶν ὀρθοδόξων θεῖος δῆμος! Εἴ τις εὐαγγελίζεται ὑμᾶς παρ' ὃ παρέλαβεν ἡ καθολικὴ ἐκκλησία παρὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ τῶν θεοφόρων πατέρων τῶν ἓξ συνόδων καὶ μέχρι τοῦ νῦν φυλάττει καὶ διαμένει, μὴ ἀκούσητε αὐτοῦ· μὴ δέξασθε τὴν συμβουλὴν τοῦ ὄφεως, ὡς ἐδέξατο Εὔα, καὶ ἐτρύγησεν θάνατον. Κἂν ἄγγελος, κἂν βασιλεὺς εὐαγγελίζηται ὑμᾶς παρ' ὃ παρελάβετε 1), κλείσατε τὰς ἀκοὰς ὑμῶν. Ὀκνῶ γὰρ εἰπεῖν, ὡς ἔφη ὁ ἅγιος Παῦλος, ἀνάθεμα ἔστω.

bus pretiosis.» Caeterum haud nunquam habebis, o Satana, princeps tenebrarum et sempiterni ignis haeres, ullam potestatem adversus Christi et sanctarum imaginum cultores. Sed tu potius, qui invidia ad cumulum turges, moerore obfuscator, dum vides Christi similitudinem ab omnibus christianis adoratam. Tu enim haec tempestatem et hos nefarii tui consilii tumultus excitasti. Nos vero a divino et celebratissimo Apostolo Paulo verba excipientes, omnibus dicimus: Percipite auditores divinorum eloquiorum; audite populi, dilectae animae, homines et mulieres, fratres et patres, iuvenes et seniores, adolescentes et grandaevi, servi et liberi, et omnium orthodoxorum plebs sacra: si quis evangelizaverit vobis praeter id quod accepit catholica Ecclesia a sanctis apostolis et caelestibus patribus sex synodorum, et quod hactenus servat et tradit, ne eum audiatis, ne accipiatis tentationem anguis, ut accepit Eva, quae mortem comedit. Etiamsi angelus, etiamsi imperator evangelizaverit vobis praeter id quod accepistis, obturate aures vestras: piget enim cum sancto dicere Apostolo: Anathema sit!

Post pauca de hac Moysis lege: Non facies similitudinem, *his totum opus concluditur:*

Ἀλλ' ἡμεῖς ταῦτα πάντα τὰ προῤῥηθέντα ἀκούσαντες, πίστει καὶ φόβῳ καὶ πόθῳ τὴν ἁγίαν τριάδα καὶ ὁμοούσιον καὶ ἀδιαίρετον πιστεύσωμεν καὶ προσκυνήσωμεν. Ἅμα δὲ καὶ τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν καὶ τὴν θείαν ὁμφέρειαν καὶ συγγραφὴν τῶν ἁγίων καὶ σεβασμίων εἰκόνων, οὕτως γὰρ παρειλάβομεν, οὕτως πιστεύομεν, οὕτως εὔχομαι καὶ τελειῶσαι ὑμᾶς. Τοὺς δὲ μὴ οὕτως πιστεύοντας καὶ δοξάζοντας καὶ ὁμολογοῦντας ἀναθεματίζει καὶ ἀποῤῥίπτεται αὐτοὺς ἡ ἁγία πίστις τῶν ὀρθοδόξων χριστιανῶν. Διὰ τὴν πρὸς τὸν μόνον φύσει προσκυνητὸν Θεὸν ἀγάπην, τοὺς τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοὺς ἀναπτερῶ πρὸς τὰς πρωτοτύπους μορφάς, καὶ οὐ μέχρις ὕλης καὶ χρωμάτων διανιστῶ τὴν προσκύνησιν, ἀλλ' εἰς τὸ πρωτότυπον τὴν τιμὴν ἀναπέμπω. Τιμῶ καὶ τὰ τῶν ἁγίων λείψανα, ὡς ἁγιαστικὴν καὶ ἰατικὴν παρὰ Θεοῦ εἰληφότα χάριν. Οὕτως πιστεύω, καὶ οὕτως φρονῶ, ἐπὶ τοῖς ἐβαπτίσθην 2), καὶ ἐν τούτοις διαρκῶ, καὶ πάντας τοὺς αἱρετικοὺς καὶ ὁμογνώμονας αὐτοῖς καὶ πάσας αἱρέσεις αὐτῶν φεύγω τε καὶ ἀναθεματίζω καὶ μυσάττομαι. Δέχομαι δὲ καὶ ἀσπάζομαι τὰς ἁγίας ἑπτὰ οἰκουμενικὰς συνόδους, πρώτην τὴν ἐν Νικαίᾳ τῶν τιη' ἁγίων πατέρων, δευτέραν τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει τῶν ρν' ἁγίων πατέρων, τρίτην τὴν ἐν Ἐφέσῳ τὸ πρότερον τῶν σ' ἁγίων πατέρων, τετάρτην τὴν ἐν Χαλκηδόνι τῶν χλ' ἁγίων πατέρων, πέμπτην τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει τὸ δεύτερον τῶν ρξε' ἁγίων πατέρων, ἕκτην... [ἑβδόμην] τὴν ἐν Νικαίᾳ τὸ δεύτερον τῶν ἁγίων πατέρων 3). Δέχομαι καὶ πάσας κατὰ Θεοῦ χάριν κατὰ καιρὸν ἢ τόπον εἰς βεβαίωσιν εὐσεβείας καὶ εὐαγγελικῆς πολιτείας συναθροισθείσας ἁγίας συνόδους, ἃς καὶ ἡ καθολικὴ καὶ ἀπο-

Nos autem, quae modo dicta sunt cum audivimus, in fide et timore et fervore, sanctam Trinitatem et consubstantialem et indivisibilem credamus et adoremus; atque simul humanitatem Christi Dei nostri ac divinam formam et picturam sacrarum ac venerabilium imaginum quemadmodum accepimus, ita credimus: ita vos adprecor ut idem faciatis. Eos vero qui ita non credunt neque sentiunt neque confitentur, anathemati subiicit eos et interdicto sancta fides Christianorum recte credentium. Propter charitatem erga unicum ex natura adorandum Deum, qua oculos mentis erigo ad archetiporum ideas, minime vero intra rerum sensibilium et colorum crassitiem coerceo adorationem, sed usque ad prototypem honoris munera dirigo. Veneror etiam sanctorum exuvias, utpote quae sacram medicinalemque a Deo virtutem sortitae sunt. Sic credo, sic sentio, in his quippe baptizatus, in his quoque persisto, et omnes haereticos et qui illis consentiunt, omnesque eorum haereses detestor et anathemati voveo atque exsecrationi. Recipio autem et amplector septem oecumenicas synodos, primam quae Nicaeae fuit sanctorum CCCXVIII patrum, secundam Constantinopolitanam CL sanctorum patrum, tertiam quae primum Ephesi habita est CC sanctorum patrum, quartam in Chalcedone DCXXX sanctorum patrum, quintam iterum in Constantinopoli CLXV patrum sanctorum, sextam [ibidem CLXX patrum, septimam] iterum Nicaeae [CCCLXVII] sanctorum patrum. Recipio quoque cunctas quae cum Dei gratia pro va-

1) παρελάβετε. Galat. 1, 9. — 2) ἐβαπτίσθην. Idem iam supra semel, iterumque dictum vidimus, quod inter primos usurpasse facile aestimabitur S. Amphilochius in sua insigni epistola synodica, in qua legitur: Ἀνάγκη τοίνυν [οὕτως ἡμᾶς βαπτίζειν, ὡς ἐδιδάχθημεν, καὶ οὕτω πιστεύειν ὡς ἐβαπτίσθημεν, καὶ οὕτω δοξάζειν ὡς πιστεύσαμεν. Patrol. t. XXXIX, col. 96. — 3) ἕκτην τὴν ἐν νικαίᾳ τὸ δεύτερον τῶν ν'. ἁγίων πατέρων vaticanus, in quo variae lacunae et corruptelae apertae.

στολικὴ Ἐκκλησία ἐδέξατο, καὶ ἅπερ ἀπηγόρευσε, ἀπαγορεύω, καὶ οὓς ἀνεθεμάτισεν ἀναθεματίζω· οὕτως φρονῶ καὶ πιστεύω, ἀναπνῶν ἀεὶ τὴν ἁγίαν καὶ ζωοποιὸν καὶ ὁμοούσιον Τριάδα χάριτι Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ, τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας Τριάδος, μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν. Ἀμήν. Προσδοκῶ ἀνάστασιν νεκρῶν καὶ ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. Ἀμήν.

rietate temporum et locorum coactae synodi sunt ad confirmandam religionem et evangelicam disciplinam, quas catholica et apostolica Ecclesia recepit; et quae reiecit, reiicio; et quos anathemate damnavit, condemno; sic mente cogito et credo, nihil spirans semper nisi sacram et vivificam et consubstantialem Trinitatem, gratia Christi Dei, unius ex sancta Triade, etiam post incarnationem. Amen. Expecto resurrectionem mortuorum et vitam futuri saeculi. Amen.

III. *Synodica adversus Studitas.*

Πρὸς νῦν τοὺς Στουδιώτας ῥητέον ταῦτα, ὅτι εἰ μὴ ἀναθεματίσαιεν τὰ κατὰ Νικηφόρου καὶ Ταρασίου τῶν παναγιωτάτων πατριαρχῶν συγγεγραμμένα τῷ πατρὶ αὐτῶν (οὐκ αὐτὸν ἐκεῖνον, μὴ γένοιτο! ἀλλὰ τὰ συγγράμματα, οἷα δὴ καὶ ὁ Θεοδώρητος τὰ αὐτοῦ, καὶ ἄλλοι τινὲς τὰ κατὰ συναρπαγὴν λεχθέντα ἢ γραφέντα αὐτοῖς πεποιήκασιν), ἐὰν μὴ οὖν, ὡς ἔφημεν, καὶ οὗτοι τὰ κατὰ τούτων τῶν εἰρημένων ἁγίων ἀναθεματίσαιεν, εἴησαν καὶ αὐτοὶ ἀπὸ τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀνάθεμα καὶ κατάθεμα 1). Καὶ οὐκ αὐτοὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὅσοι πείθονται αὐτοῖς καὶ συναρπάζονται καὶ εἰς φιλικὴν αὐτοῖς ἐμπρεύονται ὁμιλίαν ἢ συναυλίαν, καὶ οὗτοι ἀπὸ τούτων κατάθεμα ἔστωσαν ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, τῷ διαβόλῳ ἀνάθεμα· [κατ'] αὐτοὺς γὰρ πατοῦντες, ἤγουν ἐπ' αὐτοὺς βαίνοντες 2), τουτέστι τῇ τούτων γνώμῃ ἐπερειδόμενοι, ἐπὶ τῷ τούτων καταθέματι βαίνουσιν οἱ πειθόμενοι αὐτοῖς εἰς ἀνάθεμα. Οὐ θαῦμα δὲ τούτους, ὅτι τοὺς αἰτίους τῆς ἀπωλείας τῶν πειθομένων αὐτοῖς καταθέματι ὑπεβάλομεν· δίκαιον δὲ νομίσαι ὅτι θεϊκῇ τε καὶ ἀποστολικῇ κρίσει τοῦτο πεποιήμεθα καθ' ὑπερβολὴν τῆς ἁμαρτίας, ἤτοι τὴν αἰτίαν τῆς ἁμαρτίας καὶ κρίνοντες καὶ ὁρίζοντες καὶ ὀνομάζοντες.

Τῷ Χριστῷ ἐντεῦθεν εὐχαριστία 3).

Τοῖς βασιλεῦσιν ἡ μακρότης τῶν ἡμερῶν καὶ ἡ ἐν τῷ Θεῷ τροπαιοφορία.

Τοῖς ἀληθέσιν ἱερεῦσιν ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος εὐαρεστήρα ἐπίχυσις καὶ δωρεὰ καὶ χάρις εἴη.

Τοῖς ἄρχουσιν ἡ εὐνομία, τοῖς μεγιστᾶσιν ἡ εὐφημία.

Τῇ μεγαλοπόλει καὶ ταῖς ὑπ' αὐτὴν χώραις καὶ πόλεσι, εἰρήνη καὶ σωτηρία, πολιτεία καὶ δήμοις καὶ θεματικοῖς.

Καὶ τοῖς ἐν νήσοις, καὶ πᾶσι τοῖς τὸν Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ Πνεῦμα τὸ ἅγιον σέβουσι καὶ προσκυνοῦσι ὀρθῶς ὁ ἔπαινος, ἡ ζωή, ἡ ἀντίληψις, ἡ κυβέρνησις διὰ τῆς τῶν θεοειδῶν ἀγγέλων κύκλῳ πάντων παρεμβολῆς χαρισθείη τε καὶ περιχορεύσοι 4), πρεσβείαις τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν τῆς θεομήτορος καὶ πάντων τῶν ἁγίων. Ἀμήν.

Ad Studitas vero haec dicimus: si non percusserint anathemate quae a patre suo Theodoro adversus Nicephorum et Tarasium sanctissimos patriarchas Constantinopolitanos scripta sunt (non illum ipsum Theodorum, absit, sed commentaria, quemadmodum sua Theodoretus et nonnulli alii varia quae, quacumque causa abrepti, ore vel scripto fecerunt); si igitur, ut diximus, iis quae adversum iam nominatos sanctos concinnata sunt, anathema non dixerint, sint et ipsi a Patre et Filio et Spiritu Sancto anathema et catathema. Neque non solum illi, sed etiam quicumque consentiunt cum iis, ac sese abripi patiuntur, et amicitia familiarique consuetudine coniunguntur, exsecrationi a Christo sint et Diabolo addicti ex anathemate. Qui enim cum illis ambulant aut eorum vestigia sequuntur, id est eidem sententiae addicti sunt, eodem anathemate feriantur. Nec mirum nos qui caeteris quoque asseclis exitii auctores existunt, a nobis anathematizari; immo credere decet secundum divinum apostolicumque decretum hoc nos fecisse ex abundantia peccati, eius scilicet causam et indicantes et statuentes et designantes.

Christo deinde gratiarum actio.

Imperatoribus longitudo dierum et in Deo collata tropaea.

Veris sacerdotibus sit sancti Spiritus munifica affusio et largitio et gratia.

Magistratibus bonae leges, principibus bona fama.

Magnae civitati eiusque vicis et oppidis pax et salus, atque recta administratio populorum et provinciarum.

Et his qui insulas colunt, et omnibus qui Patrem et Filium et Spiritum Sanctum rite venerantur et adorant, laus et vita et protectio et gubernatio, per ordinata Angelorum deiformium omnium agmina in circuitu, donetur et amplificetur, precibus sanctissimae Dominae nostrae Dei matris et omnium sanctorum. Amen.

1) κατάθεμα. Hactenus Allatius graece et latine *de Methodiis*, p. 94, repetitus a Maio *Spic. Rom.* l. cit.. —2) ἤγουν ἐπ' αὐτοὺς βαίνοντες, glossa in margine posita ob locum luxatum.—3) εὐχαριστία. Huc usque Maius, et ego miror cur caetera obvia in eodem codice neglexerit.—4) παραχωρηθείη nemo non malit.

IV. Ἐκ διαθήκης ἐπιτελευταίου 1).

Ex ultimo Methodii adversus eosdem testamento.

Τούτους, μετάνοιαν εἰ θέλοιεν, ἀξιώσατε καὶ εἰς κοινωνίαν προσλαβέσθε· δῆλον δὲ ὅτι κατὰ ἁγιωτάτων πατριαρχῶν Ταρασίου καὶ Νικηφόρου συγγράμματα τοῦ πατρὸς αὐτῶν ἀναθεματίζοντας· τῇ ἐκκλησίᾳ δὲ ὁλοψύχως προσερχομένοις ἁπλοῦ ἱερατικοῦ βαθμοῦ καθ' ἑαυτοὺς ἐξουσίαν ἀπόδοτε.

Eos, si quidem poenitere velint, consideratos habete et in communionem recipite: dummodo videlicet adversus sanctissimos Tarasium et Nicephorum patriarchas scripta eorum patris cum anathemate reiiciant: ad ecclesiam vero cum sincera anima revertentibus date simplicis sacerdotum ordinis facultatem.

V. Ἐκ τῶν ἀφορισμῶν τῶν Στουδιτῶν μοναχῶν.

Ex actis in separatione monachorum Studitarum.

Μετὰ πολλῶν καὶ ἁγίων γερόντων τῶν παραινούντων, ὑπὲρ ἅπαντας τοῦ μεγάλου Διονυσίου 2) κατακούσαιεν ὡς θυμῷ καὶ ἐπιθυμίᾳ καὶ λόγῳ μόνῳ διαιτᾶν 3) ἔξεστιν αὐτοῖς, οὐ μὴν περὶ οἱουδήποτε τῶν κατατεταγμένων ἐν κλήρῳ ἢ λαλεῖν ἢ ἀκούειν συγχωρηθήσονται τὸ σύνολον, ὡς ὁ κανὼν διηγόρευσεν, οὔτε μὴ κοσμικοῖς ἐπιβάλλειν πώποτε πράγμασιν· ὡς γὰρ στρατείαν ἢ ἀρχίαν 4) ἑαυτῷ τις οὔποτε λήψεται, κἂν πάνυ δόξῃ πολεμικός τις εἶναι καὶ μαχιμώτατος, ἐπεὶ φωραθεὶς τοῦτο θέλειν, εἰς ἀπαγωγὴν ἐκδοθήσεται (καὶ τοῦτο ὑπεμνημάτισεν ὁ παμμέγιστος Διονύσιος)· οὕτως οὐδὲ ἑαυτῷ τις τὰ τῶν ἱερέων ἐπιτρέψειεν, ἐπεί φησιν καὶ ὁ μέγας ἀπόστολος, ὅτι οὐχ ἑαυτῷ τις λαμβάνει τὴν τιμήν, ἀλλ' ὁ καλούμενος ὑπὸ Θεοῦ 5). Καὶ ἐπάγει· Καθὰ καὶ ὁ Ἀαρών, οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς οὐχ ἑαυτὸν ἐδόξασε γενηθῆναι ἀρχιερέα, ἀλλ' ὁ λαλήσας πρὸς ἑαυτόν· Σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. Ὅτε δὲ οἱ ἐπίσκοποι, εἴτουν οἱ ἱεράρχαι καὶ οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ τῶν ἀποστόλων διάδοχοι, ἢ ὡς οἱ πατριάρχαι, τὰ κατ' ἀξίαν ἀφώρισαν, κατὰ τὸν θεσπέσιον Διονύσιον, καὶ ἡ τῶν κανόνων ἐπιγραφὴ διαδηλώσει ἐκφανέστατα· τοῖς γὰρ ὑφειμένοις τάξεσι παρὰ τῶν ἐπικειμένων τὰ κατ' ἀξίαν ἀφορίζεται.

Cum multis et sanctis senibus qui eos adhortantur, supra omnes Magnum Dionysium audiant, quod cum ira vel cupiditate et ratione solis vitam eis agere licet, non autem de quovis eorum qui in clero constituti sunt, loqui vel audire eis omnino permittetur, sicut canon edixit, sed neque unquam mundanis negotiis aggredi. Quemadmodum enim nemo sibi unquam assumet militarem aut civilem principatum, etiam si bellicosus et pugnacissimus esse videatur, et si velle deprehensus fuerit, abducetur in custodiam, ut litteris mandavit maximus omnium Dionysius, ita nec sacerdotalia quis sibi munera permiserit, quandoquidem summus quoque dicit apostolus « quod nemo sibi assumit honorem, nisi qui vocatur a Deo, » et subiungit: « Sicut et Aaron, ita et Christus non seipsum glorificavit, ut fieret pontifex, sed is qui dixit ad eum: Tu es Sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. » Quod autem episcopi, sive hierarchae et apostoli et apostolorum successores, vel quemadmodum patriarchae certo iure separaverint, ut ait divinus Dionysius, canonum quoque inscriptio manifestissima declarabit: inferiores enim a superioribus iure quoad munera segregantur.

VI. Περὶ τῶν ἀπαρνήσεων διαφόρων προσώπων καὶ ἡλικιῶν πρὸς τὴν ὀρθόδοξον καὶ ἀληθῆ πίστιν ἐπιστρεφόντων 7).

De iis qui abnegarunt secundum diversas personas et aetates et ad orthodoxam veramque fidem revertuntur.

Εἰ μὲν παιδίον συνελήφθη, καὶ ἠρνήσατο, εἴτε φόβῳ, εἴτε ἀγνοίᾳ καὶ ἀμαθείᾳ, ὁ τοιοῦτος ἱλαστικὰς 8) εὐχὰς ἐπὶ ἡμέρας ζ' λαμβανέτω 9), καὶ τῇ η' λουέσθω, καὶ ἀπὸ τοῦ λουτροῦ λεντίῳ περιζωσθεὶς χριέσθω μύρῳ, καθὼς εἰώθασιν οἱ βαπτιζόμενοι, καὶ φορησάτω ἱμάτια καινὰ κατὰ τὸν τύπον τῶν βαπτιζομένων.

Si puer quidem comprehensus fuerit et abnegaverit, sive metu, seu ignorantia et inscitia, is propitiatorias preces septem diebus suscipiat, et octavo die lavetur, et a lavacro accinctus linteo, chrismate ungatur, ut solent qui baptizantur, et ferat vestes novas ad imitationem eorum qui illu-

1) ἐπιτελευταίου apud eumdem qui nihil nisi brevem titulum ostendit loc. cit.—2) Διονυσίου. Hervetus βασιλείου legit, neque hactenus sustulisse videtur hoc testimonium quae Areopagitica Methodii aliquatenus confirmantur. Cf. ep. ad Demophilum, ex qua paulo post Methodius excerpsit varias lacinias ab Herveto haud omissas.—3) Legere ausim: ὡς οὐ θυμῷ καὶ ἐπιθυμίᾳ, ἀλλὰ λόγῳ μόνῳ, quod est: « non cum ira et studio, sed sola ex ratione iudicare licet. »—4) An στρατιαρχίαν? ἑαυτῷ utrob.—5) Θεοῦ. Hebr. V, 4-6. 6) ἀφορίσειν ib.—7) Ἐπιστρεφόντων. vid. Goar. Ritual. Graec. p. 87 ed. Paris, ubi variae lectiones ex codd. Barberin. Cryptoferrat. et Allatianis congeruntur. — 8) ἱλασθητικὰς Goar. constanter. — 9) λαμβανέτω id. om. qui fuse exponit lavationem ibi memoratam minime esse secundum baptismum.

Εἰ δὲ νεανίαι εἶεν ἢ πρεσβύτεροι ἢ γέροντες, τέλειοι ὄντες τὴν ἡλικίαν, εἰ μὲν ἀπὸ βασάνων ἠρνήσαντο, τυχέτωσαν φιλανθρωπίας, πλὴν νηστευέτωσαν δύο τεσσαρακοστάς, σχολάζοντες ταῖς προσευχαῖς, καὶ ἐκτελοῦντες γονυκλισίας καὶ ἐκτενεῖς δεήσεις. Ἐγγίζοντος δὲ τοῦ πληρώματος τῶν δύο τεσσαρακοστῶν, η´ ἡμέρας δεχέσθωσαν ἱλαστικὰς εὐχάς, καὶ λεγέτωσαν καθ᾽ ἑκάστην τὸ Κύριε ἐλέησον ρ´, καὶ λουέσθωσαν καὶ χριέσθωσαν τῷ μύρῳ, κατὰ τὴν προειρημένην διαταγήν, καὶ γινομένης λειτουργίας ἀξιούσθωσαν τῶν ἁγίων μυστηρίων, σχολάζοντες καθὼς οἱ φωτιζόμενοι τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ τῇ λειτουργίᾳ τὰς η´ ἡμέρας.

Εἰ δέ τινες ἀπὸ προαιρέσεως ηὐτομόλησαν πρὸς τὴν ἄρνησιν, οἱ τοιοῦτοι 1) κανόνα μὲν φοβερὸν ἐχέτωσαν, ἀλλὰ διὰ συμπάθειαν, ἐπὶ δύο ἐνιαυτοὺς νηστευέτωσαν, ἀπεχόμενοι κρεῶν, καὶ τυροφαγίας καὶ ᾠῶν καὶ οἴνου, ποιοῦντες γονυκλισίαν, εἰ μὲν νέοι εἰσὶ καὶ ἰσχυροί, καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν ρ´, λέγοντες καὶ τὸ Κύριε ἐλέησον σ´· εἰ δὲ ἀδύνατοι, κατὰ δύναμιν. Πληρωμένων δὲ τῶν δύο ἐνιαυτῶν, πρὸ η´ ἡμερῶν λαμβανέτωσαν ἱλαστικὰς εὐχάς, καὶ τὰ ἑξῆς, ὡς προτέτακται, γενέσθωσαν ἐπ᾽ αὐτοῖς, εἴτε ἄνδρες εἶεν εἴτε γυναῖκες, μόνον τέλειοι ἡλικίαν.

miuantur. Sin autem adolescentes sint, vel senes aut seniores, aetate nimirum perfecti, modo propter tormenta negaverint, habeantur cum clementia; sed duas ieiunent quadragesimas, vacantes orationibus, et genuum flexiones precesque prolixas peragentes. Duarum autem quadragesimarum appropinquante fine, per VIII dies recipiant preces propitiatorias, et dicant singulis diebus Kyrie eleison C, et laventur et ungantur iuxta praescriptum ordinem, factaque liturgia, sacrosanctis mysteriis digni habeantur, vacantes, more baptizatorum, ecclesiae et sacrificio VIII diebus.

Si qui autem sponte sua se contulerint in apostasiam, istiusmodi canonem habeant, formidandum quidem, verum haud sine benignitate, per duos annos ieiunent, abstinentes carnibus, caseo, ovis et vino, facientes, si iuvenes sunt et robusti, singulis diebus genuum flexiones C, dicentes *Kyrie eleison* CC; sin autem imbecilles sunt, pro viribus. Completis duobus annis, octo diebus ultimis recipiant preces propitiatorias, et caetera, uti superius statutum est, fiant super eos, sive viri, sive mulieres sint, modo adulta sint aetate.

VII. *Sententia de Iconomochis* 2) *non revelandis ex confessione.*

Τὸν πνευματικὸν μαρτυρήσαντα ὅτι ὁ πνευματικὸς αὐτοῦ υἱὸς εἰκονομάχος ἦν, πρὸς τὸ μὴ τοὔπιον διακονεῖν, ἐπιτιμίᾳ κατέθετο· ἀθέμιτον γὰρ ἔλεγε τὴν ἄδικον μαρτυρίαν.

Sacerdotem a confessionibus testatum contra filium spiritalem eum esse Iconomachum, ne amplius in posterum ministraret, poenae [Methodius] subiecit: dicebat enim nefarium esse et iniustam huiusmodi testimonium.

VIII. *Ex canone de S. Nicolao cantic.* 1.

Ὠδὴ α´. ἦχ. β´. Στείβει θαλάσσης 3).

Ὑψίστη μόνη· πανσθενὴς θεαρχία·
Μία τε φύσις· καὶ τρὶς ἄνακτε δόξα·
Νεῦσον τοὺς μέλπειν· τολμῶντας Νικόλαον·
Ὄρθρῳ φωτίσαι· τὴν πανίερον μνήμην·
Σὺ γὰρ πέλει φῶς· καὶ σοφία καὶ δόξα·

Πρόσδεξαι τοῦτον· τὸν βραχύτατον λόγον·
Ἄριστε ἀνερ· τοῦ Θεοῦ καὶ θέραπον·
Ῥώμην δὲ θείαν· καὶ χάριν οὐρανόθεν·
Ἥξαι δυσώπει· τοῖς τολμῶσιν ἐκ πόθου·
Μέλπειν σε θερμὲ· ἐν κινδύνοις προστάτην.

Cantic. 1. toni II. *Calcat maris.*

Altissima quae sola omnia potes Thearchia, — unaque natura et ter regia gloria, — nutu fave nobis, qui canere audemus Nicolaum; — ut hoc mane celebremus sacram illam memoriam;—tu enim lux es, et sapientia et gloria.

Accipe hanc tenuissimam dictionem, — optime homo Dei et famule;—divina autem virtus et gratia superna—adsint nobis ora, qui ob amorem audaces, — te canunt, o dilecte, in periculis sospitatorem.

1) βαλέτω ib. τοιοῦτοι. Inde in finem pleraque apud Goarum desiderantur.

2) *Iconomachis.* Sequentia praestat Comnenus Papedopulus, quae nisi et tot alia e cerebro cuderit, accepisse videtur ex aliqua vita S. Patriarchae.

—3) Θαλάσσης. Ex Damasceníco canone in Theophania. Quae vero ex Methodio sequuntur, descripta sunt ex vallicelliano cod. E. 54, membranaceo, saec. XII. Scripturae apices et commata, qualia prisca manus posuit, religiose servantur.

Ὥσπερ ἐκτήσω· ἀρετῶν τὰ μεγέθη·
Νοῦς ἐν ἀνθρώποις· μὴ θαυμάσῃ πηλίκος·
Ἐν γὰρ τῇ τούτων· σχολῇ καὶ πραγματείᾳ·
Κέκτησαι πάσας· φερωνύμως τὰς κλήσεις.
Ταύταις λαμπρυνθῇς· καὶ φωτίζῃς τὸν κόσμον.

Ἐν σοὶ τὸ κλέος· μητροπάρθενε πέλει·
Θεῖος γὰρ Λόγος· ἐν γαστρί σου σκηνώσας·
Ἔλαμψεν αὖθις· ἐν κόσμῳ σαρκοφόρος·
Ἵνα τὸν πάλαι· παραβάσει φθαρέντα·
Σώσας ὡς Θεὸς· διὰ σοῦ ἀναπλάσῃ.

Eo usque adeptus sis virtutum culmina, — quota hominum mens non mirabitur? — Dum eas enim et doces et exerces, — omnia tibi nomina comparasti quae excellentius vocantur, — quibus irradiare et corusca per orbem.

In te gloria, mater atque virgo, manet; — divinum namque Verbum in sinu tuo inhabitans, — illuxit dudum, carnem in mundo ferens, — ut eum qui olim lapsu pollutus fuit, — salvum quo Deus facturus, per te iterum refingeret.

ANNOTATIONES

Falleretur, si quis hos me versiculos adduxisse existimaret, ut varietate severiora temperarem; aut nihil a me inde expectaret, nisi quod uno probem exemplo qua dogmatum ubertate simul ac sermonis facilitate floreat musa nostrorum vatum. Aliud me movet. Neque enim grandius, neque utilius opus factum fuisse putem, per haec quae lustramus saecula, quam totam credendi legem in hymnos populares publicasque preces transiisse, summaque fidei dogmata ita fuisse rectis expressa formulis, ut, si pauca excipias invecta recentius, ingens illud liturgicae disciplinae corpus, quod Graecorum adhuc manibus teritur, ab errore prorsus immune sit. Meum igitur erat, qui disciplinae ecclesiasticae historicus ago, haec non omittere, sed claris describere monumentis. Exempla igitur suo dedi loco, unde quid et quomodo ab initio in tropariis factum sit, tum etiam qua ratione maius canonum opus soluto simul et ligato sermone, excluso autem metro, in multa cantica progrederetur.

Nonne vero etiam metris utebatur Damascenus, nonne et Methodius? Hoc superest interpretandum. Ut a communi omnium fere sententia recedere debui, qui de sacris Graecorum hymnis scripserunt, ac negarunt ullam in eis esse ligatae poesiae rationem, rursus eosdem deserere cogor, dum Damasceni iambicos excipiunt canones, eosque aiunt veterum esse metrorum legibus subiiciendos. Senarii quidem versus sunt, in eo saltem sensu quod duodecim syllabas perpetua lege continent. Sed neglecto sive ad breves, sive ad longas, sive ad hiatum respectu, syllabae sponte numerantur; ac praeterea post quintam syllabam, non solum ob finitam dictionem, sed sensu plerumque leviter suspenso, media quaedam requies interponitur 1). Habes igitur quasi duos versus sibi cohaerentes ac veluti caesurae, ut a grammaticis dicitur, fibula connexos, priorem

1) *Interponitur*. Quae quidem caesurae lex, ut etiam apud veteres aureae aetatis, haud semel omittitur in sacris Damasceni canticis, vix autem observatur ab illo Ioanne τῷ Ἀρκλᾷ, ignoto canonis pentecostalis auctore, cui placuerunt nimium sesquipedalia verba quam ut frequentius eum respirare sinerent, ut in hoc versu μονοῤῥύθμῳ Graecis notissimo: ἀκτιστοσυμπλαστουργοσύνθρονον σέβειν.

ex quinque syllabis, ex septem conflatum posteriorem: qui duo versus quum frequentiore consuetudine apud Syros usurpentur, nullus ego dubito quin a suis civibus Damascenus totum acceperit, Graecisque tradiderit hymnographis. Sicut igitur caeteris omnibus hymnis, ita iambicis quoque vel senariis una communisque lex sacra esto, ut interdicta prorsus veterum poetarum licentia ac disciplina, in ecclesiasticis canticis ita syllabae perpetuo et conspicuo calculo connumerentur, ut ne hilum quidem aut apicem addi vel adimi, quin advertatur, fas sit.

Haud quidem diffitear Damascenum quam proxime ad senariorum conditionem prosodicam accessisse; sed ab ipso canone Theophaniae: Στείβει θαλάσσης, cui Methodius adhaesit, haud unum troparium adducere licet, quod in nostram legem plane recidit, ut illud tertium septimi cantici, quod iuxta codd. mss. hic recitatur:

Ἀποῤῥαγέντος τοῦ Ἰορδάνου πάλαι·
Ἰσθμῷ περᾶται λαὸς ἰσραηλίτης·
Σὺ τὸν κράτιστον· ἐμφοροῦντα τὴν κτίσιν·
Ἠπειγμένως σὺν ἐν ῥοαῖς διαγράφων·
Πρὸς τὴν ἄῤῥευστον καὶ ἀμείνονα τρίβον.

Hactenus haec. Iam vero piget me a sanctis novae Romae patriarchis recedere, insalutato eorum socio et aemulo, fortissimo illo Ignatio, qui ultima Ecclesiae certamina adversus Photium ad mortem usque sustinuit et prosecutus est. De quo quidem, sive in acie totus otium non habuerit quidquam de re canonica dictandi, sive potius quod photiane invidia dissipaverit omnem sancti viri haereditatem nihil superest, nisi forte unam servatam esse velis sententiolam, sed quae tibi dabitur ex unico et dubio vade Nicolao Comneno. Solus quippe est qui ut supra Methodium, ita simul Ignatium adduxit de gravissimo arcanae confessionis argumento, in hunc porro modum 1): « His adde et Ignatium, clarissimum praesulem, et pene non martyrem, cuius haec synodica sententia est:

Τὰ τῆς ἐξομολογήσεως πάντα ἀπόῤῥητα ἀνθρώπου ἔξωθεν μαρτυρίαν· ἐπικατάρατος οὖν ὁ ἱερεὺς μαρτυρῶν κατὰ τοῦ πνευματικοῦ υἱοῦ.

« Quae pertinent ad sacram confessionem, omnia arcana sunt et hominis respuunt testimonium. Igitur diris Ecclesiae devotus esto sacerdos, si testimonium dixerit contra filium spiritalem.

Hic rursus ad ecclesiasticos musae byzantinae senarios reversus, ut vacuo fruar angulo ac levi otiolo indulgeam, in honorem sanctorum Germani, Tarasii et Nicephori, aveo quosdam venetos spargere flores, quos memini me, animi recreandi gratia, olim carpere ex Marciano vetusto codice et in sertum colligere; quae munuscula iam pene in oblivio emarcuerant.

Τοῦ ἁγιωτάτου Ταρασίου ἐπίγραμμα εἰς τὸν ἀπεικονισμὸν τῆς σταυρώσεως.

Ἐλευθερώσας πάντας εἰδώλων πλάνης,
Στηλογραφεῖται Χριστὸς ἐσταυρωμένος.

Τοῦ ἁγιωτάτου Γερμανοῦ.

Ὁ τὰς νοητὰς καὶ θεατὰς οὐσίας
Ἐξεικονίζων ὡς Θεὸς κατ' οὐσίαν,
Τὸ ῥευστὸν ἡμῶν προσλαβὼν τῆς εἰκόνος,
Ἀνθρωπομόρφως εἰκονίζεται εἰκόνι.

Τοῦ ὁσιωτάτου Νικηφόρου ἐπισκόπου ΚΠ. εἰς τὸν ἁγίων εἰκόνων ἀνάγραπτον διάκοσμον.

Τύπους θεωρῶν ἐνθέων μυστηρίων,
Τρόπους νόησον ἐγγράφους σωτηρίους,
Ἐν οἷς τὰ σεπτὰ τῆς κενώσεως λόγῳ [Λόγου?]
Σοφῶς ἀθροῦνται καὶ τελοῦνται προσφόρως.

1) *Modum.* De Praenotionib. myst. p. 408.

CAPUT II.

CANONUM GRAECORUM COLLECTIONES

A IOANNE SCHOLASTICO AD PHOTIUM.

I. Fieri haud potuit, tunc temporis non colligi ab aliquo iuris studioso veteres Ecclesiae leges, quum eccenso multorum studio, hortante ipsa imperatore stimulosque addente, omnia iuris civilis instrumenta ab incunabulis romanae civitatis in unum cogerentur. Neque etiam a reipublicae tabulis ecclesiastica decreta ita licuit seperari, quin plura misceri oportuit. Interdum enim utrique provinciae iidem homines praeerant. Praeterea, utriusque regionis fines adeo contigui et vicini adiacent, ut quamtumvis certo ac fixo limite dividantur, haud pauca hinc et inde affinia et communia remaneant. Miraris fortasse quamobrem, quum fuerint tot vincula imperium inter et sacerdotium, Caesaribus tamen pene omnibus silentio transactis, ad saeculum usque nonum in hac disciplinae christianae historia iam perventum sit. Tolle enim paucas Iustiniani novellas, quarum pro re nata, at non necessaria, memini; fac nullum fecerim locum sive Trullanorum prosphonetico, sive anathemati adversus tyrannos Iconomachos: vix suspicio esset tunc caesares extitisse. Et bene est Ecclesiam suas, ac si sola regnavisset, multas condidisse multiplicesque leges. Et sane plena suo iure utitur, neque ab hominibus habet, ut societas publica et integra sit, quae certe omnem. humanae communitatis facultatem per se exercet.

II. Ne tamen quidquam omittatur, adesto demum haud ignobilis duumviratus, cui id potissimum per me dixeris studio fuisse, ut canones inter et leges quoddam oriretur commercium foedusque percuteretur. Ac prioris quidem opus satis opportuno nomine dictum est, vel ab Occidentalibus, *Concordia canonum; Nomocanon* vero posterioris, pressius atque audacius. Ambo homines quasi aetate pares; unus vero quum sit nomine notus et auctoritate praestantior, Ioannes Scholasticus, alterum obstinatissimae tenebrae tegunt. Ille autem satis male audit, hic vero ne fando quidem auditus est. Scholasticus interea, per quinque aut sex saecula primas tenet in iure ecclesiastico partes. Anonymi quamvis nomen, aetatem, patriam, memoriam nox densa condiderit, eiusdem tamen nomocanon adeo luce non privatur, quin Photio invidiam fecerit, aptissimumque videretur, quo, vel cum plagii periculo, nomen suum posteris commendaretur. Factum inde, ut quum Ioannes ille, pene pseudopatriarcha, per saecula quinque in iure regnaverit, labente post Balsamonem simili lustro, hic larvatus Photius omnem pene locum sibi solus tenuerit. Singulare illud utrique est, ut publicas leges una et sanctiones Ecclesiae, haud sine multa utriusque disciplinae peritia, consociaverint; cum eo tamen discrimine, ut praesul quidem cautissime et apertissime leges a canonibus separaverit; ἀνεπίγραφος vero magister nomocanonis, hac voce quasi pressus, utrumque ius necti et cogi vinculo continuo insserit. Hinc, nisi fallor, ambo quasi vexilla duplicis scholae tenent, ut sive alii qui prudenti criterio iura dividunt, sive alii qui, repagulis admotis, propius omnia confurunt, distinctis ultro citroque signis, duo agmina cum iisdem ducibus faciant. At commune omnibus est, ut legum non sint conditores, sed collectores; neque etiam interpretes aut scholiastae, sed ieiuni manserint exceptores, qua potissimum sacra at-

tigere, imposita quasi lege silentii qua iuris peritorum facundiam Iustinianus compescuit; et floruisse ambos facile crederem circa haec tempora, quum, interdictis in leges civiles commentariis, vix arida paratitla ac tenues indices permitterentur.

III. Nonne vero utriusque vitium insigne est, infaustumque sive a ducibus, sive a sequacibus datum exemplum, adultero iunxisse connubio profanas imperatorum leges cum sacris Ecclesiae canonibus? Gravissimae quaestioni quum iam in prolegomenis occurrere festinavimus, hic satis erit cl. Maii verba quaedam opportuna colligere: « Nonnullis, inquit, hoc non placet institutum, qui rationem hanc nomocanonum, id est imperialium legum cum episcopalibus regulis copulam, prava erga principes assentatione progenitam iudicant. Nimis id fortasse dictum severe: etenim civilis iuris cum canonico comparatio et multas habet utilitates, et nullum per se vitium redolere videtur. In corpore iuris anteiustinianei antiqua extat mosaicarum et romanarum legum collatio. Insuper in Francorum regum capitularibus et in barbarorum legibus apud Cancianum, quot quantaque huiusmodi habemus! Non quod saecularis potestas rem religiosam gubernare queat, vel quidquam contra canones imperare: sed quia disciplinam, iudiciis episcopalibus iam constitutam, boni principes regia vi roborandam eiusque praxim imperandam curabant 1). » Singula vero huiusmodi opera iam ex ordine describi et recenseri operae pretium est.

Canones apostolici in Ioannis Antiocheni titulos inserti 2).

α΄	ἐγράφετο	εἰς τίτλ. ζ΄ κεφ. α΄
β΄	—	εἰς τίτλ. κε΄ κ. α΄
γ΄	—	εἰς τίτλ. μϛ΄ κ. ϛ΄
δ΄	—	εἰς τίτλ. μ΄ κ. ζ΄
ε΄	—	εἰς τίτλ. κζ΄ κ. α΄
ϛ΄	—	εἰς τίτλ. ιδ΄ κ. α΄
ζ΄	—	εἰς τίτλ. η΄ κ. η΄
η΄	—	εἰς τίτλ. μζ΄ κ. δ΄
θ΄	—	εἰς τίτλ. ιζ΄ κ. γ΄
ι΄	—	εἰς τίτλ. ιη΄ κ. α΄
ια΄	—	εἰς τίτλ. ιη΄ κ. β΄
ιβ΄	—	εἰς τίτλ. ιη΄ κ. γ΄
ιγ΄	—	εἰς τίτλ. ιη΄ κ. δ΄
ιδ΄	—	εἰς τίτλ. ιβ΄ κ. α΄
ιε΄	—	εἰς τίτλ. ιβ΄ κ. α΄
ιϛ΄	—	εἰς τίτλ. ιη΄ κ. ε΄
ιζ΄	—	εἰς τίτλ. κε΄ κ. ε΄
ιη΄	—	εἰς τίτλ. κε΄ κ. ϛ΄
ιθ΄	—	εἰς τίτλ. κε΄ κ. ζ΄
κ΄	—	εἰς τίτλ. ιδ΄ κ. ζ΄
κα΄	—	εἰς τίτλ. θ΄ κ. α΄
κβ΄	—	εἰς τίτλ. μ΄ κ. ε΄
κγ΄	—	εἰς τίτλ. μ΄ κ. θ΄
κδ΄	—	εἰς τίτλ. μ΄ κ. ια΄
κε΄	—	εἰς τίτλ. με΄ κ. γ΄
κϛ΄	—	εἰς τίτλ. κϛ΄ κ. η΄
κζ΄	—	εἰς τίτλ. ιζ΄ κ. α΄
κη΄	—	εἰς τίτλ. ιζ΄ κ. α΄
κθ΄	—	εἰς τίτλ. ια΄ κ. α΄
λ΄	ἐγράφετο	εἰς τίτλ. ια΄ κεφ. β΄
λα΄	—	εἰς τίτλ. κβ΄ κ. γ΄
λβ΄	—	εἰς τίτλ. ιη΄ κ. ϛ΄
λγ΄	—	εἰς τίτλ. κ΄ κ. ζ΄
λδ΄	—	εἰς τίτλ. β΄ κ. α΄
λε΄	—	εἰς τίτλ. γ΄ κ. α΄
λϛ΄	—	εἰς τίτλ. ε΄ κ. α΄
λζ΄	—	εἰς τίτλ. μθ΄ κ. α΄
λη΄	—	εἰς τίτλ. ε΄ κ. α΄
λθ΄	—	εἰς τίτλ. κβ΄ κ. α΄
μ΄	—	εἰς τίτλ. δ΄ κ. α΄
μα΄	—	εἰς τίτλ. ε΄ κ. β΄
μβ΄	—	εἰς τίτλ. λ΄ κ. α΄
μγ΄	—	εἰς τίτλ. λ΄ κ. β΄
μδ΄	—	εἰς τίτλ. ιδ΄ κ. δ΄
με΄	—	εἰς τίτλ. λζ΄ κ. ιε΄
μϛ΄	—	εἰς τίτλ. λζ΄ κ. ιϛ΄
μζ΄	—	εἰς τίτλ. λϛ΄ κ. ε΄
μη΄	—	εἰς τίτλ. μα΄ κ. η΄
μθ΄	—	εἰς τίτλ. λϛ΄ κ. ια΄
ν΄	—	εἰς τίτλ. λϛ΄ κ. ιβ΄
να΄	—	εἰς τίτλ. κθ΄ κ. α΄
νβ΄	—	εἰς τίτλ. λβ΄ κ. ιβ΄
νγ΄	—	εἰς τίτλ. κθ΄ κ. β΄
νδ΄	—	εἰς τίτλ. λ΄ κ. γ΄
νε΄	—	εἰς τίτλ. κβ΄ κ. β΄
νϛ΄	—	εἰς τίτλ. κβ΄ κ. γ΄
νζ΄	—	εἰς τίτλ. λ΄ κ. η΄
νη΄	ἐγράφετο	εἰς τίτλ. ι΄ κ. β΄
νθ΄	—	εἰς τίτλ. ε΄ κ. γ΄
ξ΄	—	εἰς τίτλ. ν΄ κ. θ΄
ξα΄	—	εἰς τίτλ. κε΄ κ. η΄
ξβ΄	—	εἰς τίτλ. λθ΄ κ. α΄
ξγ΄	—	εἰς τίτλ. κθ΄ κ. γ΄
ξδ΄	—	εἰς τίτλ. λβ΄ κ. α΄
ξε΄	—	εἰς τίτλ. λζ΄ κ. ιζ΄
ξϛ΄	—	εἰς τίτλ. μ΄ κ. ζ΄
ξζ΄	—	εἰς τίτλ. μβ΄ κ. δ΄
ξη΄	—	εἰς τίτλ. κε΄ κ. θ΄
ξθ΄	—	εἰς τίτλ. λα΄ κ. α΄
ο΄	—	εἰς τίτλ. λζ΄ κ. ιθ΄
οα΄	—	εἰς τίτλ. λζ΄ κ. ιη΄
οβ΄	—	εἰς τίτλ. μϛ΄ κ. κ΄
ογ΄	—	εἰς τίτλ. μϛ΄ κ. β΄
οδ΄	—	εἰς τίτλ. ιζ΄ κ. α΄
οε΄	—	εἰς τίτλ. ιϛ΄ κ. β΄
οϛ΄	—	εἰς τίτλ. ϛ΄ κ. α΄
οζ΄	—	εἰς τίτλ. θ΄ κ. β΄
οη΄	—	εἰς τίτλ. θ΄ κ. γ΄
οθ΄	—	εἰς τίτλ. κε΄ κ. ι΄
π΄	—	εἰς τίτλ. λϛ΄ κ. α΄
πα΄	—	εἰς τίτλ. ιδ΄ κ. β΄
πβ΄	—	εἰς τίτλ. λγ΄ κ. γ΄
πγ΄	—	εἰς τίτλ. ιδ΄ κ. θ΄
πδ΄	—	εἰς τίτλ. ν΄ κ. ι΄
πε΄	—	εἰς τίτλ. ν΄ κ. ια΄

1) *Curabant.* Spicil. Rom. VII praef. p. XIX.

2) *Inserti.* Descripsimus ex codice Vindobon. *histor. VII* sequentem indiculum, quem iam latine dedimus in superiori tomo p. 12, iterumque loco vacuo hic reservavimus. Frustra vero quaesieris tot canones apostolicos in L titulis sive edd. sive mss.

I.

IOANNIS SCHOLASTICI PATRIARCHAE CP.

QUINQUAGINTA TITULI CUM ALIIS VARIAE AETATIS APPENDICIBUS.

I. Ioannes, communi pene illustrium in ecclesia antiochena virorum cognomine dictus, natus in vico Sirmio 1), oriundus Cynegica ex regione, rei primum forensi operam dedit. Publicae iuris scholae, nondum a Iustiniano suppressae, Beryti, Caesareae, in Oriente vulgo florebant. Antiochiae egregii erant antecessores, quorum precibus, ne alie memorem, Athanasius Emesenus suos ornavit commentarios. Iisdem fortasse moventibus, aliorum certe ductus exemplo, Ioannes aeque scholasticus, necdum, ut videtur, ascriptus clero, leges ecclesiasticas sedulo collegit, collectasque distribuit in quinquaginta titulos. Cui parum fuit Ecclesiae suum contulisse studium, quin nomen etiam clero deret. Sacris initiatus, adeo apud patriarcham gratia valuit, ut eius vice apocrisiarius mitteretur Constantinopolim. Qua in urbe ea dexteritate aut fortuna usus est, ut sive ab imperatore sive a clero et plebe, S. Eutychio a dignitate moto surrogaretur. Inde multorum querelae satis asperae, quum alii eum haereticis faventem 2), dicant, alii « intrusum, servum gloriae et nundinatorem rerum sacrarum 3). » Mitiora suadent tum sacri honores eius memoriae dati apud Graecos, tum silentium et pax a Romanis pontificibus, qui non segnes caeterorum antistitum vindices esse solent, neque singularum ecclesiarum muti custodes. Omnem erroris nebulam dispellunt, qui nuper etiam Iustinianum eximunt 4) ab impietate Incorruptibilium. Quod spectat ad sedem audacius occupatam, haud aegre notaverim et eamdem procellam, quae Eutychium Apameam rapuit resque miscuit byzantinas, sedem quoque antiochenam perflavisse, sanctumque pepulisse Anastasium; et pleno idem de Ioanne dicendum, quod antea de Gregorio Sinaita, qui per multos annos alienam rexit ecclesiam vicario iero. Uti Gregorio sancti amici et egregia fama, ita dudum Ioanni neutrum defuit. Eum quoque S. Simeon Stylites precibus et oraculis adiuvit 5), ut Gregorium beatus abbas Sergius. Et quemadmodum Ioannes Iustiniano et Iustino, sic Gregorius admirationi fuit, non Romanorum modo, sed etiam Persarum imperatoribus. Egregia demum utrinsque opera supersunt, inter quae eminent L tituli quos Ioannes Antiochiae collegit, edidit vero iterum, iam patriarcha factus, et multis locupletavit auctariis. Cum obiisset a. 577, post eum S. Eutychius Byzantii rursus, ut paulo post Anastasius Antiochiae, sacra gubernacula suscepit.

II. Quale fuerit Ioannis consilium in condendis L titulis, ipsius prooemio satis declaretur. Additur in sequenti indice quidnam habuerit ad manum, quaeve acceperit. Cui viam stravit aliud simile LX titulorum opus. Praesto fuit codex canonum ex decem conciliis

1) *Sirmio*. Theophan. Chronogr. ad ann. 3557 p. 51. Vita S. Simeonis styl. n. 24.

2) *Faventem*. Cf. Bolland. XXI Febr, inter praeterm.

3) *Sacrarum*. Baron. ad ann. 564 n. 14. Bolland. Hist. chron. patriarch. CP. n. 31. Nemo disertius de eo egit quam Assemanus in Bibl. Iur. or. t. III p. 293-479.

4) *Eximunt*. Cf. Al. Vincenzi Origen. Vindiciae t. IV per totum.

5) *Adiuvit*. Bolland. XXIV Maii in vita l. c.

conflatus; sed Ioannes LXVIII Basilii canones (a XVII ad LXXXV) primus addidit. Erit fortasse qui quum viderit in L quoque libros dividi Iustiniani Digestos, velit inde Ioanni venisse similis quinquagenae consilium. Immo ex Codico, statim ut inserta in eum fuerit novella 1) quae vim publici iuris dedit canonibus conciliorum in Ecclesia iam receptorum, derivari ego crediderim tum syntagma sive codicem decem synodorum, tum consuetudinem ecclesiasticas leges sub certis titulis distribuendi. Haud clericis enim tantum, sed ipsis antecessoribus, hac novella edita, necesse prorsus erat et leges Ecclesiae noscere, easque facili usurpare indagine At semel iterumquo post alios Ioannes rem confecit; quomodo autem a posteriore prius differat Ioanois opus, aegre coniectare datur Inter multas codicum varietates, haud negaverim duplicem occurrere scripturam, unam ab editis titulis haud multo dissimilem, alteram vetustissimo codice vaticano, saeculi IX manu, feliciter insertam. Sed quum plusquam dimidiam venerandi codicis partem aevum tulerit, desperaverim fortasse amissa resarcire, nisi appulisset noperrime in bibliothecam Parisiensem, el v. Minoïdae Mynae opera, codex alter, e monte Atho acceptus, simillimus vaticano. Eadem plano operis ratio, eadem etiam in marginibus scholia, eaedem post titulos appendices. Quidni opiner ad titulos Ioannis secundisque eiusdem curis ea accessisse quaecumque in utroque codice crescunt sensim ac pro re nata, prout ad Ioannis manum obvenerunt aut ex eius tabulis fluxerunt? In utroque enim codice sunt. servato hinc et inde eodem ordine, nicaenus canon περὶ τοῦ ἁγίου πάσχα, tum LXXXVII capitula de quibus mox, deinde Basilii epistolae et pagellae quae ipsius priores et posteriores continent canones in titulis omissos, tum Nysseni, Timothei Alexandrini, Gregorii Thaumaturgi, Athanasii, Dionysii demum Alexandrini canonica opera, in quibus iam peno integer habetur nucleus, qui ab ipsa rerum turba iodigestus emicat, unde coaluit corpus canonicarum epistolarum, quae in titulis quidem desiderantur, sed paulo post Ioannem et aote Trullanos vim legis obtinuerunt. Dubio procul accessisse canonibus putem quaedam capita ecclesiastica ex novollis quae ipse Iuannes in LXXXVII capitula divisit.

III. Haec enim titulis addita fuisse a Ioanne iam patriarcha CP. statuitur omnibus fere codicibus qui plus minus integram habent vaticani parisiensisque epigrapheo, quae simul L titulorum clausula est et ioscriptio LXXXVII capitulorum: *ἐπληρώθη σὺν Θεῷ ἡ συναγωγὴ τῶν θείων κανόνων, ἐν ν' τίτλοις διῃρημένων, καὶ ἐκ τῶν νεαρῶν διατάξεων τὰ* 2) *πζ' κεφάλαια Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου* ΚΠ. *τοῦ ἀπὸ σχολαστικῶν.* « Finita cum Deo est sacrorum canonum collectio

1) *Novella.* Scilicet VI ad Epiphanium archiepiscopum CP. data a. 535.

2) *Appendices.* Utrumque praestat ad alterum, iunctis pressisque lateribus, admovere sub litteris A (vatic.) et B (paris). I. collectio L titulorum, A f 1-33; B f 1-74, sed exciderunt in A capp. I-XXXII et XLI-XLVII — II. Nicaenum de pascha decretum, A f. 33, B f. 74. — III. Capp. LXXXVII, A f. 34, B f. 74. — IV. Basilii epistola I canonica ad Amphilochium, A f. 54, B f. 105. — V. Nysseni epist. ad Letoïum, A f. 66, B f. 112. — VI. Timothei responsa XV, A f. 78, B f. 121. — VII. Basilius ad Gregorium presbyterum, A f. 81; B f. 124. — VIII. Basilius ex capite 27 de Spiritu Sancto, A f. 83, B f. 126. — IX. Gregorii Thaumaturgi epistola canonica, A f. 84, B f. 128. — X. Athanasii ad Ammun, A f. 88, B f. 128. — XI. Dionysii epistola ad Basilidem, A f. 93, B f. 131. — XII Basilius ex capite XXVII et XXIX, ut superiora compleantur, A f. 106, B f. 135-143. Huc usque A, ex iis fortasse absolvcadus quae in B sequuntur, sed plerumque post Ioannem apud Graecos circumlata sunt, scilicet canones Cypriani et Africanorum f 144-160, canones alterius synodi nicaenae f. 160, Anonymus de VII synodis f. 168, trullana quaedam f. 169, alia variorum de iuramentis, et mutilae Sisinnii ecthesea. Ipse autem parisiensis haud integer e Monte Atho venit.

in L titulos dispertita, ac simul LXXXVII capitula ex novellis excerpta a Ioanne archiepiscopo CP, qui ex scholasticis fuit. 1) » Capitulis de suo ne verbum quidem praestitit, sed inseruit XI novellas, caste et parce receptas, ut infra videtur. Neque etiam regia verba tam presse retinuit, quin plura breviori exprimeret compendio, more scholiorum, quae *indices* tunc vocabantur, ut fert cum duobus praecipuis codicibus vaticano et parisiensi, alter in monte Atho relictus 2): ὡς ἐν ἰνδικι. Praeterea brevissimo capitulorum prooemio notatur iam obiisse Iustinianum *divae memoriae* (τῆς θείας λήξεως): unde si tituli antiquiores esse nequeunt annis 530–535, capitula infra annos 564–578 incidant requiritur. Quanti vero pretii sit totum opus, facit in primis S. Papa Nicolaus, qui ad illam *Concordiam canonum* contra Photium provocat 3); testantur permulti codices; confirmant auctaria subinde orta; variis tradunt linguis versiones apud Syros, Aethiopes, Arabas, Slavos; suffragantur iuris ecclesiastici magistri, Arsenius in primis quem iubet minus aequo Balsamoni 4) opponere; neque silent etiam periti legum civilium, id quod sequentia ostendunt continuo.

IV. 1. Ioannis enim vestigia pone sequitur, nisi idem ipse sit, auctor syllogae quae inscribitur: Ἕτερα κεφάλαια ἐκκλησιαστικά. Sunt XXII capitula, quae ad unum omnia ex ipsis iisdemque novellis desumuntur, et tam in mss. quam in edito Iustelli libro recte Ioanni adiacent. Neque omittendum, ibidem occurrere plura quae ipsum fontem integriorem uberioremque exhibent, quam ut nunc, etiam post multorum curas habetur. Undenam vero capitula tam proxime Ioanni adhaereant, unoque pede cum caeteris LXXXVII ac simili prorsus gressu procedant, vix intelligo. nisi fuerint ipsum Ioannis opus, primum in XXII, deinde in LXXXVII particulas ex iisdem novellis distributum. Quod plane confirmat variorum codicum subscriptio: τέλος τῶν κεφαλαίων ἐκ τῶν νεαρῶν τῶν περὶ ἐκκλησιαστικῆς διοικήσεως Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου ΚΠ. τοῦ ἀπὸ σχολαστικῶν 5).

2. Alius Ioannis aemulus similem exegit collectionem quae dicitur XXV Capitulorum, ex codice potius hausta quam ex novellis: pars enim multo maior, scilicet priora XVIII capitula, totidem codicis referunt leges, Theodosio, Leoni, Iustiniano ascriptas, posteriora VII pertinent ad novellas CXX, CXXXI, CXXXII, CXXXIII, CXXXVII; quae quidem omnia, si pauca excipias, fortasse Ioannes consulto omiserat. Sed pleraque alias non extant graece: inde erecti multorum animi a tribus saeculis, ut editio omnibus numeris absolveretur, quae nobis eadem vulgandi omne onus levavit. Caeterum multis licet in codicibus rescripta, collectio tamen ab antiquis magistris tantum non neglecta fuit. Auctor habetur quidam byzantinus clericus, cui praesto erant novellarum exempla, quae ad patriarchas mitti et inscribi solebant, ut in publico eorum archivio conde-

1) *Fuit.* Vide infra titulorum varietates, sed sine mora conferatur aliis inscriptio codd. florent. et coislin. Ἰωάννου ἐπισκόπου ΚΠ., τοῦ μετὰ Εὐτυχίου, συναγωγὴ κανόνων ἐν ν' τίτλοις διῃρημένη. Corruat igitur necesse est Baudinii et Lambecii sententia, qui uno alterove codice decepti, collectionem Balsamoni tribuerunt. Vid. Laurent. Catal. t. I. p. 402; Lambecii lib. VIII p. 960 Kollar.

2) *Relictus.* In monasterio Φιλοθέου. Multa nimis ad haec Heimbach. p. XLVII.

3) *Provocat.* Epist. ad Photium; « Quomodo non sunt penes vos canones sardicenses, quando inter L titulos quibus *Concordia canonum* apud vos texitur, ipsi quoque reperiuntur? » Inde nullo iure intulit Iustellus, Ioannem fuisse omnium primum qui hos canones in codicem Ecclesiae inseruit.

4) *Balsamonis.* Ad can. trullan. 1, cf. Rhalli syntagm. t. II. p. 311.

5) Σχολαστικῶν Ita codd. bodleian. 86, laurent. Pl. V, 22, etc. Notavit Heimbachius apud Iustellum XXI capitula adesse, litteris ϰ' numeri IV duobus diversis addita.

rentur. Neque ab aetate Ioannis multum recedit, quum de Iustiniano tanquam recente agat, et novellis ita utatur, ac si nondum in fasciculum coactae, *σποράδην* vagarentur 1).

3. Tertia huiusmodi collector succedere solet in codicibus, neque etiam Iustello defuit, curante egregia Fabroti post alios opera; in quo libro non codex solum et novellae, sed etiam Institutiones sive Digesti in usum Ecclesiae extenduntur. Summa epigraphe est a fronte: Νόμος Ἰουστινιανοῦ βασιλέως, *Lex Iustiniani Imperatoris*, quod fusius extenditur in hunc titulum: *Συναγωγὴ τῶν εἰρημένων ἐν τῷ κώδικι καὶ τοῖς διγέστοις καὶ νεαραῖς διατάξεσι, περὶ ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν καὶ μοναχῶν καὶ πραγμάτων εὐαγῶν, ἔτι δὲ καὶ Ἰουδαίων καὶ αἱρετικῶν·* « Collectio expositorum in codice et digestis et novellis constitutionibus de episcopis et clericis et monachis et rebus sacris atque etiam de Iudaeis et haereticis: » Tripartitum esse opus iam per se liquet. Pars autem prima ac praecipua praecedentem titulum sibi vindicare posset, in eo saltem sensu quod codex Iustiniani summam rerum dederit; omnia certe derivantur ex prioribus XI libris et dividuntur in XIII titulos, cum argumento huius primae partis cohaerentes. Praeterea omnibus titulis, si VI, VIII et XI excipias, accedunt loca parallela, quae paratitla inscribuntur, et referunt varios codicis libros, variasque novellas, quae tamen haud semper cum tituli argumento consentiunt. Quaecumque demum titulis XIII continentur, ea deinceps numeris distinguuntur diligenter positis. Secundae vero partis inscriptio a praecedenti differt in primis tantum et ultimis verbis: *Συναγωγὴ τῶν σποράδην ἐν τοῖς διγέστοις καὶ ἰνστιτεύτοις κειμένων . . . . καὶ περὶ ἀποτροφῆς παίδων, γερόντων καὶ ἀσθενῶν.* Sex tituli huius partis sunt, nulla autem paratitla, neque ullis numeris quidquam distinguitur. Pars tertia brevius inscribitur: *Καὶ ἐκ τῶν μετὰ τὸν κώδικα νεαρῶν διατάξεων.* Tres tantum titulos habet, novellas XXXIV respicit, neque paratitlis caret. Quae quidem pars postrema, quum reperta sit nihil aliud esse quam tres tituli priores huius commentarii quem Athanasius Scholasticus in novellas exegit, iam facilius negligi potuit. Ex secunda autem parte si ultimum sumpseris titulum *de laicis communibusque personis* ut eum primae parti adnectas, totius collectionis argumentum in XIV titulis exhauritur. Aut ego fallor, aut inde profectus est gnarus, doctusque vir, qui primus Nomocanonis XIV titulorum parens habendus est. Quid vero, si idem sit unusque tam nomocanonis quam tripartitae collectionis conditor? Pace summorum virorum qui ita sentiunt, quantum a rudi saxo statua affabre sculpta distat, tantum hanc farraginem superat artificiosa nomocanonis moles, quippe quae ter in eadem non recidit, quae ab initio formosa et ampla, inde non desinit in incompta fragmenta, quae demum partem integram sive tertiam, tacito quasi furto, ab alieno non rapuit auctore. Verba autem quaedam ex prooemio nomocanonis, quae causam in primis facessunt, suo mox loco declarabuntur, aliisque satis fiet exceptionibus. Quum vero soleant ad calcem tripartitae collectionis poni quasi praeposterae tres Heraclii imperatoris novellae, inde colligitur auctorem saeculo VII antiquiorem esse, immo scripsisse ante Tiberium et Mauricium, de quibus silet, nec multo post Athanasium et Ioannem Scholasticum floruisse. Caeterum elegantius totum argumentum est, quam ut sequenti articulo non reservetur, iterum et uberius exornandum.

1) *Vagarentur*. Prolixe haec persequitur Heimbachius in cap. II prolegom. t. II, qui post Augustinum, Iustellum, Leunclavium, eadem integriora repetit p. 145-200.

4. Quartus Ioannis aemulator, caeteris praestantior fortasse est; is prae oculis habens utrumque Ioannis opus, ita leges canonesque iunxit, ut ad singulos titulos, recitatis primum canonibus, statim συνᾴδοντα νόμιμα subsequantur. Ea proin colligendi ratione usus est, quae ad alteram scholam mox describendam pertinet, qui tamen cum Ioanne tam aperte iungitur, ut silentio hic praetermitti nequiret. Caeterum, de suo nihil dedit, praeter unum aut alterum dubiae originis scholium. Ab iisdem vero fontibus hausit abunde, nec L titulos, neque XXV aut LXXXVII capitula tantum adhibuit, sed liberius totum codicis, digestorum, novellarumque censum in vectigal adduxit, neque etiam abstinuit ab Athanasii commentario. Sed ubi sive Ioanem, sive Athanasium suos in usus effudit, utrumque contraxit aliquando, aliquando auxit, neque caetera parcius usurpavit. Canones vero neque numero addi, neque minoi passus est, sed verba neglexit, nudis usus canonum numeris nominibusque conciliorum. Quibus perpensis, auctor floruisse dicendus est haud procul ab aevo Iustiniani. Haud ita multos sibi codices vindicat, neque frequenti usu commendatur.

5. Post Trullanos patres, sed ante photiana tempora fuit, ut opinor, alius anonymus, qui, praecedentis vestigia presse insecutus, paulo uberiores sibi canones praestitit, etiam quaedam accepit ex trullanis, nisi tamen ea casu non ceciderint e margine in textum; atque etiam νόμιμα fruticare iussit, lacunas implevit, et aliquando quae sibi largiora erant, constrinxit liberiori compendio. Sed quum unicus quem sciam codex huius operae supersit, vaticanus 840, nolim quidquam confidentius asserere.

6. Unus item aut alter codex alium prodit Nomocanonis editorem qui saeculo circiter XI floruit, et praeter synodos saec. VIII et IX celebratas, multa potissimum ex canonicis patrum epistolis accepit, neque etiam omisit Afrorum canones quos Ioannes omnino ignoravisse videtur aut omisisse.

7. Unus pariter vaticanus codex est, numero 640, in quo extat ultimus magister hic memorandus: caeteris omnibus recentior apertissime, vix aetate et elegantia maior, quam rudis illa et male assuta charta XV saeculi, in qua involvitur: timeo enimvero ne operam luserit Assemanus qui in his chartis insudavit describendis, quum tumultuaria sint agendi potius quam acti operis elementa; quum innumerae paginae, auctariis paratae, maneant albae et vacuae; quum etiam quae impletae sunt, aut titulos aut rubricas adhuc expectent. Notatu dignum tamen est, etiam diu post acerbam Balsamonis de Ioanne censuram, haud defuisse vel inter recentiores gnarum hominem operosumque L titulorum indagatorem, quorum ad normam cum multo labore excussit universam utriusque iuris supellectilem, ut singulos titulos amplissimis ornaret fimbriis. Plenis enim manibus primum canones sparsit trullanos, nicaenos, photianes, africanos et innumeras regulas Basilii, Dionysii, Petri, Athanasii, Cyrilli, triplicis Gregorii, Gennadii, Nectarii, Tarasii, Nicephori, Nicolai, Sisinnii, Nicetae Heracleensis, Germani Iunioris, quae non iciunis modo titulis, sed ipsis recitavit verbis; tum etiam scrutari non neglexit tabulas, edicta, novellas sive ante sive post Iustinianum, usque ad Manuelem Comnenum, Ioannem Ducam, Andronicum Palaeologum, ad alios atque alios. Nolim desperare plura de eodem et diligentiora dicere, sed suo tempore, nec nisi in ultimis huius historiae tomis, eos interim qui statim plura desiderant, ad Assemanum mandaturus.

V. Quid vero in sequentibus egorim, paucis eloquar. Post indicem omnium quos superesse novi codicum Ioannis Scholastici, primus locus erit L titulis dandus, iuxta codices simillimos vaticanum veterem et recentem parisiensem, collatis caeteris, quos fere editio Iustelliana redhibet, sed non recitatis ex integro canonibus, ne superiorem tomum repetere cogar; io quo, oe illud omittam, continuo dedi tum ex vaticano codice, tum ex Iustello varias scripturas. Titulos excipient LXXXVII capitula, graece tantum, praemissis argumentis quae sat ampla et perspicua erunt, ut interpretis vicem expleant. Iado Capitula XXII, quae omoino eadem sunt ac praecedentia, nudo schemate conferentur. Altera collectio XXV capitulorum simul et illa quae tripartita dicitur ex vaticanis codicibus accipient florilegium multa varietate distinctum. Ex iisdem membranis commodo Nomocanon multiplici elencho et simili varietate emendabitur, aut locis augebitur quae in Iustelli unica et inconcinna editione desiderantur. Quae omnia eo brevius exequemur, quod alieni fori pene sint, atque in multis indolem referant photiani syntagmatis ac facile in sequentem de Nomocanone tractatum reservarentur. Si quid demum amplius quaesieris, habes Iustellum qui titulos et Nomocanonem solus satis integre dedit; habes eumdem, Leunclavium, Antonium Augustinum, Fabrotum, qui studia contulerunt in tripartitam collectionem et paratitla. Et post Casinum, Bandinium, Assemanum, Bienerium, qui caetera fusius descripserunt, habes nostri temporis Heimbachium, qui novam in lucem et LXXXVII et XXV capitula produxit.

Vatic. 843 IX saec. — Vide supra p. 269 not. 2.
— 640 XV saec. — Nomocan. L titul. cum canonibus et legibus fuse scriptis f. 30-206.
— 827 XII saec. — Prol. ad L titul. f. 1.
— 840 XVI saec. — Nomocanon f. 15-38.
— 846 XIV saec. — LXXXVII capp. f. 1. — XXV capp. f. 15. — Collectio tripart. f. 49.
— 1142 XV saec. — LXXXVII capp. f. 75-95.
— 1167 XIII saec. — Eadem f. 106 119.
— 1185 XVI saec. — LXXXVII f. 575. — XXV capp. f. 676. — Coll. trip. f. 737.
— 1287 XII saec. — Nomocan. f. 45. — XXI capp. ecclesiastica et XXV capp. imperfecta.
— 2060 XII saec, — LXXXVII capp. f. 169. — XXV capp. f. 183. — Coll. tripartita f. 208.
Palatin. 376 XI saec. — Capp. LXXXVII f. 135. — XXV capp. f. 150. — Collectio trip. f. 222.
Barberin. III. 42 XI-XIII saec. — Capp. LXXXVII f. 118 — 136, desinit in cap. LXVI.
— IV. 58 X. saec. — Ex capp. LXXXVII f. 1, 2.
— VI. 17. — Prologus titul. f. 3, tituli L f. 60-66.
Collegii Romani 4.2.8. (al. D. 20) saec. XVI. — capp. LXXXVII f. 139. — Capp. XXV f. 150 — C. trip. f. 172.
Vallicellian. C. II. 1 XII saec. — Capp. LXXXVII, f. 235. — XXV capp. f. 250. — Coll. trip. f. 281.
— F. 47 XIII saec. — LXXXVII capp. f. 258.
— E. 55 XII saec. — LXXXVII capp. f. 135-141.
Laurentian. Pl. V cod. 22 XI saec. — L tituli f. 1. — Nomocan. f. 60. — Capp. eccles. XXI, f. 76.
Pl. IX cod. 8 XI saec. — L tituli f 39-67. — Capp. LXXXVII f. 226-244.
— Pl. X cod. 1 XI saec. — Capp. LXXXVII f. 254-267.
— Pl. X cod. 10 XI saec. — L tituli Nomocanonis f. 4. — Capp. LXXXVII f. 226. — Capp. XXV f. 244. — Coll. tripart. ad calcem.
— Pl. LVI cod. 13 XV saec. — Capp. LXXXVII f 35. — Capp. XXV f. 46. — Coll. tripart. f. 70.
Ambrosian. D. 317 infer. — L tituli 5. loco, — Coll. trip. 8. loco.
— E. 94 super. XV saec. — Nomocanon. — Capp. eccl. XXI circa med.
— L. 49 super. — Coll. trip. imperf. ad calcem.
Marcian. 169 XIII saec. — Prol. L titul. f. 2. — LXXXVII capp. f. 197. — Coll. XXV capp. f. 212 — Collect. tripartita f. 241.

Marcian. 170 XIII saec. — Prol. L titul. f. 46. — LXXXVII capp. f. 189. — Coll. XXV capp. et coll. trip. ad calcem.
— Nan. 226 XII saec. — L tituli f. 170. — Capp. eccl. XXI, f. 191.
— Nan. 233 — L tituli f. 1.
— Nan. 338 — LXXXVII capp.
Taurinensis 26. — LXXXVII capp. f. 39. — Coll. trip. f. 100.
— 84. — Prol. L tit. f. 34. — LXXXVII capp. ib.
— 105 XII saec. — LXXXVII capp. f. 245. — XXV capp. f. 267. — Coll. trip. f. 301.
— 170 XV saec. — L tituli f. 1. — Capp. eccl. XXI f. 28.
Neapolitan. Borbon. 1. A. 4. — L. tituli — Capp. LXXXVII.
Parisiens. 1320 XIII saec. — LXXXVII capp. f. 212. — XXV capp. f. 226.
— 1324 XII saec. — Prol. I. L. titul.—LXXXVII capp. f. 243.—XXV capp. f. 266.—Coll. trip. f. 31.
— 1326 XI saec. — L tituli f. 102. — XXV capp. f. 118.
— 1334 XII saec. — L tituli f. — LXXXVII capp. f. 203.—XXV capp. f. 219.
— 1355 XV saec. — LXXXVII capp. f. 356.—XXV capp. f. 365.
— 1370 XIII saec. ex quo Iustellus totam editionem suam adornavit.— L titul. f. 102.
Coislin. 34 XII saec. — Prol. L titul. f. 2. — LXXXVII capp. f. 177.
— 209, IX-X saec. — L tituli f. 1. — LXXXVII capp. f. 157. — XXV capp. f. 177.
— 364, a. 1295, — L tituli f. 1-12.
Supplem. 483, XIV saec. — L tituli f. 1. — LXXXVII capp. f. 74, caetera v. supra p. 369.
Inter codd. Minoidae Mynae n. 489 X saec. — LXXXVII. capp. f. 210. — XXV capp. f. 229 — Coll. trip. f. 264.
Oxon. Bodleian. 86 XIII saec. — L tit. f 1. — Nomocanon. f. 43. — Capp. XXI. f. 62.
Barocc. 173 XII saec. — LXXXVII capp. f. 1. — Coll. tripart. f. 20. — XXV capp.
— 185 XIV saec. — LXXXVII capp. f. 163. — XXV capp. f. 181. — Coll. tripart. f. 216.
— 186 XI saec. — Eadem ad calcem.
— 196 XI saec. — LXXXVII capp. f. 226.—XXV capp. f. 243.
Meerman. 176 XI saec. — Capp. LXXXVII f. 220.
Laudian. 73 (al. 715) XI saec. — Capp. LXXXVII f. 240.
— 149.—XXII titul. f. 1 — Coll. trip. f. 48.
Huntingdon. 25 XV saec. — Ex L titulis f. 27-37.
Rawlinson. 158 XIV-XV saec. — Ex LXXXVII capp. f. 14.
Monac. 214 XV saec. — LXXXVII capp. f. 1.— XXV capp. f. 23. — Capp. XXII f. 66.—Coll. trip. f. 107.
— 380 XIV saec. — LXXXVII capp. f. 374. — XXV capp. f. 386. — Coll. tripar. f. 431.
Tubingens. 193 XVI saec. — LXXXVII capp.
Vratislaviens. S. Elisabeth XV saec. — XXV capp.
Vindobon. iur. 9 (ol. XVI) — Capp. LXXXVII f. 280. — XXV capp. f. 302. — Coll. trip. f. 307.
Iurid. 11 (ol. XVII) a. 1191 — tituli L. — Coll. trip.
— Hist. 7 (ol. XLV) XIV saec. — L tit. et capp. LXXXVII f. 216-231.
Petroburg. XIV X saec. —Prol. 2 tit. f. 4.—LXXXVII capp. f. 236.—XXV capp. f. 254.—C. tripart. f. 293.
Musquensis 397 XIV saec. — tituli L f. 133.
— 398 XIII saec. — tituli L f. 4.
— 432 XI saec. — L Tit. f. 21-62.—LXXXVII capp. f. 189.—XXV capp. f. 209.
— 439 XVI saec.—Prol. et fragm. L titul.
— Typ. 6 XV saec.—XXV capp. f. 222.—Coll. tripart. f. 238.
Montis Atho ex monasterio Φιλοθέου, XIII saec. — LXXXVII. capp.
Ex monasterio τοῦ Καρακάλλου, XIV saec. — L tit. et LXXXVII capp.
Ex Sancta Laura cod. 6, XII saec. — LXXXVII capp.
L titulorum versio Syriaca in Vatican. 127, 132, 353.
— Aethiopica in codd. Rüppel (cf. Bickell. t. 1., p. 214.)
— Arabica in cod. Bodl. Abnalcassabi (cf. Uri catal. Orient. Bibl. Bodl. p. 41. 42.)
— Slavica in cod. cl. V. Romanzoff, saec. XIII-XIV.

I.

Συναγωγὴ κανόνων ἐκκλησιαστικῶν εἰς ν' τίτλους διῃρημένη

Collectio canonum ecclesiasticorum in L titulos divisa.

Οἱ τοῦ μεγάλου 1) Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μαθηταὶ καὶ ἀπόστολοι, καὶ μὴν καὶ τῆς ἐκκλησίας αὐτοῦ τῆς ἁγίας οἱ μετ' ἐκείνους καὶ κατ' ἐκείνους ἀρχιερεῖς καὶ διδάσκαλοι, τὴν ἐξ ἐθνῶν ἅμα καὶ Ἰουδαίων πληθὺν τῆς διαβολικῆς ἀπάτης καὶ τυραννίδος ἀποφοιτήσασαν 2), ὀρθῇ τε διανοίᾳ καὶ πίστει πρὸς τὸν βασιλέα καὶ κύριον τῆς δόξης αὐτομολήσασαν 3), ὁσίως ποιμαίνειν ἐγχειρισθέντες ὑπὸ τῆς χάριτος, οὐκ ᾤοντο δεῖν, ὥσπερ οἱ πολιτικοὶ νόμοι, τοὺς πλημμελοῦντας αἰκίζεσθαι· τοῦτο γὰρ εὔηθες αὐτοῖς κομιδῇ, καὶ λίαν ἀτημελὲς 4) κατεφαίνετο· προκινδυνεύειν δὲ μᾶλλον αὐτῶν ἑτοιμότατα, καὶ τοὺς ἀνόπιν ἰόντας 5) ἐπιστρέφειν ἐσπούδαζον· ἐπὶ τοὺς πλανωμένους μὲν ἔτι, καὶ τῆς εὐθείας ἐκκλίνοντας, ὡς ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, ἀμελλητὶ καταθέοντες· τοὺς δὲ πρηνεῖς ἤδη κατενεχθέντας ἐπὶ τὸ βάραθρον ἀνασπάσαι παντοίαις ἐπινοίαις ἀγωνιζόμενοι, καὶ τὸ μὲν ἤδη σεσηπὸς καὶ λίαν ἠρρωστηκὸς τῇ μαχαίρᾳ τοῦ πνεύματος εὖ μάλα σοφῶς καὶ τεχνικῶς ἀποξέοντες· τὸ δὲ συντριβὲν ἐξ αὐτῶν καὶ λυόμενον φαρμάκοις τισὶν ἁπαλοῖς καὶ δεσμοῖς λογικοῖς ἐπισφίγγοντες· οὕτω τῇ χάριτι καὶ συνεργείᾳ τοῦ Πνεύματος ἐπὶ τὴν πρώτην ὑγείαν ἐπανήγαγον 6) τοὺς κάμνοντας. Ἵνα τοίνυν καὶ αὖθις οἱ μετ' ἐκείνους 7) ἐσόμενοι τοὺς ὑπ' αὐτῶν ἀρχομένους ἀβλαβεῖς διασώζωσι, τούτων ἕκαστοι κατὰ καιροὺς ἰδίους εἰς ταὐτὸ συνιόντες 8) οἱ τρισμακάριοι, τῆς θείας χάριτος οἰκονομούσης τοῦτο, καὶ συναθροιζούσης ἑκάστης αὐτῶν συνόδου τὸν σύλλογον, νόμους τινὰς καὶ κανόνας, οὐ πολιτικοὺς, ἀλλὰ θείους περὶ τῶν πρακτέων ἢ μὴ πρακτέων ἐξέθεντο, τὸν ἑκάστου βίον καὶ τρόπον ἐπανορθούμενοι· τοὺς μὲν ὁδῷ βασιλικῇ πορευομένους

Magni Dei et Servatoris nostri Iesu Christi discipuli et apostoli, atque etiam sanctae ipsius Ecclesiae pontifices et doctores, tum qui illorum temporibus, tum qui post illos fuere, cum hoc a divina gratia sibi commissum haberent, ut cum gentium, tum Iudaeorum multitudinem quae a diabolica fraude et tyrannide recesserat, rectaque mente et fide ad regem et Dominum gloriae ultro se contulerat, sancte pascerent: non existimabant oportere, sicut civiles leges sanciunt, delinquentes verberibus foedare (hoc enim valde absurdum et summopere inhonestum ipsis videbatur), quin potius toto studio in id incumbebant, ut pro ipsis magna cum alacritate periculum adirent aversosque reducerent: dum ad eos qui errabant adhuc et a recta via deflectebant, sicut pastor bonus, sine cunctatione currerent; eos vero qui iam praecipites delapsi erant in barathrum, sursum attrahere omnimodis molitionibus contenderent, et id quod iam putruerat graviterque affectum erat, spiritus gladio sapienter admodum et cum magna solertia abscinderent; quicquid vero ex ipsis contritum erat et dissolutum, lenibus quibusdam medicamentis vinculisque rationi consentaneis adstringerent. Sic gratia atque auxilio spiritus ad pristinam sanitatem aegrotantes reduxerunt. Ut igitur et qui post illos futuri erant sibi subditos incolumes conservarent, horum singuli suis temporibus in unum convenientes ter beati, divina gratia hoc dispensante, atque unaquaque synodo ipsorum conventum congregante, leges quasdam et canones non civiles, sed divinas de iis quae agenda sunt, et quae agenda exposuerunt, uniuscuiusque vitam et mores emendantes: eos quidem qui regia via incederent sufficientes, ipsos vero cum ad

Titulum habet unica editio iustelliana: Ἰωάννου πρεσβυτέρου Ἀντιοχείας τοῦ ἀπὸ σχολαστικῶν, οὗτος συντάττει τοὺς ὅλους κανόνας εἰς ν' τίτλους. Aliam paulo supra accepimus ex codd. coislin. et laurentiano Pl. V. Alter coislin. 364 inscribitur: Συναγωγὴ κ. ἐκκλ. περὶ ὑποθέσεων ζητουμένων εἰς ε. τ. δ. Duo codd. germani vaticanus vetus et parisiensis eamdem in clausula epigraphen referunt: Κανόνες τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ τῶν ἁγίων ι' συνόδων καὶ τοῦ ἁγίου Βασιλείου εἰς ε' τιτλ. διῃρημένοι. Ab omnibus codd. recedit parisinus 1370 in quo legitur: Συναγ. καν. εἰς ε. τίτλ. διῃρ. παρὰ Θεοδωρήτου ἐπισκόπου Κύρρου. Inde alii audacius Theodorum Balsamonem intruserunt. Caeteri cum nostro breviore titulo fere in omnibus consentiunt.

1) καὶ Θεοῦ καὶ σωτῆρος coislin. 2 (sive 364). —2) ἀποφοιτήσασαι petroburg. mosquensis 1 (432), e quo lapsu mosquensis 2 (439) trahitur ad insolentiora: ἀποφοιτησασ; ἀνορθῇ τῇ διανοίᾳ.—3) αὐτομολήσας mosq. 1.—4) ἀτελὲς mosq. 1. ἀτιμαστὲς 2.—5) ἀναπίνοντας id. mox ἔπειτα τοὺς vatic. 2, oxon. 1, mosq. 1, petroburg.—6) ἐπανῆγον mosq. 1, coislin. 1, vatic. 2.—7) κατ' ἐκείνους mosq. 1.—ἐσόμενοι al. cod. iustelli.—8) εἰς αὐτὸ mosq. 2. εἰς ταὐτὸν

ὑποστηρίζοντες, ἐπιτιμῶντες δὲ αὐτοὺς [1] ἀποσφαλέντας ἐπὶ τὰ πλάγια. Ἐπεὶ οὖν πάλαι κατὰ καιροὺς ὑπὸ διαφόρων πρὸς διαφόρους [2] καὶ διαφόρως ἁρμόζοντες οἱ νόμοι καὶ κανόνες τῆς ἐκκλησίας ἐτέθησαν (δέκα γὰρ μετὰ τοὺς ἀποστόλους αἱ μεγάλαι τῶν πατέρων γεγόνασι σύνοδοι, πρὸς τούτοις δὲ αὖ καὶ Βασίλειος ὁ μέγας περὶ πολλῶν ἐκανόνισεν), εἰκότως δὲ διὰ τοῦτο σποράδην ὑπ' αὐτῶν, ὡς ἀπῄτει τὰ κατὰ χρόνον [3] ἀναφυόμενα, καὶ οὐ τάξει τινὶ πραγμάτων ὡς ἐν κεφαλαίοις διῃρημένων, οἱ κανόνες ἐγράφησαν· ὡς ἐκ τούτου δυσεύρετον εἶναι κομιδῇ καὶ δυσπόριστον τὸ πρός τινων ἀθρόως περὶ κανόνος [4] ἐπιζητούμενον. Διὰ τοῦτο χάριτι τοῦ Κυρίου, καὶ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὰ σποράδην ὑπ' αὐτῶν ὁρισθέντα κατὰ καιροὺς εἰς ἓν ἡμεῖς ἀθροῖσαι σπουδάσαντες, καὶ ταῦτα διελόντες εἰς τίτλους πεντήκοντα, οὐ τάξιν τινὰ καὶ ἀκολουθίαν ἀριθμῶν ἐφυλάξαμεν, πρῶτον [5], ὡς εἰπεῖν, καὶ δεύτερον καὶ τρίτον καὶ τέταρτον καὶ πέμπτον αὖθις κανόνας συνάψαντες· ἀλλ' ὅμοια τοῖς ὁμοίοις ὡς οἷόν τε [6] συναρμόσαντες, καὶ ἴσον ἴσῳ κεφαλαίῳ [7] συμπλέξαντες, ῥᾳδίαν ἐποιήσαμεν ἅμα καὶ ἄπονον τοῖς πᾶσιν, ὡς οἶμαι, τῶν ζητουμένων τὴν εὕρεσιν· οὐκ αὐτοὶ τοῦτο μόνοι [8] καὶ πρῶτοι τῶν ἄλλων ποιῆσαι ὁρμήσαντες, ἀλλ' ἑτέρους εὑρόντες ταῦτα διελόντας εἰς τίτλους ἑξήκοντα, καὶ μήτε τοὺς Βασιλείου [9] κανόνας τοῖς ἄλλοις ἐπισυνάψαντας, μήτε δὲ ὅμοια τοῖς ὁμοίοις, ὡς ἔδει, πράγματα συναρμόσαντας, ὡς ἐν τίτλοις· διὰ τὸ [10] πολλοὺς περὶ ἑνὸς κεφαλαίου κανόνας εὑρίσκεσθαι, καὶ δυσάλωτα γίνεσθαι τὰ περὶ τοῦ πράγματος ἑνὸς παρὰ τῶν ὅλων [11] κανονιζόμενα, σαφεστέραν ὡς οἷόν τε ἦν ἡμεῖς τῇ παραθέσει τῶν ὁμοίων ποιῆσαι τῶν κανόνων τὴν διαίρεσιν ἐσπουδάσαμεν, τῆς ἑκάστου πρὸς τούτοις τῶν τίτλων ἐπιγραφῆς προσημαινούσης εὖ μάλα τῶν ἐμφερομένων τὴν δύναμιν· ἡ δὲ τάξις αὐτὴ τῶν συνόδων μετὰ τοὺς ἀποστόλους καὶ πόσους ἑκάστη κανόνας ἐξέθετο, πόσους δὲ καὶ Βασίλειος ὁ θαυμαστὸς συνεγράψατο, διὰ τῶν ὑποκειμένων ἀπονητὶ τοῖς ζητοῦσι γνωσθήσεται· ἔστι γὰρ ὧδέ πως ἔχουσα καὶ οὐκ ἀσυμφανής, ἀλλὰ καὶ λίαν εὐσύνοπτος τοῖς ἐντυγχάνειν ἐθέλουσιν.

obliqua deviarent corripientes. Quoniam igitur pro temporibus olim a diversis ad diversos diversisque concordantes leges et canones Ecclesiae editi sunt (decem enim, post apostolos, magnae patrum celebratae fuerunt synodi, praeterea etiam Basilius magnus de multis rebus canones composuit), idcirco non mirum si sparsim ab ipsis, prout res quae quibusque temporibus oriebantur exigerent, et non ordine quodam rerum veluti in capita distributarum canones scripti sint: adeo ut propterea difficile admodum inventu et conquisitu sit id quod a nonnullis confertim de canone requiritur. Propterea, cum gratia Domini et Dei et Servatoris nostri Iesu Christi, ea quae passim ab ipsis definita sunt pro temporibus, in unum colligere magno studio enixi fuerimus, eaque in titulos quinquaginta distribuerimus, non ordinem quemdam et seriem numerorum servavimus, primum, ut ita dicam, et secundum, et tertium, et quartum, et quintum deinceps canones coniungentes: sed similia similibus quantum fieri potuit copulantes, et par pari capiti connectentes, facilem simul et laboris expertem omnibus, ut opinor, eorum quae conquiruntur inventionem reddidimus. Non quod ipsi soli et primi inter caeteros ad hoc faciendum incitati fuerimus, sed cum alios compererimos ea in titulos sexaginta divisisse, ac neque Basilii canones cum aliis coniunxisse, neque res similes similibus, ut oportebat, velut sub titulis composuisse, propterea quod multi de uno capite canones reperirentur, et ea quae ab omnibus de una re canonibus constituta sunt deprehensu essent difficilia: clariorem, quantum fieri potuit, nos similium collatione et compositione canonum, divisionem facere contendimus: unaquaque praeterea titulorum inscriptione eorum quae proponuntur vim optime declarante. Ipse autem ordo synodorum, quae post apostolos celebratae sunt, et quot unaquaeque canones edidit, quot vero Basilius admirandus conscripsit, ex iis quae subiiciuntur nullo negotio quaerentibus innotescet: ordo enim eo modo digestus minime obscurus est, verum etiam valde perspicuus iis qui legere volunt.

συνελθόντος mosq. 2. —1) αὖθις τοὺς ib. et vat. 2. —2) πρὸς διαφόρους om. mosq. 2, καὶ διαφόρων id. —3) χρόνους id. —4) περὶ κανόνων id. om. mosq. 1. —5) πρῶτον καὶ τότε mosq. 2. —6) οἷόν τε ἦν mosquens. 1, vatic 2. petroburg. —7) τῶν ἴσων κεφαλαίων al. cod. Iust. cum mosq. 2. —8) μόνον mosq. 2. —9) τοῦ ἁγίου Βασ. id. et petroburg. cum alio Iust. —10) διὰ τοῦτο iid. — 11) τῶν πολλῶν mosquen. 1.

Ἡ τάξις τῶν συνόδων 1).

Οἱ μὲν ἅγιοι τοῦ Κυρίου μαθηταὶ καὶ ἀπόστολοι ὀγδοήκοντα πέντε διὰ Κλήμεντος κανόνας ἐξέθεντο· μετὰ δὲ τούτους οἱ καθεξῆς καθὼς ὑποτέτακται.

Τῶν ἁγίων τιη΄ πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων 2), ἐν ὑπατείᾳ Παυλίνου καὶ Ἰουλιανοῦ τῶν λαμπροτάτων, ἔτους ἑξακοσιοστοῦ ἕκτου 3) ἀπὸ Ἀλεξάνδρου, ἐν μηνὶ δεσίῳ ιθ΄ 4) πρὸ δέκα τριῶν καλανδῶν Ἰουλίων, κανόνες εἴκοσι.

Τῶν ἐν Ἀγκύρᾳ 5) μακαρίων πατέρων, οἵ τινες προγενέστεροι μέν εἰσι τῶν ἐν Νικαίᾳ κανόνων, δευτερεύουσι δὲ διὰ τὴν τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου αὐθεντίαν ἤτοι παῤῥησίαν, κανόνες κε΄.

Τῶν ἐν Νεοκαισαρείᾳ ἁγίων πατέρων (καὶ αὕτη τῆς μὲν ἐν Νικαίᾳ πρώτη γέγονε, τῆς δὲ ἐν Ἀγκύρᾳ, δευτέρα· διὰ δὲ τὴν τιμὴν προτέτακται 6) αὐτῶν ἡ ἐν Νικαίᾳ) κανόνες ιδ΄.

Τῶν ἐν Σαρδικῇ συνελθόντων, μετὰ τοὺς ἐν Νικαίᾳ πατέρας 7), κανόνες κα΄.

Τῶν ἐν Γάγγραις συνελθόντων πατέρων, ὑφ᾽ ὧν ἐξετέθησαν κανόνες κ΄.

Τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ 8) συνελθόντων πατέρων, ὑφ᾽ ὧν ἐξετέθησαν κανόνες κε΄.

Τῶν ἐν Λαοδικείᾳ τῆς Φρυγίας συνελθόντων πατέρων, ὑφ᾽ ὧν ἐξετέθησαν κανόνες νθ΄.

Τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει συνελθόντων 9) πατέρων, ὑφ᾽ ὧν ἐξετέθησαν κανόνες ϛ΄.

Sancti Domini discipuli et apostoli, octoginta quinque canones, Clementis opera, ediderunt: post hos vero, qui deinceps consequuti sunt, prout infra subiectum est.

Sanctorum CCCXVIII patrum Nicaeae congregatorum, consulatu Paulini et Iuliani clarissimorum, anno ab Alexandro sexcentesimo sexto, mensis Desii decimo nono, XIII. Kal. Iulii, canones XX.

Beatorum patrum Ancyrae congregatorum canones XXV, qui quidem nicaenis canonibus tempore priores, propter auctoritatem vero seu firmitatem generalis synodi, posteriores sunt.

Sanctorum patrum Neocaesareae congregatorum canones XIV. Ipsa etiam synodus nicaena quidem prior fuit, ancyrana vero posterior, honoris vero gratia nicaena ipsis praeposita est.

Patrum Sardicae congregatorum post nicaenos patres canones XXI.

Patrum Gangris congregatorum, a quibus editi sunt, canones XX.

Patrum Antiochiae congregatorum, a quibus editi sunt, canones XXV.

Patrum Laodiceae Phrygiae congregatorum, a quibus editi sunt, canones LIX.

Patrum Constantinopoli congregatorum a quibus editi sunt, canones VI.

cum marg. Iust. — 1) κανόνων Iust. et multi codd. — 2) ἐπὶ Κωνσταντίνου μεγάλου oxon. coislin. 1, mosq. 1, 2. — 3) ἔτους ͵ϛωιη΄ ἀπὸ κτίσεως coislin. 2. — 4) δυσίῳ ἤτοι ἰουνίῳ id. ὅς ἐστι μαΐος Iustell. marg. — 5) τῶν ἐν Ἀ. μακαρίων πατέρων mosquensis 1. — 6) προτεταγμένοι εἰσὶ καὶ αὐτῶν οἱ νικαίας. id. et al. Iustelli. — 7) ὑφ᾽ ὧν ἐξετέθησαν add. mosq. et Coisl. 2. Scholium habent mosq. 2. et petroburg. in margine: Ἡ ἐν Σαρδικῇ σύνοδος ια ἔτη μετὰ τὴν τελευτὴν Κωνσταντίνου ἐν ὑπατείᾳ Ῥουφίνου καὶ Εὐσεβίου, κατὰ θέλησιν Κώνσταντος καὶ Κωνσταντίου, ἥτις ἐν τῷ ἑαυτῆς ὅρῳ ἄδειαν ἔδωκεν τῷ Ῥωμαίων ἐπισκόπῳ τοποτηρητὰς ἑαυτοῦ ἐκπέμπειν, ὀφείλοντας ἐπικρίναι τὰ ἤδη ὑπὸ πλειόνων ἐπισκόπων κεκριμένα. Quae quidem et optime cum Athanasii chronico de temporibus concordant, ut recte sardicensis synodi annus sit 344, ut perspicue iura Sedis apostolicae confitentur, nulla insuper querela addita, praeter morem Graecorum a Photio consuetudinem: antiquum igitur scholium est, forte ipsius Ioannis, uti pleraque secutura deinceps. — 8) Ἀντιοχείᾳ. Eorundem codd. schol. ἡ αὕτη σύνοδος παρουσίᾳ Κωνσταντίου βασιλέως, ὑπατείᾳ Μαρκελλίνου καὶ Προβιανοῦ ε΄ ἔτει μετὰ τελευτὴν Κωνσταντίνου. Quae rursus cum anno quem in superiori tomo satis incertae synodi dedimus, consentiunt. Hoc vero coislin. 2 inepte transtulit notam quae vix neocaesariensi convenit adamussim: Ἐν ταύτῃ τῇ συνόδῳ παρῆν καὶ Γρηγόριος ὁ Θαυματουργὸς καὶ Φιρμιλιανὸς ὁ Καππαδοκίας. — 9) συνελθ. τῶν ἁγίων πατέρων, ὑφ᾽ ὧν ἐξετέθησαν καν. γ΄. mosq. 2, tres ibi canones tantum, ut apud Dionysium Exiguum. Coislin. 2 plura inde addit quae proprie ad editionem secundam pertinent, sive IX saeculi. Habet enim de synodo CP ἥτις ἐστὶν οἰκουμενικὴ β΄ σύνοδος. — de ephesina: καὶ αὕτη ἐστὶν γ΄ οἰκουμενική. — de chalcedonensi: καὶ αὕτη ἡ οἰκουμενικὴ δ΄. Pergit: Ἡ μεγάλη καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος ε΄ ἐν ΚΠ. — Τῶν ἐν Καρθαγένῃ συνελθόντων ἁγίων καὶ σεβασμίων πατέρων κανόνες ρμζ΄. — Τῶν ἐν τῷ τρούλλῳ τοῦ παλατίου ἐν ΚΠ. συνελθόντων, ὑφ᾽ ὧν ἐξετέθησαν κανόνες ρβ΄ (cod. κβ΄, ex quo errore alia verba fluxerunt male de sequentibus accepta et repetita). — Τῶν ἐν Νικαίᾳ τὸ β΄ συνελθόντων ἁγίων πατέρων, ὑφ᾽ ὧν ἐξετέθησαν κανόνες κβ΄· αὕτη ἐστὶν οἰκουμενικὴ ζ΄. — Τῶν

Τῶν ἐν Ἐφέσῳ συνελθόντων πατέρων, ὑφ' ὧν ἐξετέθησαν κανόνες ζ.

Τῶν ἐν Χαλκηδόνι συνελθόντων πατέρων, ὑφ' ὧν ἐξετέθησαν κανόνες κζ.

Εἰσὶ δὲ καὶ τοῦ ἁγίου Βασιλείου κανόνες τὸν ἀριθμὸν ξή.

Patrum Ephesi congregatorum, a quibus editi sunt, canones VII.

Patrum Chalcedone congregatorum, a quibus editi sunt, canones XXVII.

Extant etiam sancti Basilii canones numero LXVIII.

Τίτλων κατάστασις τῆς πραγματείας.

In plerisque codicibus hic praenotantur L tituli, iidem quibus infra verbis, sine ulla varietate quae indicem rescribi iubeat. Post titulum ultimum additur: Τέλος τοῦ πίνακος τῶν ν' τίτλων. Duos iambicos subdit codex primus ex laurentianis:

Εἴληφαν ὧδε κανόνων τίτλοι τέλος
Ἀποστολικῶν ἅμα καὶ τῶν πατέρων.
ἀρχὴ τῶν ν' τίτλων.

Τίτλος Α'. Περὶ τῆς ὁρισθείσης τοῖς πατριάρχαις ἐκ τῶν κανόνων τιμῆς, καὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναί τινι αὐτῶν ὑφαρπάζειν ἐπαρχίαν ἑτέρῳ προσήκουσαν ἐπὶ χειροτονίᾳ καὶ διοικήσεσιν, ἀλλὰ καὶ τὰς ὑφαρπαγείσας ἤδη τοῖς ἀδικηθεῖσιν ἀνταποδίδοσθαι.

Titul. I. *De honore patriarchis ex canonibus decreto, et quod non liceat cuiquam horum provinciam, ordinationis atque administrationis causa, surripere, verum etiam surreptas iam iniuria affectis reddendas esse.*

Ἔχει κανόνας ϛ'.—α'. Τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου ζ.—β'. Τῆς αὐτῆς συνόδου ἐκ τοῦ καν. ϛ'.—γ'. Τῆς ἐν ΚΠ. συνόδου καν. β'.—δ'. Τῆς αὐτῆς συνόδου καν. γ'.—ε'. Τῆς ἐν Ἐφέσῳ συνόδου καν. ϛ'.

Tria scholia habet cod. paris. sed fere evanida, quorum ultimo notari videtur, canonem ephesinum in plures dividi partes; unde forte sex canones huic titulo ascripti, cui tantum quinque remanent.

Edd. om. can. CP. III.

Τίτλ. Β'. Περὶ τῆς ὁρισθείσης τοῖς μητροπολίταις ἐκ τῶν κανόνων τιμῆς, καὶ τῶν ἐκ βασιλικοῦ γράμματος μητροπολιτῶν γινομένων, καὶ περὶ τοῦ μὴ δεῖν αὐτοὺς ἐνορίαν ὑφαρπάζειν ἑτέρῳ προσήκουσαν, μήτε μίαν ἐπαρχίαν εἰς δύο κατατέμνειν.

Tit. II. *De honore metropolitanis ex canonibus decreto, et de metropolitanis ex imperiali scripto factis, et quod non oporteat ipsos pagos ad alium pertinentes usurpare, neque provinciam unam in duas dividere.*

Ἔχει καν. δ'.—α'. Τῶν ἁγίων ἀποστόλων καν. λδ'.—β'. Τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συν. καν. θ'.—γ'. Τῆς ἐν Χαλκηδόνι συν. καν. ιβ'.—δ'. Τῆς αὐτῆς συν. καν. ιζ'.

Τίτλ. Γ'. Περὶ τοῦ μὴ δεῖν ἐπίσκοπον ὑπὲρ διοίκησιν ἄκλητον παραγίνεσθαι, πλὴν εἰ μὴ δι' ἐπισκοπίαν κτήσεως αὐτῷ διαφερούσης, μήτε δὲ χειροτονεῖν ὑπερόρια.

Tit. III. *Non oportere episcopum ultra dioecesim suam prodire non vocatum, praeterquam possessionis ad se pertinentis invisendi gratia, neque extra dioecesis suae limites ordinare.*

Ἔχει καν. ϛ'.—α'. Τῶν ἁγίων ἀποστόλων καν. λε'.—β'. Τῆς ἐν Σαρδικῇ συν. ἐκ τοῦ καν. γ'.—γ'. Τῆς αὐτ. συν. κ. ια'.—δ'. Τῆς αὐτ. συν. κ. ιβ'.—ε'. Τῆς ἐν Ἀντιοχ. συν. καν. ιγ'.—ϛ'. Τῆς αὐτ. συν. καν. κβ'.

Edd. eadem in alio ordine ut saepe in variis codd.

Τίτλ. Δ'. Περὶ τοῦ κεχωρισμένα εἶναι ἀπὸ τῶν ἐκκλησιαστικῶν τὰ ἴδια τοῦ ἐπισκόπου πράγματα, καὶ ἔχειν αὐτὸν ἐξουσίαν οἷς ἂν βούλοιτο ταῦτα καταλιπεῖν.

Tit. IV. *Proprias episcopi res ab ecclesiasticis separatas esse, ipsumque potestatem habere eas relinquendi quibuscumque voluerit.*

Ἔχει καν. γ'.—α'. τῶν ἁγ. ἀπ. καν. μ'.—β'. Τῆς ἐν Ἀντιοχ. συν. καν. κδ'.—γ'. Τῆς Χαλκ. συν. καν. κβ'.

In paris. scholium ad can. app. 40: Τοῦτο ἀνῄρηται ὑπὸ τῶν νεαρῶν διατάξεων ἐν τῷ β' κεφ. τῆς νεαρᾶς οβ', κ. τ. ἑ. Quae quidem ad vulgatam novellam LXXII non attinent, sed respiciunt quod Nomocanon in eodem tit. III habet ex cod. lib. XLII. §. 2.—Schol. II ad can. chalced. Καὶ τοὺς ἐν Ἀντιοχείᾳ κυροῖ κανόνας.

Τίτλ. Ε' Περὶ τοῦ δεῖν τὸν ἐπίσκοπον ἔχειν ἐξουσίαν διοικεῖν τὰ τῆς ἐκκλησίας διὰ πρεσβυτέρων καὶ διακόνων, καὶ πιστοὺς οἰκονόμους ἐκ τούτων προβάλλεσθαι, καὶ χορηγεῖν ἐπιμελῶς τοῖς δεομένοις τὰ δέοντα, μεταλαμβάνειν δὲ καὶ αὐτὸν τῶν ἀναγκαίων, εἰ δέοιτο, καὶ συγγενέσι παρέχειν ὡς πένησιν, ἐξ ἴσου τοῖς ἄλλοις, εἰ δέοιντο.

Tit. V. *Oportere episcopum habere potestatem administrandi ea quae ad Ecclesiam pertinent, presbyterorum et diaconorum opera, ac fideles oeconomos ex iis designare; nec non indigentibus ea quae sunt opus sedulo suppeditare, ipsumque res sibi*

ἐν ΚΠ. τὸ Α' καὶ Β' συνελθόντων ἁγίων πατέρων ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων καν. ιζ'.— Τῶν ἐν τῷ ἐπωνύμῳ ναῷ τῆς τοῦ Θεοῦ Σοφίας συνελθόντων πατέρων, ὑφ' ὧν ἐξετέθησαν καν. ια'.—Τῶν ἐν Χαλκηδόνι ἁγίων πατέρων ὑφ' ὧν ἐξετέθησαν καν. ν' (Hos canones spurios ex eodem codice primum dedi in Spicil. t. IV p. 463 et in tomo superiore p. 436.)— Τῶν ἐν ΚΠ. πατέρων ἐπὶ τῶν ἡμερῶν τοῦ ἁγιωτάτου καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου κυροῦ Νικολάου κανόνες ι'. Εἰσὶ δὲ τοῦ ἁγίου Βασιλείου κεφ. πδ'. Hactenus coislinianus.

necessarias, si opus habeat, accipere; et consanguineis suis, si indigeant, tanquam pauperibus, pariter atque aliis praebere.

Ἔχει καν. ς'.—α'. Τῶν ἁγ. ἀπ. καν. λη'.—β'. Τῶν αὐτῶν καν. μα'.—γ'. Τῶν αὐτῶν καν. νζ'.—δ'. Τῆς ἐν Ἀντιοχ. συν. καν. κε'.—ε'. Τῆς ἐν Χαλκ. συν. καν. κς'.

Scholium erat in paris. ad can. apost. 38, iam tineis erosum.

Τίτλ. ς'. Περὶ τοῦ μὴ δεῖν ἐπίσκοπον ἀποδημοῦντα πρὸς κύριον ἀνθ' ἑαυτοῦ χειροτονεῖν ὃν θελήσοι ἐπίσκοπον ἢ καταλιπεῖν τινι τῆς ἐπισκοπῆς τὸ ἀξίωμα.

Tit. VI. *Non oportere episcopum, ad Dominum abeuntem, in locum suum designare quemcumque voluerit episcopum, aut relinquere alicui episcopatus dignitatem.*

Ἔχει καν. β'.—α'. Τῶν ἁγ. ἀπ. καν. οζ'.—β'. Τῆς ἐν Ἀντ. συν. καν. κγ'.

Τίτλ. ζ'. Περὶ τοῦ δεῖν τὸν ἐπίσκοπον ὑπό τε τοῦ μητροπολίτου καὶ τῶν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ πάντων χειροτονεῖσθαι ἢ παραγινομένων αὐτῶν ἢ συντιθεμένων ἐγγράφως· καὶ μὴ τοῖς ὄχλοις ἐπιτρέπειν τὰς ἐκλογὰς ποιεῖσθαι τῶν ἐπισκόπων καὶ περὶ τοῦ μὴ δεῖν ἐν κώμαις καὶ χωρίοις ἐπισκόπους καθίστασθαι, ἀλλὰ περιοδευτάς.

Tit. VII. *Oportere episcopum tum a metropolitano, tum etiam ab omnibus eiusdem provinciae episcopis ordinari, vel praesentibus ipsis vel scriptis consentientibus, ac non multitudini permittere episcoporum electiones facere; item quod non oporteat in pagis ac vicis episcopos constitui, sed circuitores.*

Ἔχει καν. ι'.—α'. Τῶν ἁγ. ἀπ. καν. α'.—β'. Τῶν αὐτῶν καν. β'.—γ'. Τῆς ἐν Νικ. συν. καν. δ'.—δ'. Τῆς αὐτ. συν. καν. ς'.—ε'. Τῆς ἐν Σαρδ. συν. καν. ς'.—ς'. Τῆς ἐν Ἀντιοχ. συν. καν. ιβ'.—ζ'. Τῆς αὐτῆς συν. καν. ιθ'.—η'. Τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συν. καν. ιβ'.—θ'. Τῆς αὐτῆς συν. καν. ιγ'.—ι'. τῆς αὐτῆς συνόδ. καν. νζ'.

Edd. om. can. 2 app. et 12 antiochen.

Τίτλ. Η. Περὶ τοῦ δεῖν τὰς χειροτονίας τῶν ἐπισκόπων μὴ πλέον τριμηνιαίου ἀναβάλλεσθαι χρόνου· τοὺς δὲ ἀπὸ λαϊκῶν εἰς τοῦτο καλουμένους πλείονα δοκιμάζειν καιρόν, καὶ διὰ πάντων παράγειν αὐτοὺς τῶν βαθμῶν, τὰς μέντοι προσόδους τοῦ τῆς ἀναβολῆς χρόνου παρὰ τῷ οἰκονόμῳ τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας φυλάττεσθαι· εἰ δέ τι τῶν ἐκκλησιαστικῶν οἱ ταῦτα διοικοῦντες ἀπεμπολήσοιεν, τί δέοι περὶ τούτων γίνεσθαι.

Tit. VIII. *Oportere episcoporum electiones haud ultra tres menses differri: eos vero qui ad hoc munus ex laicis vocantur, diutius examinare, ac per omnes gradus ipsos promovere; verumtamen redditus dilationis tempore perceptos apud oeconomum asservari. Si quid vero bonorum ecclesiasticorum qui ea administrant, vendiderint, quidnam de iis fieri oporteat.*

Ἔχει καν. γ'.—α'. Τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ συν. καν. ιε'.—β'. Τῆς ἐν Χαλκ. συν. καν. κε'.—γ'. Τῆς ἐν Σάρδαις ι'.

Scholium in A partim extinctum haud obscure memorat quae Nomocanon ex novellis habet in eod. titulo: δηλονότι διάταξις ρλ' (?) ἐν τῷ λ' κεφαλ. λέγει ἐπὶ τῶν ἀναμενόντων καὶ ὀφειλόντων ψηφίσματα ποιῆσαι μετὰ ἑξαμηνιαῖον ἐξεῖναι τῷ τὴν διοίκησιν ἐμπεπιστευμένῳ προχειρίζεσθαι κ. τ. ἑ.

Τίτλ. Θ'. Περὶ τοῦ εὐνοῦχον μὴ ἑαυτὸν ἐκτέμνοντα, εἰ ἐπισκοπῆς ἄξιος εἴη, μὴ ἀποδοκιμάζεσθαι· μήτε δὲ χωλὸν ἢ μονόφθαλμον, πλὴν εἰ μὴ κωφός τις εἴη, ἢ τυφλός, ἵνα μὴ τὰ τῆς ἐκκλησίας παρεμποδίζοιτο.

Tit. IX. *Eunuchum, dummodo seipsum non execuerit, si episcopatu dignus sit, non esse reiiciendum; neque vero claudum aut unoculum, praeter quam si surdus aut caecus sit, ne ecclesiae munia impediantur.*

Ἔχει καν. γ'.—α'. Τῶν ἁγ. ἀπ. καν. κα'.—β'. Τῶν αὐτῶν καν. οζ'.—γ'. Τῶν αὐτῶν καν. οη'.

Τίτλ. Ι'.—Περὶ τῶν χειροτονουμένων ἐπισκόπων ἢ πρεσβυτέρων καὶ τὴν λειτουργίαν μὴ καταδεχομένων ἢ μὴ δεχθέντων ὑπὸ τῆς πόλεως εἰς ἣν καθιερώθησαν, οὐ παρὰ τὴν αὐτῶν, ἀλλ' ἑτέρων αἰτίαν, ἢ τῶν μετὰ τὴν χειροτονίαν ἀμελούντων τοῦ λαοῦ καὶ τοῦ κλήρου.

Tit. X. *De episcopis et presbyteris, qui ordinati suum munus non suscipiunt, aut ab urbe in quam consecrati fuerant, non sunt recepti, non sua, sed aliorum culpa, aut qui post ordinationem populum et clerum negligunt.*

Ἔχει καν. δ'.—α'. Τῶν ἁγ. ἀπ. καν. λς'.—β'. Τῶν αὐτῶν καν. νη'.—γ'. Τῆς ἐν Ἀντ. συν. καν. ιζ'.—δ'. Τῆς αὐτῆς συν. καν. ιη'.

Τίτλ. ια'. Περὶ τῶν ἐκ δυναστείας ἀρχοντικῆς ἢ ἐπὶ χρήμασι χειροτονουμένων ἢ τῇ τοιαύτῃ χειροτονίᾳ μεσιτευόντων.

Tit. XI. *De iis qui primorum urbium potentia aut datis pecuniis ordinantur, et de iis qui ipsos ordinant, vel huiusmodi ordinationi interveniunt.*

Ἔχει καν. γ'.—α'. Τῶν ἁγ. ἀποστ. καν. κθ'.—β'. Τῶν αὐτῶν καν. λ'.—γ'. Τῆς ἐν Χαλκ. συν. καν. β'.

Τίτλ. ιβ'. Περὶ τοῦ μὴ δεῖν ἐπίσκοπον ἀφιέναι τὴν ἑαυτοῦ πόλιν καὶ θρόνοις ἀλλοτρίοις εἰ καὶ τοῖς σχολάζουσιν ἐπιπηδᾶν, μήτε κἂν ὑπὸ τῆς πόλεως εἰς ἣν ἐχειροτονήθησαν, οὐκ ἐδέχθησαν, ἀλλὰ μηδὲ κληρικὸν ἀπομεταβαίνειν ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν.

Tit. XII. *Non oportere episcopum urbem suam deserere, aut in sedes alienas etiam vacantes invadere, neque etiamsi ab urbe pro qua ordinati fuerunt non sint recepti, neque etiam clericum ex urbe in urbem transire.*

Ἔχει καν. η'.—α'. Τῶν ἁγ. ἀπ. καν. ιδ'.—β'. Τῆς ἐν Νικαίᾳ συν. καν. ιε'.—γ'. Τῆς ἐν Ἀγκ. συν. καν. ιη'.—δ'. Τῆς ἐν Σαρδ. συν. καν. α'.—ε'. Τῆς αὐτῆς συν. καν. β'.—ς'. Τῆς ἐν Ἀντιοχ. συν. καν. ιζ'.—ζ'. Τῆς αὐτῆς συν. καν. κα'.—η'. Τῆς ἐν Χαλκ. συν. καν. ε.

Scholium I ad can. XVIII nicaenum: Σήμαινε ὅτι βεβαιοῖ ἡ σύνοδος τοὺς γεγραμμένους τῶν ἀποστόλων κανόνας.—Scholium II excidit, his in fine exceptis: τὴν μετάθεσιν τὴν τῆς Κωνσταντινουπόλεως προεδρίας.—Ad can. XVIII ancyran. scholium III: Εὖγε! ὅτι Γρηγόριον τὸν Θεολόγον ἐνταῦθα λέγει τὸ φῶς τοῦ κόσμου.

Τίτλ. ΙΓ'. Περὶ τοῦ μὴ δεῖν ἐπίσκοπον αἰτεῖν παρὰ βασιλέως τὰ μὴ προσήκοντα, μήτε βαδίζειν ἐπὶ βασιλέα παρὰ γνώμην τοῦ μητροπολίτου, ἀλλὰ διὰ τῶν οἰκείων διακόνων τὰς δεήσεις περὶ τῶν δεόντων ἐκπέμπειν· εἰ δὲ πάντως δεήσοι πρὸς τὸν βασιλέα παραγίνεσθαι, γράμμασιν αὐτὸν τοῦ μητροπολίτου καὶ τῆς συνόδου πάσης ἐφοδιάζεσθαι.

mel iterumque divulgato illo syatagmate quod fese quinisexta, brevius vero describit nicaena syeodus altera, fieri aou potuit quie ad buius publici codicis normam multa Nomocaneei addereetur. Neque is erat Photies, qui Tarasium, Methodium, Nicephorum, tanti neminis legiferes, ipse aon aliqee facinore eemularetur. Cui demum qeaenam accepta referamus, et quem exigua, satis iam dictum est. Et quamvis aut ausu aut ingeaio valcret quidem, opus tamen iam priscum ab oblivioee mieime vindicavit, quum enonymus euctor sua ia nocte iacuerit eltins, neque ullus eum vel teeuis scholiastes sepultum sollicitaverit. Adde vix Pbetium, haud sine affectata pompa, certum suo preloge ennum ascripsisse 883, qaem cito in ebscurum cecidit exilium. Ad baec, ia eadem tempestate, muteta et a fuedameeto innovata fuit, structis βασιλικῶν libris, universa legum civilium moles, ut qui ab alio iure pependit, Nomocanon peue obsoletus aetiquaretur. Quippe cuius ad Zonaram ipsum, et quis iuris peritior? nulle suspicio pervenit. Nemce vix hebuit Michael Psellus, ut, quum sacras profsnasque leges metrica synopsi involveret, nullo oreaverit memerabili cermine illud ntriusque iuris connubium, ciesque faces a Photio dedicatas ne a longe quidem salutaverit.

XV. Pselli tamen aetate totem opes fuisse eovo et emplo consilio redietegratum, nuper eos edocuit tertius prolegus Nomocanenis. Immanis illa βασιλικῶν fabrica, mele sua ruees, lecem cessit ienumeris eclogis ac compendiis, quae quum multa c prisco iere restitucrent, etiam Nomecanencm luci reddiderunt. Neque tamen illud aberet valdo incommodum, quedque intor has epitemas crescere dehuit, coecom scilicet ac pene mutem esse libellum, nisi lucem ieterpretationemque viciea aliqua et copiese legem cenoeumque bibliotheca suppeditaret. Cui malo primam medclem attulit ignotus quidam diligensque vir, qui singulos canones, suo quemque leco, transcripsit 1). Mex elius successit, Pselli certe acqualis, stemmate vero praeclarier, ὄνομα αὐτῷ Μιχαὴλ, τὴν ἀξίαν σιβαστὸς καὶ τοὺς προιστῶτας τῶν σεκρετῶν λογοθετεῖν εἰληφώς, neque alius videtur esse quam Michaelis Ducae imperatoris nepos et Andronici filius, Michael Ducas protestator, qei etiem, avuecule abdicato, multas et egregias digeitates in aula exercere noe destitit. Is igitur, quum in caeteris ietegrum perfectumqee Nemocaeeuem haberet, una tamen parte claudicare eum aestimavit, ie nudo scilicet ac ieiuno legum compendio, cui et suppleretur, iis qui iuris fontes adire capiunt, nemerosos libros ie promptu esse oporteret, ac summo labore evolvendos. Michaelis ergo munificentia et consilio, elapsis duobus post Photium seeculis, circa a. 1080, Theoderus quidem Bestes, ueus ieter protostatoris demestices et notarios, siegula quaeqee legum capitula iuxta nomocaaonis ordinem, collegit coecieeevitque. Quae quidem, nisi decipiar, aliqua saltem ex parte latent in vaticaeo 828. Immo, nisi fallar vehementius, totum, qaantemque et quelecumque opus est, reconditur ia atlantico ac vere regio et nnico codice Monaceesi CXXII, de quo ego alibi et saepius et fusius, ut mibi vela hic contrabi liceat. Addere paucis meum est, eo consilie berculeum laborem exaetlatum feisse, ut eon solum ietegra peeus βασιλικῶν inserviret, sed universe iustiniani iuris copia, pleeis excepta manibus, Nomocanonis ie commeetarium exceteretur, ac praeterea eibil iesigee omittereter ex iis quae post LX libros Basilianos sive per imperatores, sive per pontifices, eovellis aut canoeibus saecita fuerunt. Tria igitur semma-

1) *Transcripsit.* Vide infra tertium prologum.

tim praenotari velim: primum, hic adesse multa eximiisque fontibus hausta, quae graece aut nullibi extant aut aegre reperiuntur, ex Codice, Digestis, Novellisque, ex iuris prudentibus aevi iustinianei, ex Athanasio, Thalelaeo, Theodoro Hermopolitano, ἐναντιοφανοῦς, etc. Alterum est, hoc maximam partem sexaginta librorum Basilicorum haud exiguis vectigalibus in censum adduci, ne iis quidem omissis, qui nuspiam integri comparent; neque fors ullus abesset, nisi ultimam codicis partem, ubi ad leges promptior respectus erat, tineae aut belluae comsumpsissent. Immo, si quid viderim, cum sexcenta loca ab editis Basilicis non leviter recedant, aut peculiarem editionem habemus hic, aut fortasse priorem Basilii ipsius recognitionem, quae intercidisse vulgo creditur. Postremo monuerim Theodoro Bestae patuisse tum imperatorum, tum patriarcharum authentica monumenta, Basilio et Photio recentiera, qualia sunt Leonis sapientis, Constantini Porphyrogeniti, utriusque Romani, Manuelis Ducae, Nicephori; ex archivo autem patriarchico sententiae Nicolai, Sisinnii, Alexii, Michaelis Caerularii 1), etc. Utinam nec mihi desit tempus neque locus, neque vires, ut ex his opibus, non omnia quae primum ambierim spolia habeam, sed quod iustum, necessariumque est, exequar!

XVI. Dolendum enimvero est in hunc thesaurum non incidisse Zonaram, facile omnium iuris byzantini magistrorum principem. Incidisse vero Balsamonem, manibus pedibusque permulta occupavisse, nullus ego dubito. Silet quidem in toto canonum commentario, quae prima fuit laborum suorum provincia. Neque dum Nomocanonem aggreditur

1) *Caerularii.* Iam lectorem plura de codice sciendi cupidum ad superiorem meum amandavi tomum: quaedam tamen non desunt, quae factae antea notitiae addiderim lubens. Folia inscribuntur 492, inter quae fol. 393 omittitur, dum fol. 400 bis numeratur; priora autem 246 eiusdem sunt manus, et quidem diligentia et peritia scribendi, immo et pingendi praestantissimae. Idem notarius recurrit post folium 288, et ferme usque in finem pergit: eum vero ab ipso operis conditore haud multum recedere, ut alia multa, tum fortasse persuasum te faciet notula in extremo margine folii 221, quam describere minutatim non piguit, ad tit. III, cap. 12. Alter notarius, coaequalis, nec multum calamo impar, diligentia certe vincitur ac nimium videtur ad finem utcumque festinare. Cum autem multa interrupta maneant, sive in fol. 246 sive in 288, at ipsa membrana multum varietur, statim ut ab uno ad alterum fit transitus, non videtur opus ab illis commune fuisse consilio divisum, sed unius codicem ab alterius particula suppletum potius fuisse, opinari licet. Signa quae singulis quaternionibus ambo sua manu infixerunt, resectis marginibus, ad unum omnia evanuere, nisi unicum excipias signum folii 239, ubi rutilo adhuc et antiquo minio, quo totus codex mirum in modum splendet, emicat numerus ΛΗ in exteriorem angulum superni marginis reiectus. Is vero numerus apte respondet aliis, quos aliquis sat priscus in eodem angulo notavit, et quorum adhuc vestigia superaunt, scilicet K in fol. 95, KA in f. 103, KB in f. 111, KΓ in f. 119, KZ in f. 151, KH in f. 159, KΘ in f. 167, Λ in f. 175, ΛΑ in f. 183, ΛΔ in f. 207, ΛΕ in f. 215, ΛΖ in f. 231, ΛΗ in loco iam dicto, ΛΘ in f. 247, M in f. 255, MA in f. 263, MB in f. 271, MΓ in f. 281. Qua quidem constanti serie colligitur in hac priore codicis parte saltem unum supra sexaginta folia excidisse.—Integrum vero opus in duos distinctos constituisse tomos deduxerim ex altera numerorum serie, aeque vetusta, ornata litteris, et lineolis apicibusque et siglis quae apud veteres solemnia sunt. Hi numeri iacent in angulo interiori marginis infimi in hunc modum: Γ f. 297, Δ f. 305, E f. 313, ϛ f. 321, Z f. 327, H f. 335, Θ f. 343, I f. 351, IΔ f. 383, et inde usque ad KZ in ultimi quaternionis folio primo, sive 487. Adde quod f. 362 notatur ϛολ. ι'.—Tertia series, sed multo recentior, latinis tantum verbis innititur, nimirum ad calcem f. 174, ubi notatur *primi quaternii*, tum f. 358 *secundi quaternii*, et f. 350 *tertii quaternii*. Aeque recens est ultima at continua series. LXII quaternionum, quae sive graecis, sive latinis numeris pergit, nulla ratione habita aut intercisorum, aut perturbatorum foliorum, ut in quaternione κδ (f. 183-190) et ab initio passim. Ad utrumque notarium ut revertar, ambo maxime ideo commendantur, quod rare satis exemplo nullis fere iotacismis indulgent, raro ὁμοιοτελεύτοις decipiuntur, accentus satis apta ponunt, compendia certis exsequuntur regulis, διορθώσεων scholiis ad oras dextere missis abundant, ea demum pollent rerum et scripturarum copia ac delectu, ut quicumque iam voluerit sive libros Basilicos, sive Corpus iuris ad strictos apices exigere, is iubebitur haec qualiacumque grandioris codicis folia, et certe ad unum omnia, scrutari quam solertissime.

demum, ad haec subsidia aperte se conferre videtur. Sed ne una quidem pagina illius est, iu qua, tacito fortasse furto, non multa ex nostris lucra sibi comparet, in qua Theodorum Bostem non suum faciat subditum ac vectigalem, ex munificentissimo Michaele optima spolia relaturus. Utrumque cum eadem alacritate expilavit ignotus scriptor codicis vaticani 828, qui parce tamen leges excepit, porcius vero τοῦ Ἀντιοχείας, ut babet, sive Balsamonis scholia corrogavit. Eodem iure aliena sibi viadicandi usus quoque est Balsamonis aemulus, Demetrius ille Chomatenus, qui suos inter Bulgaros, a multis requisitus, multosque ultro ad suum provocans subsellium, innumera de rebus canonicis responsa dedit, hactenus anecdeta, quorum pars certe maior ex locupletissimo Michaelis Nomocanone derivatur. Iam vero unde libelli nostri fata persequar, nemo a me exiget ut syllabum XCII codicum mss. infra positum, ac longum illud notariorum agmen recenseam, qui annua quadam serie, et face manu ad manum traducta, nos ad prima volumina typis commissa deducunt.

XVII. Princeps iterum hic sistitur, quem saepius et honoris gratia memoravi, Gentianus Hervetus, a quo, dum Tridentino concilio interesset, Latio Nomocanon datus, a. 1561, tum primum, sed latine tantum Parisiis prodiit, ex codice olim Tiliano sive S. Hilarii pictaviensis, nunc parisiensi 1331. Iterum Basileae alia versio eodem anno vulgata est, interprete Agylaeo, ex codice Amerbachiano. Graeca vero primus eruit Iustellus ex codice palatino, et cum Agylaei versione Parisiis edidit a. 1615. Elapsis quinque annis, parisienses bibliopolae graeca, vaticanis aucta lectionibus, cum Herveti interpretatione iunxerunt. Collatis deinde Iustelli et Noelli studiis et conciliatis utriusque interpretis Herveti et Agylaei versionibus, eadem demum in Bibliothecam iuris inserta sunt. Quae quidem a saeculis duobus sepulta iterum videbantur, quum hisce diebus, Romae a. 1842, Athenis a. 1852, Parisiis a 1860, publici iuris fieret triplex editio graeca; romana ex codice columnensi, Em. Maio procurante, 1) Atheniensis, opera Andreae Rhalli v. cl. cui codex fermo unus Trapezuntinus inserviit; parisiensis ultima, quae nullo manuscripto exemplari adhibito, Maii textum graece et latine reddidit. Quorum omnium vestigia premere noluimus, quin prius multos codices aetate, indole, loco dissitos, quo maior lux fieret, adhiberemus, quo de re fidem faciat elenchus statim subiiciendus.

1 Vatic. 827, XIII saec. f. 5 14, continetur nomocan. vetus, prologo et legibus destitutus accedit syntagma.
2 — 828, XIV saec. f. 287-338, nomocanon. auctus ultimae recensionis legibus, sine prologo.
3 — 829, XIV saec. f. 11-20, nomocan. a tit. X ad XIII, cum scholiis et syntagm.
4 — 842, XVI saec. f. 9-10, nomocanonis triplex prologus.
5 — 844, XIV saec. f. 1-75, nomocanon. cum Balsamonis prologo et commentario

1) *Procurante.* Nullum sane dubium esse potest quin codex quo Cl. Maius usus est, sit vat. 2181, sive columu. olim tripliciter inscriptus XXIII, XXVI et XXX; at vir summus, qui a numeris codicum suorum tradendis semper abhorruit, saepius hunc codicem digito ostendit, quin ullum signum aperte prodat. Aliud me anxium tenuit: codex spissus adhuc et integer videtur, etsi omnia folia separatim distracta typis efformandis inservierint. Qualis vero extat, minime redhibet nomocanonem in editione romana continuo omnium canonum textu expressum; immo foliis 20, 25 sunt prooemia quae romanus editor neglexit, f. 32-69, nomocanon ex canonum titulis, ut semper, exigitur; syntagma demum in reliquo codice et consueto temporum ordine describitur, ex quo necesse fuit ut exciperentur singuli canones quos nomocanonis in decursu integros et perpetuos romanus editor texuit. Dicere haec habui, ut quae minus bene notavi alibi, tandem emendaverim.

6 Vatic. 1112, XV saec. f. 1-7, nomocan. tit. XI-XIV, cum scholiis.
7 — 1182, XVI saec. f. 249, nomocanonis unicus Photii prologus.
8 — 1185, XVI saec. f. 1-231, Balsamon in nomocan.
9 — 1981, XI saec. f. 92-181, nomocan. cum prologis Photio ascriptis.
10 — 2060, XII saec. f. 1-35, nomocan. sine prologo, scholia accedunt in marg et syntagma sequitur.
11 — 2184, XIII saec. f. 20, 25, 32-69, nomocan. cum duplici prologo seorsim posito, syntagma accedit.
12 Palat. 219, XIV saec. f. 1-9, nomocan. mutilus.
13 — 384, XX saec. f. 21-25 et sqq. nomocanonis partes, inperturbato ordine.
14 — 405, XV saec. per totum, Balsamon in nomocanon.
15 — 408, s. 1563, f. 1-230, idem cum indice, prologo et commentario.
16 — 51, XVI saec. f. 1-133, idem.
17 — 57, XVI saec. f. 59-70, nomocan cum triplici prologo f. 96-98.
18 Ottobon. 96, XVI saec. f. 1-159, Balsamonis commentarius metricis ornatus prologis.
19 — 249, XVI saec. f. 1 88 Balsamonis commentarius ab initio mutilus, haud tamen prologo nec metris destitutus.
20 Angelic. Biblioth. B. 1, 12, XV saec. nomocan. tit. XI-XIII cum scholiis et syntagm.
21 Barberin. VI. 17, XIII saec. f. 4-59, nomocan. cum duplici prologo, syntagma accedit.
22 Colleg. Rom. IV. 2. 8. XV saec. f. 4-36. nomocan. cum scholiis margin. et syntagm.
23 Valliceli. C. 11. 1. XII saec. f. 6, 15 66, nomocan. cum scholiis et syntagm.
24 — F. 10. XI saec. f. 1-22, nomocanon metrico distinctus prologo, legibus destitutus, auctus vero syntagmate.
25 — F. 47, f. 1-24, nomocan. sine legibus; acced. syntagma.
26 Neapolitan. Borbon. 11/ c. 4, XIII saec. nomocan. cum duplici prologo et synt.
27 Laurentian. Pl. V cod. 2, XIV saec. f. 1-61, Balsamon in nomocan. cum metris et prologo.
28 — Pl. V. c. 40, XIV saec. f. 1-9 nomocan. variis auctus legibus.
29 — Pl. IX. c. 8, XI saec. f. 1-20, nomocan. cum duplici prologo et syntagm.
30 — Pl. X c. 1, XIII saec. f. 7-69, Balsamon in nomocanonem.
31 — Pl. X. c. 10, XI saec. f. 1-60, nomocanon uterque XIV et L titulorum.
32 Ambrosian. L. 49. *super*. f. 146, e tit. IX et sqq. 1)
33 — D. 317 *infer*. versus finem nomoc. prologus et primus titul.
34 Taurin. 105, XII saec. f. 1-64, Balsamon in nomoc. cum Photii prologo et altero vetustiore.
35 Venet. Nanian. 227, XIV saec. f. . . nomocan. a tit. III, sine legibus, tineis pene absumptus.
36 — Nanian. 236, nomocan. sine legib. accedit syntagma.
37 — Bessarion. 168, XII saec. f. 1 sqq. Balsamon cum suis prologis in nomocan.
38 — Bessarion. 169, XI-XII saec. f. 5-56, nomocan. cum prologis distinctis et solitis, sine legibus, accedit syntagma.
39 — Bessarion. 170, XIV saec. f. 1-45, eadem.
40 — Bessarion. 171, eadem.
41 Vindobon. Hist. 48, f. 17, index in nomocanonem.
42 — Hist. 49, f. 1-9, nomocan.
43 — Iurid. 15, f. 1-95, Balsamon in nomocanon.
44 — Iurid. 16, al. IX. XII saec. f. 1-58, nomocan. et syntagma.
45 Monac. 122, XII saec. de quo vid. tom. superior. p. 660 sqq. et quae supra.
46 — 123. . . nomocan. et syntagma.
47 — 380 . . . f. 153-374, eadem.
48 Petroburg. F. 1, 4, saec. XI. f. 4-72, nomocanonis duplex prologus et tit. I-XIII, in fine quaedam exciderunt.
49 Mosquens. 467, XI-XII saec. f. 6-142, nomocan. cum duplici prologo.
50 — Typogr. VI (al. 28 fol.), XV saec. f. 1-12, nomocan. cum duplici prologo, sine legibus.
51 Scorialensis. X. II. 1, nomocan.

1) *Sqq*. Et is fortasse idem est quem Car. Vitte inscribit 1, 48 inter Ambrosianos, et continere ait veteris iurisconsulti ἑρμηνείαν (fol. 152 adducto) in Nomocanonem, quae alia miscens addit neque Balsamonis esse, neque Zonarae, neque Aristeni. Cf. Heimbach. Anecd. t. 1. prol. p. LII.

52 Bodleianus [1] Barocc. 25, f. 258, nomocanonis titul. 1 et index.
53 — Barocc. 186 (al 189) XI saec. f. 10-64, nomocan. cum duplici prologo et syntagmate.
54 — Barocc. 191, XVI saec. f. 147-101, Balsamou. in nomocan. initium.
55 — Barocc. 196, a. 1043, f. 1-67, nomocanon cum unico priore prologo; prolixum syntagma succedit.
56 — Barocc 205 (al. 206), f. 1-106, XIII saec. Balsamon ἀκέφαλος in nomocan.
57 — Laud. 73, (al. 31) XI saec. f. 24-76, nomocan. sine prologo, quoad recentiora manu secunda suppletus, auctus syntagmate.
58 — Selden. 55, XIII saec. f. 2-45, nomocanon, praefixo priore tantum prooemio, addito syntagmate.
59 — Rawlinson. 158, XIV-XV saec. f. 15-58, nomocanon, in quo leges integrae citantur (Zachariae ad πεῖρ. p. 335).
60 Mediomontanus 1499 (olim Meerman. 178), XVI saec. nomocan.
61 Eton. 38. Nomocan.
62 Dublin. S. Trinit. 494, « Photii leges per capitula digestae plenius quam in nomocanone. »
63 Paris. 1319, XIII saec. f. 9-27, index nomocanonis praemisso triplici prologo.
64 — 1320, XII saec. f. 19-58, nomocan. cum prologo duplici et syntagma.
65 — 1324, a. 1105, f. 4-13, duplex prologus, cum Photii nomine in posteriore, et nomocanon, syntagma accedit.
66 — 1325, XI saec. nomocanon et syntagma.
67 — 1326, XII saec. nomocanon cum duplici prologo.
68 — 1328, XV saec. f. 1-5 Balsamon in nomocan. a titulo IV.
69 — 1329, a. 1563, idem integer.
70 — 1330, XIV saec. nomocanon palimpsestus, horride rescriptus, deletis quae videntur esse Areopagitica saec. VII.
71 — 1331, XIV saec. f. 1, Balsamonis commentarius et metrica prooemia in nomocanonem.
72 — 1332, a. 1582, idem commentarius.
73 — 1333, XV saec. idem.
74 — 1334, X-XI saec. prologus prior nomocanonis et syntagma mutilum.
75 — 1370, a. 1297, prologus nomocan. nomine Theodori abbatis inscriptus.
76 — Coislin. 34, X saec. nomocanon prologo ornatus qui Basilii nomine inscribitur.
77 — Coislin. 211, XII saec. f. 1-58 nomocan. cum priore prologo.
78 Ex codd. Minord. Minae 489, f. X saec. nomocan. cum scholiis in margin. et syntagmate.
79 Trapezuntinus a. 1311, quo Rhallius usus est.
80 Ἰβήρων [2], cod. 1, XII saec. Balsamon in nomocanonem.
81 — Cod. 2, XIV saec. idem (Cf. Zachariae *Anecdota* proleg.)
82 Βατοπαιδίου cod. 2, XIII saec. idem.
83 — cod. 3, XIV saec. Photii nomocanon.
84 Διονυσίου cod. 1, XIV saec. Balsamon in nomocanon.
85 Ἐσφιγμένου cod. 1, XVI saec. idem in tit. I-VIII nomocan.
86 Κουτλουμούση cod. 1, XIII saec. nomocanon « cum scholiis Balsamonis, novo prologo, novis annotationibus et aliis quibusdam additionibus auctus. »
87 Ἁγίας Λαύρας cod. 1, XIV saec. Photii nomocanon, « in quo canones allegantur tantum, non exscribuntur. »
88 — cod. 2, saec. XIV, nomocanon ut supra.
89 In insula Chalce, monasterii τῆς Παναγίας cod. 1, XIII saec. Photii cum Balsamone nomocanon.
90 — cod. 2, saec. XIII, Photii nomocanon et syntagma.
91 — cod. 3, saec. XVII, Balsamon in nomocanonem.
92 In monasterio Sumela prope Trapezuntem cod. a. 1774, idem.

1) *Bodleianus*. De omnibus codd. oxon. cf. Zachariae ad Prochiron appendicem.

2) Ἰβήρων iterum cf. Zachariae in proleg. Anecdotor. de omnibus codd. in Monte Atho repositis.

I.

Πρόλογος τοῦ συνθέντος τοὺς κανόνας εἰς τίτλους δέκα καὶ τέσσαρας.

Prologus illius qui collegit canones in XIV Titulos.

Τὰ μὲν σώματα καταλλήλως ἐνύλου μεταλαμβάνοντα τροφῆς, ἀκμάζει τε καὶ θάλλει, μέχρι τοῦ τεταγμένου ταῖς τοιαύταις αὐξήσεσι μέτρου τε καὶ χρόνου. Ἡ δὲ λογικὴ ψυχὴ τῷ συγγενεῖ καταρδομένη τε καὶ πιαινομένη λόγῳ, πνευματικῶς ἐπιδίδωσι 1)· καὶ τοῦ σώματος ἐπὶ γῆς ἀντέχεσθαι δοκοῦσα, τὰ πολλὰ πρὸς ὑψηλοτέρας ἀνάγεται 2) θεωρίας, καὶ τῶν οὐρανίων ἀψίδων ἔνδοθι 3) γίνεται, τὴν ἐκ μέτρου τε καὶ χρόνου μηδαμῶς ὑφισταμένη κώλυσιν· ἄνω τε ταῖς φωταγωγοῖς συνομιλεῖ 4) καὶ συμπολιτεύεται δυνάμεσιν, οὐ τῶν ἐν σκιαῖς, ἀλλὰ τῶν ὄντως ἀγαθῶν ἀπολαύουσα. Ἔπρεπε γὰρ ἀναλόγως ἐνθάδε, τὴν μὲν 5) ἀθάνατον ἀπέραντα, τὸ δὲ θνητὸν ἐπίκηρα παρὰ τοῦ δημιουργοῦ κληρώσασθαι. Διὸ προσήκει τούτοις ἑκάστοτε προσεθίζειν τε καὶ συνδεσμεῖν 6) τὸ τῆς ψυχῆς ἀεικίνητον 7), καὶ μὴ διδόναι καιρὸν αὐτῇ, τῶν γνησίων ἀφεμένῃ δογμάτων, νόθου τινὸς ἀντιλαμβάνεσθαι· οὕτω γὰρ αὐτῇ λόγοις τε καὶ πράγμασιν ἀγαθοῖς 8) ἐνδιατριβούσῃ, καὶ τὰς καθ' ὕπνον καὶ δι' ὀνειράτων φαντασίας ἐνθέους ἔχειν συμβήσεται. Ταῦτα κατ' ἐμαυτὸν ἐννοῶν, καὶ τὸ πάλαι 9) τινὶ τῶν ἔξω σοφῶν εἰρημένον ἐπὶ τοὺς ἱεροὺς μεταβιβάζων 10) θεσμούς, καὶ πεπεισμένος τούτους εὕρημα 11) μὲν καὶ δῶρον εἶναι Θεοῦ, δόγμα δὲ φρονίμων τε καὶ θεοφόρων 12) ἀνθρώπων, ἐπανόρθωμά τε 13) τῶν ἑκουσίων καὶ παρὰ βούλησιν ἁμαρτημάτων, καὶ πολιτείας εὐσεβοῦς τε καὶ πρὸς ἀτελεύτητον ζωὴν ἀγούσης ἀσφαλῆ κανόνα, προθύμως ἐνεχείρησα 14) τοὺς ὑπὸ τῶν ἐν χρόνοις διαφόροις γεγενημένων ἁγίων δέκα συνόδων ἐπὶ βεβαιώσει τοῦ σωτηρίου δόγματος, καὶ χρηστῇ διδασκαλίᾳ πάντων ἀνθρώπων, ἐκτεθέντας θεοπρεπεῖς κανόνας εἰς ταὐτὸν 15) συναγαγεῖν, ἑκάστης συνόδου τῇ προσηγορίᾳ τοὺς αὐτῆς ἐχομένως 16) ὑποτιθείς· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοὺς λεγομένους τῶν ἁγίων

Corpora quidem cibo, quem cuique natura confert, enutrita, florent ac vegetantur, quoad crescendi modo et tempore concessum est. Spiritualis vero anima, congruo irrigata et pinguefacta sermone, augescit, et quae hac in terra corpori videtur obsistere, continuo ad sublimiora evehitur spectacula, coelique coeli penetralia ingreditur, iamque nullis mensurae temporisve obnoxia impedimentis, supernas inter luceque perfusas virtutes, conversatione et contubernio fruitur, neque umbratilia, sed vera bona capessit. Aequum namque erat, pro cuiusque ratione, pars immortalis ea quae sine termino sunt, mortalis vero quae fluunt, a rerum conditore sortiatur. Decet igitur, id genus animae perpetua alacritate motum, hisce assuefieri et connecti, ne ullo quidem tempore relicto, in quo, rectis dogmatibus missis, spurium aliquid amplectatur: sicque ipsi in bonis sermonibus operibusque inhabitanti, etiam per quietem et somnum divinas habere visiones contigerit. Haec dum ipse mecum animo reputo, veteremque cuiusdam ex sapientibus externis sententiam ad sacras traducens sanctiones, cumque mihi persuasum sit, leges inventum Dei esse ac donum, ac simul prudentum divinorumque hominum dogma, tum etiam correctionem eorum quae aut consulto aut temere peccantur, certam denique regulam, quae ad honestam vitam, etiam ad immortalitatem ducit, alacri inde studio colligere aggressus sum, quotquot diversis in temporibus sacros canones, a sanctis decem synodis, ad salutaris doctrinae confirmationem, utilemque omnium hominum disciplinam, editos, cosque sub uniuscuiusque synodi appellatione suo loco posui et etiam addidi eos qui sanctorum apostolorum canones dicuntur, quamvis ob nonnullas cau-

Titulus hactenus vulgatus est: Φωτίου πατριάρχου Κπλεως εἰς τὸν νομοκάνονα πρόλογος. Sicque ferunt Balsamonis codd. prope omnes. In caeteris plerumque: πρόλογος τῶν δεκατεσσάρων τίτλων. Quo perspicua magis sint variorum prooemia, tertiam et ultimam sequimur eorumdem scripturam, quam exhibent codd. 4, 17, 63, in quo etiam barbare legitur εἰς τίτλους δεκατεσσάρους.

1) ἀποδιδῶσι codd. 21, 49.—2) ἀνίπταται 11, 21, 49.—3) ἔνδοθεν 17, 21, 49.—4) συνομιλεῖται 49.—5) τὴν μὲν 21, 49.—6) προσδεσμεῖν 17.—7) ἀκίνητον 21, 49.—8) ἀγαθοῖς om. 49.—9) τὸ πάλιν 17. scil. Demosthenes.—10) μεταβιβάζεσθαι ib.—11) πεπεισμένους τούτους εὑρήκαμεν 49. καὶ δῶρον om. 17.—12) θεοφόρων ἀνδρῶν. id.—13) edd. δὲ om. 49.—ἀκουσίων 17.—14) ἐπεχείρησα 49.—15) εἰς τοῦτο 17.—16) ἐχομένας 11, 17.

ἀποστόλων· εἰ καί τινες αὐτοὺς ἀμφιβόλους διά τινας αἰτίας ἡγήσαντο 1). Τὴν δὲ κατὰ τὴν ἐν Λιβύῃ Καρχηδόνα γεγενημένην 2), ἐν χρόνοις Ὁνωρίου καὶ Ἀρκαδίου, τῶν τῆς εὐσεβοῦς λήξεως, ἱερὰν σύνοδον εὑρηκὼς πολλά τε καὶ πολλὴν ὠφέλειαν εἰσάγειν τῷ βίῳ δυνάμενα διαταξαμένην, (εἰ καί τινα μὲν αὐτῶν πρὸς μόνην τὴν ἐπιχώριον ἀναφέρεται κίνησίν τε καὶ κατάστασιν, τινὰ δὲ πρὸς τὰ κεκανονισμένα κοινῶς τε καὶ ἰδιαζόντως, καὶ τὴν κρατοῦσαν ἐν ταῖς ἄλλαις διοικήσεσιν, ἤγουν ἐπαρχίαις, ἐκκλησιαστικὴν κατάστασιν ἀπεμφαίνει 3)· ὧν ἐν καθέστηκε τὸ παρ' αὐτῶν διορισθὲν, ὥστε τοὺς ὑπὲρ τοὺς ἀναγνώστας ἐν κλήρῳ καταλεγομένους, ἐκ τρόπου παντὸς 4) τῶν πρὸ τῆς τοιαύτης χειροτονίας συζευχθεισῶν αὐτοῖς ἀπέχεσθαι νομίμων γαμετῶν· οὐ γὰρ ἐξ ἐπιτάγματος, ἀλλ' αὐθαιρέτῳ γνώμῃ, τῶν τοιούτων προσώπων ἕκαστον, ἢ τὴν ἀποχὴν διὰ φιλόθεον ἄσκησιν, ἢ τὴν ἀμίαντον συνάφειαν διὰ τὸ τοῦ γάμου τίμιον ἐν ἡμῖν ἐπιτηδεύει, μῶμον οὐδένα δίκαιον ἐκ τοῦ γινομένου 5) παντελῶς ὑφιστάμενον), τῷ παρόντι συνέζευξα σπουδάσματι· καλὸν ἡγησάμενος ἐν ταὐτῷ μνημονεῦσαι καὶ τὰ 6) παρά τινων ἁγίων Πατέρων ἰδιαζόντως ἐν ἐπιστολαῖς, πεύσεσί τε καὶ ἀποκρίσεσιν, εὐσεβῶς εἰρημένα 7), καί τινα τρόπον κανόνος τύπον παρέχεσθαι δυνάμενα. Οὐκ ἀγνοῶν μὲν, ὡς καὶ τοῖς μεγάλοις Βασιλείῳ τε καὶ Γρηγορίῳ δοκεῖ, χρῆναι κανόνας ἐκκλησιαστικοὺς ἐκείνους λέγειν τε καὶ κρίνειν, οὓς οὐ μόνον 8) καθ' ἑαυτόν τις, ἀλλὰ πλείους ἅγιοι Πατέρες εἰς ταὐτὸν συνελθόντες, κοινῇ γνώμῃ καὶ μεμεριμνημένῃ βασάνῳ διετάξαντο· λογισάμενος δὲ τὰς τοιαύτας τῶν διδασκάλων ἐκθέσεις, ἢ περὶ τῶν ἤδη συνοδικῶς εἰρημένων εἶναι, καὶ πάντως χρήσιμόν τι συνεισάγειν ἐκείνοις τῇ σαφηνείᾳ τῶν, ὡς εἰκὸς, τισὶ δυσκαταλήπτων εἶναι δοξάντων 9), ἢ παντελῶς αὐτὰ περί τινων ὑπάρχειν καινῶν, οὐδαμῶς κατὰ λέξιν, ἢ νοῦν, ἐμφαινομένων ταῖς ἀναγεγραμμέναις συνοδικαῖς ζητήσεσί τε καὶ τομαῖς· καὶ δύνασθαι τοὺς ἐπί τισι τοιούτοις κρίνειν λα-

sas a quibusdam dubii habeantur. Sacram autem synodum Carthagine in Libya, temporibus Honorii et Arcadii felicis recordationis imperatorum celebratam quum reperissem, multa statuentem et quae multum utilitatis vitae humanae afferre possunt (ex ipsis tamen etsi quaedam ad unicam proprii loci indolem consuetudinemque pertineant, quaedam vero ob iis quae aut communi aut singulari lege sancita sunt et in aliis dioecesibus aut eparchiis praevaluerunt, abhorrentem inducant ecclesiasticae disciplinae rationem: inter quae hoc unum ab hisce definitum est, ut iis qui supra ordinem lectorum clero cooptantur, abstineatur e legitimis coniugibus ante huiusmodi ordinationem matrimonio iunctis: haud enim vi praecepti, sed libera voluntate, horum hominum unusquisque aut continentiam, religioso intuitu asceseos, aut inculpabilem coniunctionem quae apud nos fit, ob nuptiarum honorem, amplectitur, nulli prorsus reprehensioni ex hac re obnoxius) huic demum operae adiunxi. Ac bonum esse censui in eadem memorari ea quae a quibusdam sanctis Patribus in privatis epistolis perque interrogationes et responsa pie dicta sunt, quaeque quodammodo canonis formam exhibere valent: me quippe non fugit, etiam magnos illos viros Basilium et Gregorium existimavisse, canones ecclesiasticos eos esse dicendos et habendos, quos non modo seorsum aliquis, sed plures sancti patres in unum convenientes de communi sententia, facta de singulis rebus deliberatione, decreverunt; interea duxi has qualescumque magistrorum expositiones aut de iis esse factas, quae iam concilia dictaverunt, et omnino illud iisdem afferre commodum, ut declarentur, nisi fallor, ea quae quibusdam difficilia viderentur; aut de quibusdam rebus esse plane novis, quarum verba vel sensus ipse in synodicis quaestionibus ac decisionibus, quae litteris mandatae sunt, minime reperiuntur; ac sane idoneos eos

post correct. ἐχομένους. — 1) ἡγησαντο. Plane ut Dionysius Exiguus in prologo suo ad Stephanum: « Canones qui dicuntur Apostolorum, de graeco transtulimus; quibus quia plurimi consensum non praebuere facilem, hoc ipsum vestram noluimus ignorare sanctitatem. » Quae statim addit graecus prooemii auctor, de canonibus africanis, cum iterum ad Dionysii collectionem apertissime respiciant, suspicionem augent, ignotum scriptorem virum esse latinum, quem Iulianum facile dixerim. — 2) γενομενην 17. — 3) ἀπεμφαινοι 21, 49, ἀποβλεπει 17. — 4) τινος 49. — 5) ἐκ τουτου γενομένου 49. Idem et alii addunt scholium satis ineptum: Ἐκ τούτου ἡ παλαιὰ Ῥώμη ἐσφάλη καὶ τὸν νόμιμον γάμον ἐπὶ τῶν ἱερέων ἀποβαλλομένη (al. ἀποβάλλεται). Cui statim respondet aliquis in marg. cod. 21: οὐκ ἐσφάλη οὐδὲν, οὐδὲ πώποτε, ἀλλὰ ταῖς συνόδοις ἑπομένη ποιεῖ ἃ ποιεῖ. Ad haec recole quae satis superque disputavimus antea ad trullan. can. XIV, p. 91 sqq. — 6) τῶν παρά τινων 21. — 7) εἰρημένων et δυναμένων 17. — 8) οὐ μόνος 21, οὐ μὴν 17, unde fert melius: καν. ἐκκλ. ἐκείνους μονον λεγ. τε καὶ κρίν. οὓς οὐ μὴν καθ' ἑ. — 9) δοξαζόντων 17.

χόντας, ἔκ τε τῆς τῶν προσώπων ἀξιοπιστίας, ἔκ τε τοῦ πνευματικοῦ φωτὸς, τοῦ κατ' ἐνέργειαν Θεοῦ τοῖς εἰρημένοις ἐπαστράπτοντος, οὐ μόνον ἀνεγκλήτους, ἀλλὰ καὶ λίαν ἐπαινουμένας ποιεῖσθαι τὰς κρίσεις. Πάντων δὲ τῶν συνειλεγμένων τὴν δύναμιν εἰς τίτλους δέκα πρὸς τέτρασι συνελὼν 1), καὶ τούτων ἕκαστον εἰς διάφορα κεφάλαια διελὼν, εἶτα τοὺς πρὸς ἑκάστην ζήτησιν ἁρμόζοντας ὅρους ὑποθεὶς, τάς τε προσηγορίας τῶν αὐτοὺς εὑραμένων δηλώσας, καὶ τὸν ἀριθμὸν διὰ τῶν ἀριθμητικῶν στοιχείων 2), εὐσύνοπτον, ὡς οἶμαι, κατὰ δύναμιν τὸ σύνταγμα πεποίημαι. Τοῦτον δὲ τὸν τρόπον τυπῶσαι τὴν ἔκθεσιν, φημὶ δὴ διὰ τῶν ἀριθμητικῶν στοιχείων, ἀλλὰ μὴ ῥητῶς ἑκάστῳ κεφαλαίῳ τὴν πρόσφορον ὑποβαλεῖν ἀνάγνωσιν, παρέσχετο τὴν αἰτίαν τὸ μὴ βούλεσθαί με πρὸς τὴν χρείαν τῶν διαφόρων ζητήσεων, ἢ πολλάκις τὸν αὐτὸν κανόνα γράφειν, καὶ προσκορῆ φαίνεσθαι τοῖς ἐντυγχάνουσιν, ἢ τὸν ἕνα περὶ πλειόνων διαλαμβάνοντα κεφαλαίων, ἐξ ἀνάγκης εἰς πολλὰ κατατέμνειν τε καὶ διασπαθίζειν· ὅπερ τισὶ τῶν πρώην γεγένηται, καὶ δικαίαν οὐκ εὐλόγου με τόλμης ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ κατατομῇ παρά τισιν αἰτίαν ἀπενέγκασθαι. Εἶπου δὲ χρειώδη πρὸς τὰς τοιαύτας κανονικὰς συγγραφὰς τὴν πολιτικὴν νομοθεσίαν ὑπείληφα, ταύτης βραχέα τε καὶ συντετμημένα τοῖς συγγενέσι κεφαλαίοις προσήρμοσα ἐν ἰδιάζοντι μέρει τῆς δε τῆς βίβλου, τῶν εἰς ἐκκλησιαστικὴν ἀνηκόντων εὐταξίαν 3), ἔν τε τοῖς βασιλικοῖς θεσπίσμασιν, ἔν τε ταῖς τῶν σοφῶν ἑρμηνείαις, σύντομον ἐν συναγωγῇ ποιησάμενος ἔκθεσιν, ἅμα μὲν εἰς ἀνάμνησιν, ἅμα δὲ πρὸς τελείαν αὐτῶν τοῖς ἐντυγχάνουσιν ἔρευναν 4). Γένοιτο δέ με σὺν Θεῷ, ταῖς τῶν ἁγίων εὐχαῖς βοηθούμενον, ἐξανύοντα τὸν σκοπὸν, μάλιστα μὲν ἐμαυτῷ, καὶ ἑτέροις χρήσιμόν τι περίσασθαι, ἐπὶ τῷ τῆς 5) γοῦν σπουδῆς τε καὶ προθυμίας τὸν μισθὸν ἀπενέγκασθαι 6).

esse, qui huiusmodi negotia diiudicavisse nacti sunt, qui tum personarum auctoritate, tum spirituali lumine, quod divina ex virtute in eorum sententiis elucet, non modo irreprehensibilia, sed etiam valde laudabilia iudicia pronuntiarent. Horum autem omnium ita collectorum vi in titulos quatuordecim contracta, ac singulis titulis in varia capita distributis, deinde unicuique quaestioni convenientibus definitionibus subiectis, auctorumque ipsorum nomine tum etiam numero per arithmetica elementa declarato, intellectu facile, ut opinor, pro viribus syntagma elaboravi. Cur autem sic digesserim hanc expositionem, per numerorum scilicet elementa, non vero conceptis verbis unicuique capitulo subiecerim convenientem commentarium, ea causa fuit quod noluerim, prout opus erat variis quaestionibus, aut saepe eumdem canonem scribere, lectoribusque parere fastidium, aut unum eumdemque de pluribus tractantem capitibus necessario in multas partes comminuere ac dissipare (quod quidem a nonnullis antea factum est), atque iustum maleferiatae audaciae crimen ob huiusmodi dissectionem apud quosdam mereri. Ubi vero utilem ad eiusmodi canonicas scripturas civilem legislationem arbitratus sum, ex ea pauca quaedam eaque brevia ad similia capita aptavi, postquam in peculiari huiusce libri loco, eorum quae sive ex imperatorum decretis, sive ex prudentum interpretationibus, ad ecclesiasticam disciplinam pertinent, brevem aliquam, collectionis ad instar, exegi expositionem, tum ut memoriam excitarem, tum ad integram rerum indagationem lectores deducturus. Utinam autem Dei ope sanctorumque precibus adiutus, propositoque defunctus consilio, utile aliquid, ut caeteris, tum maxime mihi praestiterim, studii saltem promptique animi mercedem adepturus.

1) πρὸς τέσσαρσι διελὼν, εἶτα caeteris om. 17.— 2) διὰ τ. α. στ om. 19.—3) Τῆς δε τῆς βίβλου τῶν εἰς ἐκκλησιαστικὴν ἀνηκόντων εὐταξίαν, sic sublato necessario distinctionis apice, uno et continuo cursu parisienses romanique editores pergunt, sententia adeo perversa, ut etiam consultissimus Maius, in errorem raptus, nullam duplicis libelli suspicionem moverit, dum incauto duce Iustello vel Agylaeo vertit: « Pauca quaedam eaque brevia ex iis (legibus desumpta congruentibus capitulis adiunxi in propria huius libri parte, *eorum scilicet quae*, etc. » Omnia dextere explicuit iunior Heimbachius in Anecd. t. I. proleg. p. XLVI. Manet interea vulnus in τῆς δε τῆς βίβλου, pro quo mallim ταύτης τῆς βίβλου.—4) αὐτῶν ἀνάγων τοὺς ἐντυγχάνοντας ἐρευνᾶν 11.—5) ἐπεὶ τῆς 19, ἔπειτα τῆς 17. ἑτέροις ἐντεῦθεν χρ. τ. π. ἐπὶ τῆς 21.—6) περιενέγκασθαι 11.

II.

Τοῦ προσθέντος τὰ μετὰ τὴν πέμπτην.

Prologus illius qui addidit ea quae V Synodo recentiora sunt.

Ὁ μὲν παρὼν πρόλογος, ἀφ' οὗ τὸ χριστιανῶν δόγμα τοῖς τῶν ἀποστόλων φθόγγοις εἰς τὴν οἰκουμένην διήπλωται. ἐξ ἐκείνου τοὺς μέχρι τῆς πέμπτης συνόδου κανόνας εἰς ἓν συναγαγεῖν θέμενος σκοπὸν, τὸ πέρας ὧν ὑπέσχετο τῆς ἐπαγγελίας ἐπέθετο οὐκ ἀνάξιον. Καὶ οὓς αὐτή τε ἡ πέμπτη, καὶ αἱ προλαβοῦσαι διετύπωσαν, εἰς ἕν τε ἠθροίσατο· καὶ εἴ τινας ἄλλους καθ' ἕνα τῶν ἱερῶν ἀνδρῶν, τὸ μεταξὺ τοῦ χρόνου διάστημα εἰς τοσοῦτον ὕψος ἀρετῆς ἀναδραμεῖν ἔδειξεν, ὥστε καὶ τὸ ἀξιόπιστον αὐτοὺς λαβεῖν, τούς τε λόγους [1] εἰς κανονικὴν ἐλθεῖν ἰσοτιμίαν καὶ σύνταξιν, οὐδὲ τούτων τοὺς πόνους, τῆς προκειμένης πραγματείας τὸ συγγενὲς οὐ νοθεύοντας, οὐκ ἀπεξένωσεν [2].

Ἐπεὶ δὲ ὁ μετὰ τὴν πέμπτην σύνοδον χρόνος ἄλλα τε κατὰ τὸν βίον οὐκ ὀλίγα ἐνεωχμωσε, καὶ συνόδους ἱερὰς ἐπὶ διαφόροις αἰτίαις τὴν σύστασιν λαβούσας ἀνέδειξε, τῶν μὲν [3] παλαιῶν ἀνδρῶν τοὺς πόνους οὐ λυμαινόμενος, ὅπερ πολλοὺς πολλάκις ἡ ἀπορία τοῦ ἐξ οἰκείας ἐπιγνωσθῆναι σπουδῆς τολμῆσαι συνήλασε, καὶ κλοπῇ τῶν ἀλλοτρίων ὀφρὺν ἀνασπάσαι σοφίας ἠπάτησεν· ἀλλ' οὖν ἡμεῖς γε τοὺς ἀγαθοῦ τινος ἄρξαντας τῷ βίῳ, εἰς αἰδῶ καὶ ἐπαίνους ἀναφέροντες, κἂν τούτῳ τιμᾶν ἐγινώσκομεν, οἷς ἑπόμεθα. Τοῖς οὖν ἐκείνων καμάτοις ἄσυλον διατηροῦντες τὸ προνόμιον, μᾶλλον δὲ καὶ συναυξάνοντες [4], τὰ μετὰ ταῦτα γεγενημένα τοῖς προλαβοῦσι συνάπτομεν· καὶ ἥνπερ [5] αὐτοὺς ὑστερίζων ὁ χρόνος οὐκ ἔδωκε, ταύτην αὐτοῖς ἡμεῖς τὴν προσθήκην, ὡς ζημίαν, ἀποκαθιστῶντες, ὁλόκληρον αὐτοῖς, ὅσα γε εἰς τὸν παρόντα χρόνον, ἐπιδείκνυμεν τὸ φιλοπόνημα. Διόπερ τὸ παρὸν βιβλίον περιέχει μὲν ἃ προεῖπεν ὁ πρόλογος· περιέχει δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν εἱρμὸν, καὶ τὴν αὐτὴν ἀκολουθίαν τῆς συντάξεως, ἣν οἱ πρὸ ἡμῶν ἐφιλοτεχνήσαντο, καὶ οὓς ἡ οἰκουμενικὴ ἕκτη διωρίσατο σύνοδος· καὶ δὴ καὶ οὓς ἡ ἑβδόμη [6] τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων, τῶν κατὰ Νίκαιαν δὲ συγκροτηθεισῶν τὴν δευτέραν τάξιν ἐπέχουσα· ἡ καὶ τὴν εἰκονομαχικὴν καθελοῦσα λύσσαν, οὐκ

Huic autem praefationi quum id potissimum propositum fuerit, ut canones ab eo tempore quo christianorum dogma Apostolorum vocibus per totum terrarum orbem diffusum atque explicatum est, ad quintam usque synodum editos in unum corpus colligeret, promissis quidem suis finem imposuit non indignum. Atque eos quidem quos ipsa quinta quaeque ipsam praecesserunt synodi constituerunt, scriptor in unum congessit; ac si quos alios sanctos viros intervallum illud temporis interiectum, unum post alterum, ad tantam virtutis sublimitatem evexit, ut eorum doctrina eam auctoritatem adepta sit, quae ad parem cum canonica dignitatem et gradum perveniret, neque horum labores, quod praesentis operis nativam puritatem non corrumperent, tanquam extraneos repudiavit.

Quoniam autem tempus quintam synodum insecutum, cum alia non pauca vitae humanae utilia innovavit, tum etiam sacras synodos variis de causis coactas in lucem protulit, antiquorum laboribus nihil nocentes, aut detrahentes (ad quod audendum multoties impulit multos impotentia proprio marte et studio clarescendi, in eumque errorem induxit, ut facto rerum alienarum furto, sapientiae supercilium attollerent;) at vero nos eos qui boni alicuius auctores vitae humanae fuerunt, reverentia ac laudibus prosequentes, etiam in hoc eos quos sequimur, honorare decrevimus. Itaque illorum laboribus praecipuum honorem inviolatum servantes, immo vero augentes, ea quae postea facta sunt, cum praecedentibus coniungimus; quodque ipsis posterius tempus non addidit, hoc nos additamentum, tanquam damnum sarcientes, integrum ipsis, quantum ad praesens tempus attinet, elaboratum opus repraesentamus. Idcirco praesens liber ea continet de quibus in praefatione mentio facta est. Eadem vero serie, eademque ordinis consecutione in quo qui ante nos fuerunt, summa industria elaborarunt, complectitur etiam eos canones quos sexta universalis synodus definivit; tum etiam quos septima oecumenica synodus Nicaeae iterum congregata edidit, quae, iconomachorum rabie eversa, non paucas sanctiones

1) τους λόγους; 11, 49, τ. λ. καὶ εἰς 17.— 2) οὐκ om. 17 sicque Iustellios legebat. Pergit 17: ἐπειδὴ δέ.— 3) ἡμεῖς γε τῶν παλαιῶν conj. Rhalli τοὺς πόνους 17.— 4) συναυξαντες 17. — 5) ὅπερ 11, 17. — 6) ἑβδόμη μεν 11.

ὀλίγους τῶν τὴν ἱερὰν πολιτείαν ἐπανορθούντων θεσμοὺς συνετάξατο. Πρὸς τούτοις δὲ καὶ οὓς μετὰ ταῦτα ἡ ἐν Κωνσταντινουπόλει πρώτη καὶ δευτέρα σύνοδος, ἔριδός τινος ἀναῤῥιπισθείσης, τὸν πάνσεπτον ναὸν τῶν ἀποστόλων ποιησαμένη τῶν πραττομένων ἀκροατήριον, ἐτυπώσατο· ἀλλὰ καὶ οὓς ἡ μετὰ ταῦτα σύνοδος, ἐπὶ κοινῇ τῆς ἐκκλησίας ὁμονοίᾳ συστᾶσα, καὶ τὴν ἐν Νικαίᾳ σύνοδον ἐπισφραγίσασα, αἱρετικὴν δὲ πᾶσαν καὶ σχισματικὴν ἀποβαλοῦσα πλάνην, καὶ τούτους τοῖς τῶν ἀδελφῶν συνόδων κανόσι συνέταξεν 1).

Ἐπὶ πᾶσι δὲ καὶ νομικάς τινας ῥήσεις 2) ὁ νῦν εἰρημένος τοῦ βιβλίου πόνος, αἳ τοῖς ἱεροῖς συμφθέγγονται κανόσιν, οὐδὲ τὴν τούτων παράθεσιν ἀτιμάσας, ταῖς ἱερολογίαις συνέζευξεν. Ἵνα δὲ καὶ τὸν χρόνον τις εἰδείη, ὃς τοῖς φθάσασι τὸν παρόντα 3) συνηρμόσατο, ἔστι μὲν κατὰ χιλιάδα ἐτῶν μετρούμενος, εἰς τὸ ἑξαπλάσιον ταύτης ἀναβαίνων, ὑπερβάλλων δὲ καὶ ταῦτα 4) καὶ μηδὲ μέχρι τῶν τριακοσίων ἐτῶν τὸν δρόμον ἱστῶν 5), εἰς τὸ ἐννενηκοστὸν πρῶτον ἔτος ἐλαύνων, ὑπ' αὐγὰς ἡλίου τὴν προκειμένην πρᾶξιν προήνεγκεν 6).

sacram vitae rationem emendantes constituit. Praeterea vero eos etiam canones complectitur, quos postea prima et secunda synodus constantinopolitana, in venerando Apostolorum templo celebrata, explosa ac ventilata quadam controversia, sancivit: nec non etiam quos illa synodus constituit, quae communis concordiae causa postmodum habita est, quaeque nicaenam synodum confirmavit, omnem vero haereticum et schismaticum errorem sustulit, hos, inquam, canones eodem quo similium synodorum canones ordine collocavit.

Praeter haec omnia quasdam etiam legales sententias, sacris canonibus consonas, nuper commemoratus liber, harum collationem non aspernatus, cum sacris sententiis coniunxit. Ut autem tempus etiam notum sit, quo praesentia cum praecedentibus composita et coagmentata sunt, ipsum quidem millenis annis dimensum ad sexies tantum, quantus hic numerus est, ascendens, adeoque etiam excedens, nequidem ubi ad trecentesimum insuper annum pervenit, cursum sistit, sed ad primum usque et nonagesimum praeterea annum progrediens, propositum opus solis in lucem protulit.

III.

Τοῦ προσθέντος 7) τούς τε παραλειφθέντας κανόνας καὶ τὰ ζητούμενα 8) κεφάλαια νόμιμα.

Prologus illius qui et canones omissos et capitula legum requisita addidit.

Γέγονε καὶ ταῦτα καθ' ὃν εἴρηται χρόνον παρ' οὗπερ ἄρα καὶ γέγονεν· εἶτα τὶς τῶν ἐπιγενομένων ἕκαστον τῶν τοῖς ἀριθμητικοῖς στοιχείοις δηλουμένων κανόνων εἰς τοὺς ζητουμένους τόπους κατέγραψε, δοκιμάσας αὐτὸς ἅπερ ὁ προλαβὼν τοῖς χρόνοις ἀπεδοκίμασε· καὶ ἦν οὕτως τὸ σύνταγμα, τἄλλα μὲν, ὁλομελές τε καὶ ἄρτιον· ἑνὶ δὲ τούτῳ χωλεῦον τῇ πρὸς τὰ πολυμερῆ βιβλία τῶν πολιτικῶν νομίμων παραπομπῇ, ἅπερ τοῖς ζητεῖν βουλομένοις, πόσων ἔδει βιβλίων, πόσων μόχθων, πόσης τριβῆς. Ἐπεὶ δὲ καὶ τοῦτο πρὸς αὐτοτελῆ καὶ πανταχόθεν ἔχουσαν τὸ ἀνεπίληπτον ἀρτιότατον ἀναπληρωθῆναι ἔχρην τὸ ὑστέρημα· ἔτη μετὰ τὸν προγραφέντα χρόνον παρῆλθε, σὺν

Haec autem perfecta sunt eodem fere tempore quo dicitur perfecta fuisse. Postmodum autem succedentium aliquis singulos canones, numerorum notis significatos, suo quemque loco transcripsit, ea probans quae praedecessor reiecerat. Itaque syntagma in caeteris quidem integrum et perfectum erat, sed una parte claudicabat, respectu scilicet facto ad multipartitos legum civilium libros, unde leges illas adire cupientibus quot oportet adesse volumina, quanto cum labore, quanta exercitatione! Cum ergo necesse esset ad absolutam irreprehensamque operis perfectionem ut iste defectus sublevaretur, se-

1) συνετάξατο 17. — 2) νομικὰς τηρήσεις id. — 3) ὃς τὰ παρόντα τοῖς ϛϑ'. id. — 4) καὶ ταύτην id. — 5) συνιστῶν id. — 6) προήνεγκε, ἤτοι κατὰ τὸ ϛτϟα' ἔτος, ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ κυροῦ Βασιλείου τοῦ Μακεδόνος τοῦ πατρὸς τοῦ κυροῦ Λέοντος τοῦ φιλοσόφου id. — 7) προσθέντος. Ex codd. 4, 17, 63, cum unica varietate ultimae dictionis συγγράμματι in 63. — 8) ζητούμενα, Scholia marginalis intelligi mox dicetur.

τοῖς διακοσίοις ζ', καὶ τὰ πάντα μέγας ἀνὴρ, καὶ γένος καὶ βίον καὶ λόγον καὶ τρόπον, ὄνομα αὐτῷ Μιχαὴλ, τὴν ἀξίαν σεβαστὸς, καὶ τοὺς προεστῶτας τῶν σεκρέτων λογοθετεῖν εἰληφὼς, τὸ πρᾶγμα βάλλεται κατὰ νοῦν, ὑπογραφεῖ τε χρῆται τῶν ὑπηκόων ἑνὶ, Θεοδώρῳ βεστῇ, καὶ τοῦ βουλήματος πληρωτῇ, καὶ δι' αὐτοῦ τὰ ζητούμενα κατὰ μέρος κεφάλαια, ἐκ τοῦ πολυσχιδοῦς τῶν νόμων συντάγματος ἐρανισάμενος συνηρμολόγησε τῷ προκειμένῳ συντάγματι.

ptem et ducentis circiter annis post supradictum tempus clapsis, vir quidam genere, vita, sermone, moribus denique excellens, cui nomen est Michael, summa etiam dignitate Augustus, ac primas partes Logothetarum a secretis adeptus, hoc sibi consilium animo subdit, usasque uno a suis subditis, Theodoro Beste, eius voluntatem implente, ut singula quaeque capitula, quaerenda in multiplici legum volumine, iuxta ordinem praesentis operis colligeret et concinnaret.

IV.

Ἐκ ποίων συνόδων τε καὶ προσώπων καὶ πόσων κανόνων τὸ παρὸν ἠθροίσθη σύνταγμα.

Ex quibusnam synodis et personis, quotque canonibus praesens syntagma sit conflatum.

Οἱ λεγόμενοι 1) τῶν ἁγίων ἀποστόλων διὰ Κλήμεντος κανόνες πε'.

Συνόδου τῆς ἐν Νικαίᾳ τῶν τιη' ἁγίων πατέρων κανόνες κ.

Συνόδου τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ κανόνες κε.

Συνόδου τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ κανόνες ιδ.

Συνόδου τῆς ἐν Γαγγρᾳ κανόνες κ'.

Συνόδου τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας κανόνες κε.

Συνόδου τῆς ἐν Λαοδικείᾳ τῆς Φρυγίας κανόνες νθ'

Συνόδου τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει τῶν ρν' ἁγίων πατέρων κανόνες ζ.

Συνόδου τῆς ἐν Ἐφέσῳ 2) τῶν σ' ἁγίων πατέρων κανόνες ζ.

[Τῆς αὐτῆς ἐπιστολὴ πρὸς τοὺς Παμφυλίας ἐπισκόπους.]

Συνόδου τῆς ἐν Χαλκηδόνι τῶν χλ' ἁγίων πατέρων 3) κανόνες κη'.

Συνόδου της ἐν Σαρδικῇ κανόνες κα.

Συνόδου τῆς ἐν Καρθαγένῃ κανόνες ρλη

Συνόδου 4) Κωνσταντινουπόλεως κανὼν α.

[Συνόδου 5) τῆς ἕκτης κανόνες ρβ'.]

[Συνόδου τῆς ἑβδόμης κανόνες κβ'.]

[Συνόδου 6) Κωνσταντινουπόλεως πρώτης καὶ δευτέρας κανόνες ιζ'.]

Διονυσίου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας, ἐκ τῆς πρὸς Βασιλείδην ἐπιστολῆς, κανόνες δ'.

Πέτρου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας καὶ μάρτυρος, ἐκ τοῦ περὶ μετανοίας λόγου, κανόνες ιδ'.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ λόγου τοῦ εἰς τὸ Πάσχα, κανὼν α'.

Γρηγορίου ἐπισκόπου Νεοκαισαρείας τοῦ Θαυματουργοῦ ἐπιστολὴ κανονικὴ.

Βασιλείου ἐπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας, ἐκ

Canones qui sanctorum Apostolorum dicuntur, Clementis opera collecti, numero LXXXV.

Synodi Nicaenae sanctorum CCCXVIII patrum canones XX.

Synodi Ancyranae canones XXV.

Synodi Neocaesariensis canones XIV

Synodi Gangrensis canones XX.

Synodi Antiochiae in Syria canones XXV.

Synodi Laodiceae in Phrygia canones LIX.

Synodi Constantinopolitanae sanctorum patrum CL canones VII.

Synodi Ephesinae sanct. CC patrum canones VII.

(Eiusdem epistola ad Pamphiliae episcopos).

Synodi Chalcedonensis DCXXX patrum canones XXVIII.

Synodi Sardicensis canones XXI.

Synodi Carthaginensis canones CXXXVIII

Synodi Constantinopolitanae canon I.

[Synodi Sextae canones CII.]

[Synodi Septimae canones XXII.]

[Synodi Constantinopolitanae primae et secundae canones XVII.]

Dionysii archiepiscopi Alexandrini et martyris ex epistola ad Basilidem canones IV.

Petri Archiepiscopi Alexandrini et martyris, ex oratione de poenitentia, canones XIV.

Eiusdem ex sermone in Pascha can. I.

Gregorii Thaumaturgi episcopi Neocaesariensis epistola canonica.

Basilii episcopi Caesareae in Cappadocia e tribus

1) κανόνες τῶν ἁγ. ἀπ. 79 cum multis.—2) ἐφέσῳ, totum om. 49, qui tamen sequentem non omisit ephesinam epistolam, a Photio syntagmati insertam, ut notavit Assemanus.—3) τῶν χλ' ἁγίων πατέρων, om. 21.—4) συνόδου Concilii autem V quis sit canon unicus, nondum intellexi.—5) συνόδου. Inclusa omnia om. 49 et alii, συνόδου ΚΠ. ἐν τῷ τρούλλῳ τοῦ παλατίου κατ ρβ', συν. τῆς ἐν Νικαίᾳ τὸ δεύτερον 21.—6) συν. τῆς ἐν ΚΠ. ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων ἀποστόλων α' καὶ β' καν. ιζ'. Συνόδου τῆς ἐν τῷ περιωνύμῳ ναῷ καὶ ἐπωνύμῳ τῷ τοῦ Θεοῦ Λόγῳ συσταντος (al. συστάσης). τὴν ζ' καὶ οἰκουμενικὴν σύνοδον ἐπιβεβαιωσάσης. πᾶσαν δὲ σχηματικὴν καὶ αἱρετικὴν πλάνην ἀπελασάσης καν. κγ' (fort. γ'.) sic 21 plane ex photiano pro-

τῶν πρὸς Ἀμφιλόχιον ἐπίσκοπον Ἰκονίου κανονικῶν τριῶν ἐπιστολῶν, κανόνες πδ'

Τοῦ αὐτοῦ, ἐξ ἐπιστολῆς ἑτέρας πρὸς τὸν αὐτὸν ἐπίσκοπον Ἀμφιλόχιον, κανὼν α'.

Τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολὴ κανονικὴ πρὸς Διόδωρον.

Τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολὴ κανονικὴ πρὸς Γρηγόριον πρεσβύτερον.

Τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολὴ κανονικὴ πρὸς χωρεπισκόπους 1).

Τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολὴ κανονικὴ πρὸς τοὺς ὑφ' ἑαυτὸν ἐπισκόπους.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τῶν πρὸς Ἀμφιλόχιον περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος γεγραμμένων.

Γρηγορίου ἐπισκόπου Νύσσης, ἐκ τῆς πρὸς Λητοΐον ἐπίσκοπον Μελιτινῆς κανονικῆς ἐπιστολῆς, κανόνες η'.

Τιμοθέου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας τοῦ Παλαιοῦ, ἀπὸ τῶν γραφεισῶν αὐτῷ πεύσεων καὶ ἀποκρίσεων, κανόνες ιη' 2).

Θεοφίλου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας προσφώνησις περὶ τῶν ἁγίων Θεοφανείων.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ ὑπομνηστικοῦ τοῦ διὰ τὴν Λυκώπολιν τῆς Αἰγύπτου, κανόνες ε'.

Τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολὴ πρὸς Ἀφύγγιον ἐπίσκοπον.

Τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολὴ πρὸς Ἀγάθωνα ἐπίσκοπον.

Τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολὴ πρὸς Μηνᾶν ἐπίσκοπον.

Κυρίλλου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας ἐκ τῆς πρὸς Δόμνον ἐπιστολῆς, κανόνες γ'.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τῆς πρὸς τοὺς κατὰ Λιβύην καὶ Πεντάπολιν ἐπισκόπους ἐπιστολῆς, κανόνες δ'.

[Γενναδίου, τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, καὶ τῆς σὺν αὐτῷ ἁγίας συνόδου, ἐγκύκλιος ἐπιστολὴ πρὸς ἅπαντας τοὺς ὁσιωτάτους μητροπολίτας 3).

Ἰστέον, ὅτι ἡ ἔκθεσις τῶν προκειμένων συνόδων οὐ γέγονε πρὸς τὴν τάξιν τῶν χρόνων καθὼς 4) συνῆλθον· ἡ μὲν γὰρ ἐν Νικαίᾳ μεταγενεστέρα κατὰ τὸν χρόνον οὖσα τῆς τε ἐν Ἀγκύρᾳ καὶ τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ, διὰ τὸ τῆς τιμῆς ἐξαίρετον προτέτακται· ἡ δὲ ἐν Σαρδικῇ καὶ ἐν Καρθαγένῃ, τῷ χρόνῳ τινῶν τῶν λοιπῶν συνόδων προτερεύουσαι, μετ' αὐτὰς ἐτέθησαν, διὰ τὸ πολλὰ περί τινων ἐπιχωρίων, ἤγουν τῶν δυτικῶν μερῶν, διορίσασθαι. Ὁμοίως δὲ καὶ ἡ ἐπὶ Ἀρκαδίου καὶ Ὁνωρίου τῶν βασιλέων ἐν Κωνσταντινουπόλει συνελθοῦσα πασῶν μεταγενεστέραν ἔλαχε τάξιν, διὰ τὸ μὴ ζητήσεως ἐκκλησιαστικῆς, ἀλλ' ἐγκαινίων χάριν τοῦ ἐν Ῥουφινιαναῖς εὐκτηρίου 5) αὐτοὺς συνελθεῖν· οὕτω τε τινῶν παρεμπιπτουσῶν 6) ἀμφισβητήσεων τὴν τομὴν ποιήσασθαι.

canonicis epistolis ad Amphilochium Iconii episcopum canones LXXXIV.

Eiusdem ex alia epistola ad eumdem Amphilochium episcopum canon I.

Eiusdem epistola canonica ad Diodorum.

Eiusdem epistola canonica ad Gregorium presbyterum.

Eiusdem epistola canonica ad Chorepiscopos.

Eiusdem epistola canonica ad subditos sibi episcopos.

Eiusdem ex his quae ad Amphilochium scripta sunt de Spiritu sancto.

Gregorii episcopi Nysseni ex epistola canonica ad Letoium Melitenum episcopum canones VIII.

Timothei Archiepiscopi Alexandrini, qui senior dicitur, ex interrogationibus et responsionibus ab eo scriptis, canones XVIII.

Theophili Archiepiscopi Alexandrini allocutio de sacra Epiphania.

Eiusdem ex commentario propter Lycopolim urbem facto canones V.

Eiusdem epistola ad Aphyngium episcopum.

Eiusdem epistola ad Agathonem episcopum.

Eiusdem epistola ad Monam episcopum.

Cyrilli Archiepiscopi Alexandrini ex epistola ad Domnum canones III.

Eiusdem ex epistola ad episcopos Lybiae et Pentapolis canones IV.

[Gennadii sanctissimi patriarchae constantinopolitani sanctaeque synodi cum eo congregatae encyclica epistola ad omnes sanctissimos metropolitanos].

Sciendum est propositarum synodorum editionem non factam fuisse secundum ordinem temporum quibus ad eas Patres convenerunt. Si quidem nicaena quum sit tempore posterior ancyrana et neocaesariensi, tamen eximii honoris gratia illis praeposita est. Sardicensis vero et ea quae in Carthagine habita est, cum priores sint nonnullis reliquarum synodorum, post illas tamen collocatae sunt, propterea quod multa de quibusdam ad loca et regiones pertinentibus, sive ad occidentales partes, definierunt. Simili etiam modo ea quae, Arcadii et Honorii imperatorum temporibus, Constantinopoli congregata est, postremum omnium ordinem obtinuit, eo quod non propter quaestionem ecclesiasticam, sed ob dedicationem oratoriae domus sanctorum apostolorum in Ruphinianis ipsi patres convenerint, sicque controversias quasdam exortas deciderint.

logo. — 1) ἀρχιεπισκόπους passim, correxit 49. — 2) κατ. κε' in 4, 49 et alibi. — 3) Post μητροπολίτας introducitur in edd. omnibus et multis codd. πρῶτος Γεννάδιος ἀρχιεπίσκοπος KII quae importune recepta ex subscriptionibus concilii. Inde *vett. edd.* cumulatim et breviter dicere volumus factas editiones a. 1615, 1621, 1662, quibus etiam adde ultimam parisiensem; quae quidem omnes ab editore Iustello principe sic proficiscuntur, ut ab illo non recedant, nisi ubi in menda nova praecepa agantur. — 4) καθ' οὓς conj. Iustell. — συνῆλθεν 21. — 5) εὐκτηρίου οἴκου τῶν ἁγίων ἀποστόλων add. 21. — 6) παρεμπεσουσῶν 21, 49.

V.

Νόμος [1] μὲν αὐτὸς ὤς, κανὼν ὡς εὐθύτης
Τῶν ἐν φύσει τε καὶ νομισθέντων νόμων,
Ὦ δέσποτα, πρὸς ὕψος ἐνθέων τρόπων
Κρατῶν ποδηγεῖς τὸν χόρον τοῦ ποιμνίου,
Οἷς μᾶλλον αὔξεις καὶ πρὸς ὄγκον ἐμφέρεις.
Ἀλλ' ὡς τραπέζης τῶν ὑπὲρ φύσιν νόμων
Τοῦ Πνεύματος κράτιστε μύστη, τοῦ Λόγου
Πηγῆς ἀπάντλει [2], ἧσπερ ἤντλησας χάριν,
Τὰ ῥεῖθρα μᾶλλον, εἴπερ ὧν βλύζεις πλέον,
Θείαν ἀποστάζοντα λάμψιν ῥημάτων,
Καὶ φῶς ἀληθῶς εἰς ὁδὸν τῶν πρακτέων·
Δι' ὧν ἀνυψώθησαν ἔθνη πρὸς βίον,
Καὶ γηγενεῖς ἤρθησαν ἴσον ἀγγέλων.
Κἀγὼ κομίζω χείλεσιν παρηγμένα
Ὧν γλῶσσα, πύρσῳ Πνεύματος κινουμένη,
Στάθμην δικαίαν καὶ ζύγον καὶ κανόνα,
Τὴν βίβλον εἰς φῶς ἐξεποίκιλε βίου·
Δι' ἧς γενήσῃ [3] καὶ Θεός μοι τὴν χάριν,
Ἐφ' οἷς δικάζεις, οἴσπερ αὔξεις, οἷς νέμεις
Σοφῶς ἑκάστῳ τὴν ἀμοιβὴν πρακτέων.

